

JOHANNIS 8071B

HARTMANNI

M. D. ET CHYMIATRÆ

olim in Acad. Marpurgensi Professoris
celeberrimi.

PRAXIS CHYMIATRICA

Prius Edita

A IOH. MICHAELIS MEDICINÆ D.

& ibidem Professore, & Georgio Everhardo

Hartmanno, Authoris Filio.

NUNC AVCTIOR.

ADDITA PATHOLOGIA J. FERNELII;

Cujus singula capita singulis illius praxis
capitibus præfixa sunt.

Cura THEOP. BONETI DOCT. MED.

Accedunt Tractatus tres.

- I. De Oleis Chymicè distillatis & c.
- II. Basilica Antimonii Humeri Poppii Thalmi.
- III. M. Cornachini Methodus in Pulverem.



GENEVÆ,

Sumptibus LEONARDI CHOUET, & Socii.

M. DC. LXXXII.



*Illustriſſimo ac Celiſſimo
Principi, ac D. D.*

WILHELMO

Haffiæ Landgravio,

COMITI CANTINELBOCI
DECIAE, ZYGENHAINÆ ET
Niddæ, &c. Reginae Regniq̄ue SUECIAE Generali,
Germanicæ libertatis Defenſori acerrimo, Bono-
rum Studiorum fautori & promotori ſingulari.

Domino meo Clementiſſimo.



AGNUM quidem eſſe
ingenuè fateor, Illu-
triſſime & Celiſſime
Princeps, Domine
clementiſſime, quod T. Celſitu-
dinem pauculis hiſce adire & Chy-

miatrico hoc munusculo salutare
audeam. Sed si res æqua rationis
ponderetur lance, propendere
meum institutum liquido appa-
rebit. Cognitum namque est &
more pervulgato receptum, quod
cuncti, qui opus aliquod in lu-
cem publicam emittere contem-
dunt, illud Magnati & Mœcena-
ti cuidam summo aut amico Pila-
dæo, aut Patrono inscribere &
consecrare soleant, idque qua-
tuorob causas; Vt nimirum hoc
ipso non modo sua nomina, sed
& ipsius patroni memoriam im-
mortalitati quasi devoveant. Te
inde ut patrocinium adversus li-
vidos caninosquedentes, qui sem-
per Theonino dente aliena rode-
re solent, sua verò cernere, ac ni-
hil, nisi quod ipsi faciunt, rectum

putare assolent, sibi comparent &
acquirant. Vt porro illustre ali-
quod operi ipsi præfixum nomen
sit, instar hederæ sub cuius signo,
tanquam generosum vinum re-
poscatur, collaudetur & venda-
tur. Vt tandem observantiæ &
gratitudinis debitæ pro acceptis
beneficiis testandæ publicum sit
monumentum, & patroni huma-
nitas & munificencia elucescat.

Hæ ipsæ causæ & me impule-
runt ut T. C. Praxin hanc Chy-
miatricam parentis mei piæ me-
moriæ inscribere & consecrare
animum inducerem. Nam si tan-
tâ tamque varia in parentem
meum piæ memoriæ, inque me
collata ingentia beneficia Ale-
xandrina recensere vellem, dedi-

catoria hæc in volumen concre-
sceret. Quare ut aliqua ex parte
saltem, (quandoquidem ex toto
impossibile est) gratum me erga
T. C. exhibeam, praxim hanc
Chymiaticam inscribo, dico de-
dico & confecro, submisse rogi-
tans, ut sub T. C. patrocinio pro-
dire, permittere & contra adver-
sorum Misochymicorum obtre-
ctationes & calumnias praxim
hanc ea: qua pollet autoritate &
potestate, descendere velit. Valeat
T. C. ad Nestoris annos ad Dei
gloriam, Reipublicæ Christianæ,
libertatis Germanicæ defensio-
nem, patriæ protectionem, sub
indefinenti DEI Ter. Opt. Max.
tutela, qui solus gubernationes fe-
lices efficere potest, qui sapien-
tiam, per quam principes regunt,

fortitudinem, per quam hostibus
Ecclesiæ & libertatis Germaniæ
se opponunt, oppugnant, largitur.
Cassellis Anno 1633.

III^{ne} Celsitudinis.

*Subiectissimus & observan-
tissimus cliens*

Georgius Everhardus
Hartmannus Philo-
chymicus.



TYPOGRAPHVS LECTORI S.

RECENTEM editionem Praxeos Chimiaticæ Celeberrimi Joh. Hartmanni aggressurus, Medicum mihi familiarem sciscitatus sum. Num quod forte operi laudatissimo accedere posset supplementum? Responsum habui illius præstantiam omnibus perspectam esse, qua meruerit variis & locis & formis recudi: testes esse, præter priorem ab Authoris Filio emissam, editiones Genevenses annorum. 1635. & 1659. in octavo, Et Lipsiensem anno 1633. in quarto. Quas cum navis plurimis scatere deprehendisset Celeberrimus Van der Linden, Medicinæ Professor in Academia Lugduno Batava, Opus expurgandum suscepit, emaculandum, otiosa & repetita resicans, (ut hinc contractius evaserit) in capita numeris notata distinguens, unde multo nitidiore forma in uce in accurante Viro sagacissimo prodiit,

AD LECTOREM.

Quapropter editionem hanc Batavam, ad amissam reformatam, cæteris anteposendam censuit prædictus Medicus: Illud porro unum desiderari monuit, quod prætermissa morborum theoria illico laudatus Author ad Praxin devoluatur, adeo ut Vir rationali Medicinæ addictissimus Empirici notam ideo luat: Eodem vitio olim laborasse præclarissimi Viri Lazari Rivarij Opus practicum, qui specimen suæ in medendo felicitatis editurus, praxin itidem solitariam & pathologia nudatam emisit; quamobrem per ora Medicorum Parisiensium tanquam merus Empiricus traductus fuit, adeo ut famæ ruinæ consulturus opus recedere ac secundas manus illi admovere necesse habuerit, partemque theoreticam practicæ adjungere, ut hinc numeris omnibus absolutum, & ad cunctorum vota opus exierit: Nisi vita immature Excell. Hartmanno præcisa fuisset, idem forte onus suscepturum fuisse, quod cum fata non permiserint, aliunde defectum supplendum: Provinciam quidem illam subiisse nuper Clarissimum Cardilucium, qui præter sedulam operam in extergendis omnium editionum nævis, fusam Theoriam adjecit, principiis Helmontianis præsertim suffultam; plurimis etiamnum remediis, iisque Chemicis locu-

AD LECTOREM.

pletatam : At vero unde hiatus congrue ex-
plendus sit ipsum à limine operis sui indicaf-
se Hartmannum, qui in Proœmio *In Patha-
logicis doctissimum Fernelium consulendum*
jubet; Hinc cum Fernelius illi fuerit cyno-
sura & sidus quid in Medicina facienda feli-
citer illuxit, illius Pathalogiam huic operi
adpositissime adjungi posse, Id quod præ-
dicto duce præstiti, qui singula capita con-
juxit & connubio felici Theoriam Ferne-
lianam cum Praxi Hartmanniaria junxit:
Remedia porro quædam usu comperta ejus-
dem Medici opera accessissent, capitibus
quibusdam ab Hartmanno concisus tradi-
tis assuenda, si per angustias temporis li-
cuisset, & liber completur ante nundines
Francofurtenses operelum evadere potuis-
set. His autem fuere & laboribus, nostris
facere.



PROOEMIUM.

FELICITER in praxi Chymia-
trica processuro ad 2. respicien-
dum. 1. Ut bene cognoscat mor-
bum. 2. Ut remedia convenien-
tia & selectiora in promptu habeat. Prius
cognoscitur ex Pathologia; Alterum ex
Therapeusi; quæ tamen præcipuè est Chy-
mica. In Pathologicis doctissimus Ferne-
lius est consulendus: In Therapeusi, quæ in
primis Pharmaciâ spectat, hoc loco præ-
stant chymica, scilicet specifica & quidem
universa in quibus duobus tota ratio me-
dendi chymica consistit. Antequam igitur
ad singularum partium morbos & sympto-
mata perveniamus, non erit inutile præ-
mittere universalia medicamenta in certas
classes redacta, ex quibus universales cura-
tiones particularium morborum petendæ.
Cum autem in Medica Praxi frequentissima
intentio sit Evacuatio: Medicum eandem
per medicamenta cita, tuta & jucunda ritè

Proœmium.

administrare callentem principalem Præxos nervum callere merito arbitramur. Igitur de morborum principalium cura tractaturi, operæ pretium erit, universalia illa evacuantia, quæ in singulis quasi morbis offerenda, præmittere.

Cùm autem natura per 4. vias ordinariè morbi mineram expellere soleat. 1. per superiora 2. per inferiora. 3. per vesicam urinariam, & 4. per ambitum corporis, Medicus naturæ minister eam in his merito imitatur, & propterea 4. evacuantium medicamentorum classes constituit, scilicet Vomitoriorum, Purgantium, Diureticorum & Diaphoreticorum, atque hæc pro diversitate subjecti & morbi scilicet ex vegetabilibus, nunc ex mineralibus depromit.

Quemadmodum autem in singulis morbis hæc in usum veniunt, ita sapius ob virium imbecillitatem, aut doloris vehementiam nunc æger confortandus, nunc dolor mitigandus, nunc confortantia & anodyna adhibet, quæ particularibus curis præmittenda.

DIGE-



IOH. HARTMANNI.

P R A X I O S

CHYMIATRICÆ

LIBER PRIMUS.

Proœmium.

ELICITER in praxi chymiatica processuro ad duo respiciendum, Quorum prius est, ut Morbum bene cognoscat: posterius, ut Remedia convenientia & selectiora in promptu habeat. Istud cognoscitur ex Pathologia: illud ex Therapeuti, præcipue chymica. In Pathologicis doctissimus Fernelus consulendus. In Therapeuti, quæ imprimis Pharmaciam spectat hoc loco, chymica præstant, specifica scilicet, & quidem *ἰστέρας*. In his enim duobus tota ratio medendi chymica consistit. Antequam igitur ad singularum partium morbos & symptomata perveniamus, non erit inutile præmittere universalia medicamenta in certas classes redacta, ex quibus universales curationes particularium morborum petendæ. Cum autem in Praxi medica frequentissima intentio sit Evacuatio, Medicum, qui eam admi-

nistrare per medicamenta cita & tuta ac jucunda rite novit, principalem Praxios nervum tenere merito arbitramur. Igitur de morborum principalium cura tractaturi, operæ precium erit, universalia illa evacuancia, quæ in singulis quasi morbis veniunt offerenda, præmittere.

§. 2. Cum autem Natura per quatuor ordinarie vias expellere mineram morbi, per superiora, per inferiora, per vesicam urinariam, & per ambitum corporis soleat, in his eam merito Medicus, naturæ minister, imitatur, & ea propter quatuor evacuantium medicamentorum classes constituit, scilicet Vomitoriorum, purgantium, diureticorum, & diaphoreticorum. Hæc autem, pro diversitate subjecti & morbi, nunc ex vegetabilibus, nunc ex mineralibus deponit.

§. 3. Quemadmodum autem in singulis morbis hæc in usum veniunt, ita sæpius ob virium imbecillitatem, aut doloris vehementiam nunc æger roborandus, nunc dolor mitigandus, nunc roborantia & anodyna adhibenda, ac particularibus cutis præmittenda sunt.

Digestiva.

CAP. I.

§. 1. Inter *digestiva* familiaria, præter certa in dogmatica Medicina usitata, interdum etiam ab ipsis ægrotis requisita, maxime in usu sunt Tartarus vitriolatus, imprimis à Crollio descriptus, & ex eo *digestivum*, quod est ibidem. Hoc eo modo, quem docet Crollius, paratum, scilicet in vino cocto cum passulis & cinnamomo dissolutum, quasi unicum est, quod, debito modo exhibitum, in morbis contumacibus & chronicis ac digestionem & mitigationem egentibus plurimum potest.

§. 2.

§. 2. Secundum est *Cristallus tartari*. Quercetano sæpe laudatus, & hæctenus usu quoque confirmatus. Vulgo vocant *Cremorem tartari*. Ejus quoque usus valde convenit morbis digestionem opus habentibus. Inprimis vero ad calculum renum & vesicæ est accommodatus. In melancholia summum est deoppilativum tam alvi, quam tartari in venis mesaraicis stabulantis. *Dosis* est à drachma semis ad integram. Datur in jusculo carniū vel vino, sæpius dosim reiterando.

Vomitoria.

CAP. II.

§. 1. Inter *vomitoria* primum tenet locum *Aqua benedicta* Mart. Rulando dicta.

§. 2. Secundum est *Sirupus ex Aqua benedicta*. de quo in notis ad Crollium.

§. 3. Tertium est *Vitriolum album*. Hujus autem usus rarior. Vomium movet à drachma semis ad integram, in aqua menthæ aut hordei dissoluta. *Vitriolum album* si purius desideras, dissolve in aqua centaurii minoris, solum filtra & coagula, iterumque solve & filtra ac coagula, idque tertia vice. Ultimo dissolve in aqua rosacea, solum filtra, & in cineribus calidis per sex dies digere, fæces fundum petentes separa, quod clarum evapora ad siccitatem. *Dosis* scrupuli duo cum cons. rosarum ex vino aut hydromelite vel prisana, addito ad libitum Sir. acetosæ vel oxymelite.

§. 4. Quartum est *Gilla Paracelsi*, quæ extat apud Crollium.

§. 5. Quintum est *Vomitorium Plateri* ex nucibus viridibus, raphano & aceto vini. ℞. Nuc. juglandium; circa festum Ioh. collectarum, & Rad. raphani ana part. duas, Aceti vini distillati part. tres. Con-

quassatis nucibus & raphano, fiat digestio leni calore per dies quinque vel sex. Postea distilla per alembicum ex balneo. Dosis à drachmis duabus ad sex. Fortificatur cum Aquæ benedictæ dimidia dosi, vel etiam tertia aut quarta parte.

§. 6. Sextum est *Vomitivum Conradinum*, de quo notis ad Crollium.

§. 7. Septimum sunt *Ramenta unguium*, in vino vel alio liquore exhibita. Nota, quod in hydropse segmenta unguium digitorum & pedum, si umbilico ægri imponantur, miraculose dicuntur aquam expellere: D. C. H. Basil.

§. 8. Octavum est *Coagulum Asari*. Ex asato toto, hoc est, radicibus & foliis cum spir. vini extrahitur tinctura. Ea cum ejusdem sale purificato conjungitur, & factâ leni igne digestionem in B. M., spiritus vini in B. abstrahitur ad consistentiam vel coagulum.

§. 9. *Clarius*: Majo mense ℥. rad. asati cum foliis q. s. Exsiccentur diligenter in umbra, earumque pars quarta conquassetur. Postea ipsi in phiala affundatur spir. vini rectificati tantum, ut quatuor digitos emineat. Phiala optime obturata in loco calido ponatur, donec spiritus vini colore è viridi flavo tingatur. Spiritus tinctus decantetur à fecibus, & in vase clauso servetur. Ex partibus residuis, tribus in cinerem combustis, extrahe aqua calida salem. Hic siccatus in crucibulo ad ignem patentem funditur. Fluens removetur ab igne, & solvitur in aqua calida & digeritur, iterumque exsiccat. Huic salitinctura supra parata, & per chartam bibulam prius filtrata, superfunditur, & ex cucurbita spir. vini igne lento abstrahitur ad consistentiam mellis. Hujus scrupulus unus ad duos vel tres in prisanz jusculo vel hydromelite

melite aut hydrelæo exhibetur in morbis, ubi vomitivis opus est.

§. 10. Alii tantum *folia Asari* quatuor in vino per horas sex aut octo macerant, vinumque, leniter expressis foliis, exhibent. Atque ex hoc sine molestia vomunt.

§. 11. *Nonum ℥.* Antimonii lib. unam, succi berberorum lib. sex. Stent in sole aut loco calido per mensem unum: postea succum effunde, & abstrahæ aquam ad consistentiam sirupi: quam reserva ad exsiccandum ulcera. Olei residui gut. viginti, ad summam, movent vomitum absque violentia. Frequens est Wertenbergero, Basileæ.

§. 12. *Aqua vomitoria* præstantissima. ℥. Vitri antimonii hyacinthini more Matthioli præparati & in pulverem subtilem redacti, salis cardui benedicti ana gr. undecim, aquæ ronicæ unc. quinque, cinamomi gut. triginta. Infundantur in B. tepido per horas viginti quatuor: postea coentur per chartam, & ferventur. De quo patienti detur à tribus ad sex drachmas, prout repletus, robustus, facilis vel difficilis fuerit ad purgandum.

§. 13. *Viriolum vomitivum*, simul & *purgans* in febribus laudatissimum: ut & *purgans frigidum* Angeli Salæ. vide in notis ad Crollium.

§. 14. *Aqua benedicta* Rulandi etiam insigne vomitorium est, quod ita paratur. ℥. Hepar antimonii, ex antimonii & niri partibus æqualibus facti, q. v. Id per horas quinque in aqua ebulliat; tam resideat, & aqua clara, à fecibus separata, per pannum laneum trajiciatur, & relinquatur per diem, aut inspergantur guttæ aliquot aceti, ut rubedo ad fundum aut iponte subsidat, aut arte præcipitetur. Aqua nitro imprægnata separetur, aliaque affusa lavetur, ut

omnem falsedinem corpus deponat. Aqua decantata, exsicccetur crocus. Ejus scrupulus maceretur in unc. tribus ad quinque vini albi, alteriusve liquoris convenientis, in loco calido per diem, aut, si statim opus habeat, bulliat ex eodem liquore. Colatura propinetur calida vel frigida. Vires & usum & cautelas hujus vide in notis ad Crollium.

§. 15. *Extractum ellebori.* Hoc ℞. rad. cyclaminis & bryoniae ana unc. duas: ellebori albi unciam. Quas probe mundatas, lotas, iterumque, exsiccatas pulvera: pulveratis affunde spir. vini ad eminentiam quatuor digitorum. Digerantur in loco calido per triduum. Dein lenissimo igne spiritum vini abstrahere distillando, & cave, ne materia comburatur vehementia ignis. Quare praestat eam, cum ad mellis consistentiam deducta est, eximere, & in scutella vitrea leni calore exsiccare. Materiam exsiccatam tumsum comminue, & spiritum vini antea abstractum affunde rursus, ac relinque in calido per duos dies, deinde filtra, & liquorem filtratum usui reserva. Exhibentur ejus guttae sex vel octo in haustu aquae tepidae, aut vini, aut, si fortius desideres, decocti sem. raphani, cum sir. acetosae simplici ad libitum. Vomitum excitat sine ulla animi molestia.

§. 16. *Electuarium antimonii.* ℞. Vitri antimonii per se sine borace fusi & in tenuissimum pulverem redacti unc. duas. Instilla spir. vitrioli drach. duas, ac misce diligenter in mortario vel super porphyrium, posteaque pulverem in scutella ad lentum ignem exsicca. Hunc misce cum speciebus enumeratis à Crollio in Electuario antimonii.

§. 17. Non dissimili virtute praediti sunt flores antimonii & ejusdem vitrum, si per diem infundantur in vino vel alio liquore convenienti. V.g. ℞. alterutrius

à scrupulo semis ad unum, aquae cardui benedicti unc. tres, aquae cinamomi unciam. Infunde per noctem. Mane vinum decantatum & clarum exhibeatur. Si vero in promptu habere vomitivum est anivus, infundi potest uncia una Antimonii florum, vel croci, vel vitri, in libris quatuor vel citi ceteri vini albi, aut aquae cardui benedicti, addita pauca aqua cinamomi, & in vase bene clauso adversari. Liqueoris, cum opus, dabis colati uncias tres vel quatuor. Exhibeantur vel per se, vel cum sir. acetosae, aut oxymelice simplici.

§. 18. Alii *Gummi Combodja* (quod *gutta* & *gamba* vulgo) grana aliquot (a tribus ad decem.) cum guttis duabus olei aut aquae cinamomi in pingui jusculo exhibent.

§. 19. Nota, si *vomitus*, aut etiam *purgatio*, à datis medicamentis sequatur nimis, praesentaneum remedium est potus lactis cocti cum pane, aut cochlear unum Sir. è mastiche, aut theiaca antiqua, aut statim cibum panemve tantum vino nigro intrinctum exhibere. Prodest etiam emplastrum de crusta panis imponere ventriculo & plantis pedum. Praesentaneum quoque remedium est, si offeratur pilula una laudani opiati.

§. 20. Interdum, si aeger ad vomitum non admodum proclivis est, naturam oportet juvare jusculo exhibito sine pane, aut aqua hordeacea, vel hydre-lao.

Medicamenta cathartica.

C A P. III.

§. 1. Inter *vegetabilia* primus est *Pulvis diasena laxativus*. Qui ℞. Fol. senae mundatae, Cremoris tartari, ana unciam sem. anisi, caryophyllorum, cassiae lignae, galangae, dacydii ana drachmam.

Pulverentur subtilissime. Dosis ejus, in substantia, est à drachma semis ad sesqui, summum, in convenienti Liquore: in infusione, ad unciam semis.

§. 2. *Panchymagogum vegetabile* Crollii, & illud, quod à me additum est, aut aliud, quod ex utroque componitur. Dosis est à scrupulo semis ad grana sedecim. vide in notis Crollianis.

§. 3. *Extractum Rhabarbari*. Quod nullo alio modo fit; quam per aquam cichorei vel endiviæ vel centaurii minoris cum guttis aliquot olei tartari, sive ulla compositione alia. Acuitamen, necessitate requirente, potest cum dacrydio aut gutta Cambodja vel elaterio præparatis: nempe per lævigationem in marmore cum guttis aliquot spir. vitrioli & olei anisi, feniculi, cinamomi, angelicæ, citri, pro ratione morbi & patientis.

§. 4. Tale quoque est *Extractum senæ* cum aqua cinamomi eodem modo, ut extr. rhabarbari, paratum. Dosis horum à scrupulo ad duos.

§. 5. *Extractum Mechoacana* cum aceto factum, & ad piceam substantiam redactum.

§. 6. *Extractum radicum Esulæ minoris* eodem modo paratum. vide notas ad Crollium.

§. 7. *Extractum radicum Ellebori nigri* veri cum aqua majoranæ vel melissæ & oleo tartari. Dosis à scrupulo semis ad integrum. Nonnulli extrahunt cum vino bono. vide in notis ad Crollium.

§. 8. His annumerantur *rad. Ellebori vitriolata*, hoc est, præparatæ per phlegma vitrioli. Quod fit hoc modo. ℞. Rad. ellebori nigri veri q. v. Irrora cum phlegmate vitrioli eo, quod in rectificatione spir. vitrioli primo prodit: pone in scutella vitrea ad lenem calorem cinerum, subinde cum spatula lignea movendo. Fœtor nimius exhalans ex ipsis radicibus venenositatem

venenositatem secum rapit. Perge irrorando amplius, & desinendo in leni calore, donec nempe fœtor omnis abactus radices relinquat grati odoris, & summe nigricantes. Exsiccentur leniter, quamquam subinde quasi madore perfusæ mancant. Dosis à scrupulo semis ad integrum.

§. 9. *Extractum Colocynthidos*.

§. 10. *Scammonium* simul cum aceto elaboratum, aut *Extractum scamonii* per se simpliciter cum aceto factum. Dosis à granis octo ad duodecim.

§. 11. Huc referendus est *Spiritus vite aureus* Rulandi, qui nihil est aliud, quam essentia trochiscorum Alhandal cum spir. vini malvatici sive malvatico ditillato extracta. Dosis ab uncia semis ad integrum.

§. 12. *Specificum purgans* Paracelsi. Vide notat ad Crollium.

§. 13. *Electuarium ex foliis senæ*. ℞. Cinamomi electi drachmam. Fol. senæ orientalium sive stipitibus unc. quinque. F. infusio in vini generosi libris quatuor per biduum & loco tepido. Hinc leviter bulliant & exprimantur. Cum colatura extrahe pulpam passularum in aqua coctarum ad unc. novem. Adde pulpæ cassiæ uncias sex, & si fortius desideras, elect. lenitivi uncias duas, olei nucis moschatæ per expressionem facti drach. semis. M. f. electuarium. Dosis drachmæ octo vel decem, per se, vel cum drachma semis ad unam diatartari.

§. 14. *Panchymagogon vegetabile*. ℞. Colocynthidis veteris purgatæ drach. sex. Fol. senæ mundatæ unc. quatuor. Rhabarbari unc. semis. Sem. ebuli unc. unam & semis. Rad. ellebori nigri præparati, agarici trochiscati, ana unciam. Cinamomi, caryophyllorum, ana drach. duas. Contusa infunde in spir.

vini non rectificato ad eminentiam trium digitorum, matracio optime clauso, per sexdecim dies, & in loco calido digere, donec spir. vini tingatur. Tinctum effunde, aliumque affunde toties, donec non amplius tingatur. Hinc ℥. Elaterii unc. duas: aloës locotorinæ unciam. Infunde in spir. vini boni, additis aliquot guttis spir. vitrioli aut olei sulphuris per camp. per triduum in loco calido, matracio exacte clauso. Hinc materiam per filtrum trajice, digitis exprime, atque inspissa calore lento. & cum extracto superius facto conjunge. Interea ℥. Scammonii optimi q. v. In marmore tenuissime tere, & imbebe spir. vitrioli, addendo guttas aliquot olei anisi (e. g. ad unciam scammonii spir. vitrioli scrup. semis, olei anisi gut. sex.) Subige diligenter, ut fiat massa instar picis viscida. Hæc tinctura optime scammonium cortigit. Nam, cum exasperante calefaciendi potestate polleat, quæ à mercurio & sale volatili dependet, hac via mordicans sal per mortificationem, ab actione contraria spir. vitrioli & olei anisi profectam. retunditur & ad beneficam operationem redigitur. Massam dictam cum aqua rosacea aut majoranæ extractam ad siccitatem evapora. Tum ℥. Extractum superius pulveratum & adde extr. scammonii drach. sex, olei nucis molch. per expr. drach. duas. M. in mortario, & ad usus terva, Dosis à gr. decem ad scrupulum unum vel sesqui, in forma pilulati, vel in prunis aut passulis pomove cocto. Potest etiam Extr. scammonii solum propinari, à gr. decem ad viginti, cum sic. ros. solut. in pilula, redactum. Purgat enim leniter & sine molestia. Idem Extractum supplere vicem colocynthidis potest ad incorporandum mercurium quovis modo præparatum.

§. 15. *Extractum seu resina Scammonii.* ℥. Scammonii opt. unciam. In mortario redige in pulve/ in pistillo, quod sit oleo amygdalino dulci illitum. Inde in matracium, superfunde aquam endivia vel rosarum ad eminentiam trium digitorum, & vas optime clausum in loco calido per triduum repone. Aquam, colore obscuro tinctam, decanta à fæcibus, & filtra blandissimoque calore aut B. M. menstruum aufer, ut remaneat extr. scammonii in forma pulveris. Hujus grana quatuor ad sex cum scrupulo tartari vitriolati exhibe.

§. 16. Vel, quod melius, fac *Tartarum vitriolarum scammoniatum.* ℥. Tincturam scammonii filtratam, eamque cum unc. duabus tartari vitriolati conjunge, conjuncta in B. loca, & menstruum ad siccitatem avoca. Purgat per inferiora, & obstructions omnes tollit, si misceatur cum cathartico, v. gr. panchymagogo; vel offeratur in siropo vel rosarum solutivo vel violarum, aut melle rosarum solut. Ex. gr. ℥. Tartari vitriolati scrupulum. Mellis rosar. solut. unciam. Vini enulati unc. duas. M.

§. 17. Convenit in hydrope, ad crassos & serosos humores expurgandos. In febribus melancholicis & phlegmaticis commode datur cum oxymelite elleborato, & aqua aut decocto buglossæ. In quartana, præmissis universalibus, utiles sunt pilulæ subsequentes. ℥. Extr. chamædyos, centaurii minoris aut scrup. semis. Piperis nigri gr. quatuor. Olei anisi gut. tres: cinamomi gut. duas. M. f. pilulæ instar pisi. Sumat unam vel alteram horis matutinis.

§. 18. *Cremor tartari* assumitur in jusculis convenientibus, quibusve rad. fœniculi aut petroselinii fuerint incoctæ, à drach. semis ad duas. Stimulus addi ex sale gemmæ vel dacrydio potest. Ex gr.

℥. Crem. tartari drachmam. Dacrydii gr. tria. M. & exhibe in iusculo tribus horis ante cibum. Vel ℥. Guttæ Cambodja gr. sex. Crem. tartari scrupulum M.

§. 19. In Melancholia hypochondriaca nihil felicius. Nam si aliquot diebus ejus drach. semis vel scrup. duo in iusculo aut decocto capparum exhibeantur, & hypochondrio simul sinistro amplastrum ex ammoniaco in aceto scyllino applicetur, senibus maxime, & qui obstructa sunt alvo, conducit.

§. 20. In obstructionibus ℥. Crem. tartari drach. semis. Tart. vitriolati scrup. semis. M. vel ℥. Crem. tartari scrup. quatuor. Sal. apſinthii drachmam. M. f. pulvis.

§. 21. *Insigne evadit catharticum*, si Crem. tart. semidrachmæ & Tart. vitriolati scrupulo addantur in bile educenda, Extr. scammonii gr. octo vel decem in iusculo vel vino. Nam non tantum omnes impuritates, laxando alvum, educit: sed & summum est aperitivum. Vnde, loco digestivi vel deobstruentis, in quibusvis obstructionibus exhiberi potest, ante usum cathartorum. Detur & ad drachmam sine scammonio, in iusculo, si loco aperitivi vel digestivi uti velis, & bis in die, tribus horis ante pastum cum iusculo vel elect. diafenæ drach. duabus, aut cum sir. è cinamomo, vel alio quocumque appropriato electuario liquido aut sirupo. Patiens, eo sumto, parum deambulando se exerceat.

§. 22. *Anisum laxativum*. Quod fit, quando in confectioe anisi ad singulas libras scrupuli duo scammonii pulverati, cum saccharo rosato, ut docet Crollius, inter conficiendum, vel aliquid, si lubet, Mercurii vitæ aut dulcis admiscetur. Neque omnino videri incongruum debet, cum infuso florum aut vitri antimonii, aut croci metallorum dissolvi saccharum,

charum, quo ad confectioem utimur. Sed hoc modo catharticum erit. Aut, si vis, præparetur scammonium hoc modo. Inter pulverandum inspergantur guttæ aliquot spir. vitrioli, & exacte trituretur atque exsicceretur scammonium, iterumque pulveretur. Dosis anisi hujus drachma una infancibus, aliis ad quatuor.

§. 23. *Passula laxativa* fiunt, si in decocto quocumque purgante passulæ macerentur. Maceratæ, pro quantitate decocti imbibiti, sumuntur. Eas si fortiores desideras, adde infusum florum vel vitri antimonii, aut, quod melius, croci metallorum ad libitum.

Cathartica mineralia.

CAP. IV.

§. 1. *Mercurius dulcis*, seu *panchymagogus* Quercetani, fortificatus cum Mercurio vitæ, ita ut grana sedecim istius capiant grana duo Mercurii vitæ. Nota, quod hæc mixtura diligenter super marmore per aliquot horas sit læviganda. sic enim vis vomitiva Mercurii vitæ torpet, & cum Mercurio dulci tantum per inferiora purgat blande.

§. 2. *Pilula ex floribus antimonii correctis* tantum per inferiora purgant.

§. 3. *Pulvis emeticus*, seu Mercurius vitæ vel flores butyri antimonii etiam inter vomitiva locum habent. Conveniunt ergo, quando & vomitio & purgatio simul præstandæ. Tales sunt flores antimonii correcti, seu in oleum butyraceum conversi, & in aqua communi præcipitati. Vis enim vomendi adimitur, si aliquamdiu cum sale communi lævigentur in marmore, & postea sal per edulcorationem cum aqua communi auferatur. Pulvis residuus, in dosi eadem cum priori exhibitus, alvum duntaxat movet.

§. 4. *Aurum vitæ* vel *precipitatum* à Rhenano in Sole è puteo emergente descriptum pag. 34. & 35.

§. 5. *Mercurius Crollii*.

§. 6. *Arcanum corallinum* Paracelsi, in Basilica Crollii elaboratum.

§. 7. *Oleum antimonii dulce*. Antimonium calcinatur ad summam albedinem. Ex eo per acetum vel (ut alii) per spir. vini in balneo essentia salina extrahitur. Dein abstrahitur acetum, & denuo eadem essentia extrahitur aqua pluviali, ac traiecitur per chartam bibulam aliquoties. Hunc laborem repetendo fit sal nitidissimus, qui in cella frigida liquefcit, & solvitur in oleum rubicundum, quod sit instar sacchari dulce. Hujus guttæ septem per alvum clementer purgant.

§. 8. *Antimonium cum marte fusum* calcina cum sulphure, ac mox per se, sicut cum^o facere vitrum vis, & habes *oleum antimonii dulce* adstrictivum.

§. 9. *Succinum antimonii*. Quod ut fiat, mercurii vitæ vulgaris partes volatiles igne lento evocari in retorta, & in oleum destillari debent. Ex eo, quod reliquum, si in crucibulo fundatur, conficitur vitrum colore succini fere. Dosis grana duo vel tria, cum per se, tum in infuso.

§. 10. *Vitrum purgans*. Vitrum antimonii in veram chilitem laxativam abit sequenti modo. ℞. Vitri antimonii pulverati unciam. Instilla spiritus vitrioli optime rectificati tantundem. Misce diligenter in mortatio, atque in catino ad ignem lenem exsicca, & denuo eandem quantitatem spir. vitrioli affunde, atque iterum exsicca, idque septies repete, semper attendendo, ut pulvis bene exsicceetur. Interim ℞. mastiches unciam. Affunde illi spiritus vini libram. Digere per quatuor horas. Tunc spiritum
vini

vini decanta, atque in eo vitrum antimonii præparatum per triduum macera. Deinde flores seu vitrum cum spir. vini in crucibulum inde, & spir. vini accende, ut totus deflagret. Quod ut rectius fiat, cum flammam non amplius concipit materia, colloca crucibulum in igne rotæ, ut totus spiritus vini exhalat. Pulvis residuus leni igne cinerum per duodecim horas in scutella vitrea exsicceetur. Dosis à granis duobus ad sex.

§. 11. Dicta hæc medicamenta ut majori cum voluptate assumantur, misceri poterunt cum conserva rosarum aut quacunq; alia, aut cum saccharo rosato. Quod, dum adhuc calet, ex catino eximatur, & super tabulam mundam extendatur, & , cultro designata magnitudine tabularum, in singulas tabulas indantur quatuor grana vitri aut florum antimonii pulveratorum & sic formentur tabulæ, quas in aëre lenitur exsicca.

§. 12. Vel *saccharum rosatum* cum pauca aqua rosacea in mortatio contunde, ut fiat massa. Hujus ℞. quantum libet, eique admisce dosin matrimonii præparati, & cum instrumento apto tabellam manu forma. Et sic procede, donec habeas, quantum vis.

§. 13. Vel subigarur farina cum aqua rosarum, addito cinamomi tantillo, ut fiat massa. Ex hac *placenzulas*, oblatæ forma formatas, in instrumento appropriato coque, ac singulis insperge dosin vitri antimonii præparati.

§. 14. Vel *pira moscharellina* conficimus sic, ut in singulis fiat foramen, cui indatur dosis dicti purgantis, iterumque proprio operculo exacte claudatur, & conficiatur confectio humido-sicca. Idem & in aliis fructibus conficiendis fieri potest.

§. 15. *Mercurius laxativus.* ℞. Mercurii vivi q. v. Superfunde olei sulphuris per campanam facti aut olei vitrioli, ut digitum transversum superemineat. Deinde in arena calida tandiu pone, donec materia calida in vase coaguletur: quod fiet intra tres horas. Matrarium papyro saltem tegatur, quo spiritibus volatilibus pateat exitus. Hinc, fracto matrario, materiam aufer, & si quid forte mercurii vivi adhuc in fundo restat, illum separa. Materiam pulveratam in crucibulo inde, & igne patenti per horam digere, ut totus rubeat in igne. Hinc, ab igne remoto crucibulo, materiam in aquam calidam iniice, & convertetur in pulverem flavissimum, qui, abjecta aqua, alia recens affusa lauetur, & postea exsicceetur. Hinc in matrarium indatur, & cum spir. vini digeratur per quindecim dies. Postea spir. vini decantetur, & mercurius super candens ferrum ponatur, ut optime exsicceetur. Dosis à gr. sex ad decem.

§. 16. Nota, quod *Mercurius dulcis* sublimatus, ad grana sexdecim exhibitus, in corpore valde cacochymo plus purget, quam in alio non ita cacochymo grana triginta.

§. 17. *Panacea Mercurii alba vulgaris.* Mercurius in aqua forti dissolvitur: in solutionem aqua salsa infunditur, ut mercurius ad fundum præcipitetur. Qui, ab omni salsedine per iteratas ablutiones liberatus, exhibetur cum terebinthina à gr. quatuor ad decem vel sexdecim.

§. 18. *Flores antimonii correcti.* Fiant primo flores antimonii albi sequenti modo. Sumatur olla aut cucurbita sicilis ampla & juxta fundum perforata. Cui in furnum locatæ applicentur perforatæ aliæ quatuor vel quinque invicem se excipientes, & in summitate apponatur alembicus rostratus, atque

accendatur

accendatur ignis lentus, donec inferius vas per gradus candescat. Hinc antimonij pulverati semuncia per foramen, in infima olla relictum, injiciatur. Quo injecto statim elevantur flores in superpositas ollas: Foramen apto subinde operculo exacte claudatur, Relinquantur per horam continuato igne, donec olla inferior candeat. Hora elapsa aliam antimonij pulverati semunciam injice, iterumque per horam relinque. Hic labor, quotiens visum fuerit, repetatur. In principio semper aliquid phlegmatis per alembicum destillare solet: quod cum stillavit, rostrum claudatur charta, & sublimatio, ut dictum, continuetur. Floribus hoc modo præparatis, ex melle aqua destilletur lento cinerum aut balnei calore. Quæ primo exit, insipida est: quæ vero hanc sequitur, aceti instar acris est. Priorem cum æqua portione spiritus vini rectificati misce, & in phialam super flores affunde, ad eminentiam quatuor digitorum. Circulentur hoc modo flores in sole, vel alio loco calido per mensem. Postea, menstruo abjecto, flores exsicca leni calore, & serva. Videbis violentiam florum antimonii, quæ à cruditate erat, per coctionem & nobilis menstrui præsentiam concoctam atque sublatam, ac tantum sedes movere, sine omni vomitu. Dosis à granis quinque ad sex vel septem.

§. 19. *Mercurius cum auro.* ℞. Auri purissimi partem unam. Mercurii vivi part. sex. Fiat secundum artem amalgama. Mercurium ab amalgamate super igne lento carbonum evolare sine in tigillo, & remanebit calx solis in funde. Calcem iterum cum aliis partibus sex mercurii s. a. amalgama optime agitando, ut calx omnis in mercurio dissolvatur, & unum atque homogeneum corpus appareat.

Amalgama hoc inde retortæ parvæ lutatæ, & superfunde aquam fortem ad eminentiam trium digitorum. Retortam in cineribus loca per diem ad digerendum igne mediocri. Die sequenti igne fortiori collige aquam fortem in recipiens retortæ appositum, & ignem sub finem auge eoque ut fundus retortæ incandescat, & omnes spiritus aquæ fortis corrosivi distillent. Vasis refrigeratis materiam exime, tere, iterumque retortæ inde, & superfunde aquam fortem antea abstractam, iterumque igne forti arenæ distilla, ut prius, ut retorta in fundo incandescat. Vasis refrigeratis materiam, in retorta residuam & rubicundissimam exime, abjiciendo illud, quod forte ad latera retortæ sublimatum est. Tum sume laminam ferream quadratam, quam in igne, ut incandescat, tene. Cum optime cander, insperge pulverem mercurialem, ut optime exsicceat, & quod volatile restat, evaporet. Cum ferrum frigere incipit, materiam aufer, & in vase clauso ad usum adserua. Lente, & sine omni vomitu, per secesum purgat: nisi ventriculus quibuslibet imputatum minieris refertus sit, Dosis à granis tribus ad octo cum paucula terebinthina, aut extr. colocynthidis, aut, in horum defectu, cum pil. cochiis minoribus, aut aliis. Summum est arcanum in hydrope, lue gallica, & omnibus cutaneis affectibus, ac defluxionibus, atque ubi corpus scatet pituitosis humiditatibus.

§. 20. In exhibitione Mercurii quomodocumque parati notandum, *primo*, convenientissimam omnium exhibendi formam esse pilulas. Ne scilicet Mercurius nimia mora noxam palato adferat, movendo pyelismum & tonsillarum tumorem inferendo, attractis undique ad palatum humoribus tenuioribus

tenuioribus propria quadam natura familiaritate.

§. 21. *Secundo*, incorporaturus Mercurium semper consultum puta addere guttam unam vel alteram olei sulphuris. Etenim hoc ipsius malignitatem compefcit, & figit volatilitatem, qua sursum tendit, ac corrigi symptomata, quæ infert.

§. 22. *Tertio*, ut, post sumptum Mercurium, ad summum horis duabus. detur jusculum, & dimidia hora post cibum: quo ne diutius in ventriculo hæreat.

§. 23. *Quarto*, ne sæpe vel multum exhibeatur biliosis: quia educendo serosam humiditatem, frænum bilis, nocumento esse illis valde potest.

§. 24. *Quinto*, ut exhibeatur cum terebinthina aut extr. colocynthidis sequenti. *℞.* Colocynthidis non recentis, sed ab annis aliquot reservatæ, sine interioribus arillis & nucleis lib. semis. Scammonii puri unc. quatuor. Incisis tinctura extrahatur cum spir. vini antea usurpato, seu non rectificato. Reiectis fræcibus menstruum tinctum cucurbitæ indatur & per B. M. spir. vini usque ad mellis seu pilularum consistentiam revocetur.

Diaphoretica.

CAP. V.

§. 1. Bezoardicum *minerale simplex*. Dosis gr. sex ad duodecim vel plura, in vehiculo convenienti, vino, aqua cardui benedicti, cinamomi, aut theriacali. vide notas ad Crollium.

§. 2. Bezoardicum *minerale solare*. Dosis cum priore eadem.

§. 3. Bezoardicum *lunare*. Quod fit hoc modo. Luna in aqua forti solvitur, & digeritur tamdiu, donec solutio fiat viridiuscula. Abstrahe tunc per alembicum ad mellaginem usque aquam fortem, &

ex luna cum spir. vini tincturam extrahe viridem.
Hanc extractionem repete, donec non amplius tinguatur. Iterumque, spiritu vini ablato, remanentem tincturam butyro antimonii, in spir. nitri soluto iunge proportione suboctupla ad butyrum, & l. a. distilla ad siccitatem, atque bis terve fixa eodem modo, quo Bezoardicum commune sive minerale simplex figitur. Dosis eadem.

§. 4. *Antimonium diaphoreticum seu flores antimonii albi fixi.* Dosis à scrupulo semis ad integrum: nonnunquam etiam ultra. Datur autem cum conserva rosarum bel aqua convenienti & particula theriacæ veteris. Vitiolos humores per sudorem pellit optime.

§. 5. *Panacea seu sulphur antimonii fixum* fit hoc modo, Ex cinnabari antimonii, post distillatum butyrum antimonii in collo retortæ collecta, primum eliciatur sulphur rubrum hoc modo. Fiat lixivium fortissimum ex cineribus clavellatis vel calce viva, ut motis est, cum quo, exacte deputato perque filtrum trajecto: cinnabaris antimonii pulverata ebulliat per tres vel quatuor horas in cacabo ferreo. Lixivium redditur rubicundum propter sulphur, argentum vero vivum ad fundum confluit currens. Tinctum lixivium per inclinationem separetur, & calens per chartam bibulam coletur, ac seponatur per horas aliquot. Tum sulphur antimonii fundum petet in forma pulveris rubri. Quod à lixivio separatum deinceps edulcorandum est aqua communi, ac postea lento calore exsiccandum. Huius sulphuris & reguli antimonii ℥. ana, v. gr. unciam, atque olei sulphuris per campanam facti vel olei vitrioli unc. tres. Digere per aliquot dies in retorta vitrea & loco calido. Deinde distilla ex arena,

ter minimum aut quinquies cohobando. Virge postrema vice ignem quarto gradu per duodecim horas, & erit totum fixum, in igne manens: quod exime & cum aqua rosarum lava. Huius ℥. unciam. Salis seu magist. corallorum drach. duas. Misce exacte, & fiat pulvis. Panacea ex sulphure antimonii dosis est à gr. decem ad quindecim. Est autem egregium sudoriferum, præsertim in morbis malignis & epidemiis, in aquis appropriatis sudoriferis. Datur in conserva aliqua, vel mithridatio, vel cum decocto rasuræ cornu cervini.

§. 6. *Aqua theriacalis Crollii*, in specifico pestilentiali. Dosis à cochleari semis ad integrum.

§. 7. *Diaphoreticum in peracuis* Paracelsi, seu *Mixtura simplex.* Dosis Drachma una.

§. 8. *Spiritus tartari alcoholisatus*, de quo in Crollio. Dosis à drachma una ad duas.

§. 9. *Lapis Bezoar.* Dosis gr. sex, septem. Si quotidie eo, ut in morbis diuturnis, cordis palpitatione, similibus utendum, dentur gr. duo aut tria in aquis convenientibus.

§. 10. *Cinnabaris antimonii* cum ana magist. corallorum & perlatum permixta. Dosis à gr. octo ad duodecim. Si æquale pondus ad hanc mixturam addatur Magisterii cranii humani, fit egregium diaphoreticum in epilepsia. Dosis posterioris sunt gr. decem vel viginti.

§. 11. *Arcanum cardui benedicti.* Dosis gr. quinque ad octo. Item sal cardui benedicti in spiritu nitri solutus, & iterum in crystallos reductus. Dosis scrupulus unus. Commendatur valde in quattana.

§. 12. *Aurum potabile anglicum.* Dosis gutta una, soluta in maluatici drachma.

§. 13. *Laconicum Hartmanni.* Quod tale est, Fiat

cupa quadrata ex asseribus, alta pedes quinque, lata duos, longa quatuor vel quinque. In superiori tegumento foramen, per quod exserti caput possit, asserculis hinc inde mobilibus fiat, & in fundo craticula lignea, & in medio sedile cum scabello, perzinguente ad craticulam, ad subleuandos pedes. Antica parte fiat ostiolum cum fenestra vitrea, quæ possit aperiri & claudi. In partibus extremis fiant manubria ex ferro, quibus moveri & portari possit. Sub craticula in omni latere fiant fenestræ mobiles (*Schubfenster*) lignæ, per quas acetum in scutellis ferreis (stannæ enim aceto absumuntur) vel vinum ardens subjici possit; ejusque ardentis vel inflammati vapor totum corpus patientis in cupa depositum, excepto tantum capite, ferire. Interdum decoctum herbæ vel etiam aromatum, pro necessitate nempe ipsius morbi, simul in fistula lignea adhuc fervens imponendum. Cujus vapores ut à spir. vini ardente melius ad sudandum existimari possint, idcirco simul in cupam reponitur. Opus id tamdiu instituitur, quamdiu opus est, & ratio dicitur.

§. 14. *Flores antimonij.* ℞. Antimonij calcinati lib. semis. Salis tartari unciam. Sublimentur, ut flores antimonij semel atque iterum & tertium eleventur cum sale tartari. Tandem abluantur in aqua simplici aut rosarum. Sic habebis flores diaphoreticos.

§. 15. ℞. Cornu cerui præparari scrupul. unum & semis. Magist. perlarum scrupulum. Lap. bezoar gr. quinque. M. f. pulvis. Summatum cum aqua cardui benedicti.

§. 16. *Aqua tophorum* Cornu cervi. Utillissimum etiam ad omnes morbos malignos sudoriferum elicetur è tophis seu cornubus recentibus cervorum, sanguine

sanguine adhuc rigidis (*Kirschlorolben-wasser*) si in tenuissima frustula concisa in retorta per B.M. aut roris, vel per se, vel cum paucio vino generoso distillentur, donec liquor omnis egrediatur. Dosis cochlear semis, vel per se, vel cum opiata aliqua. aut conserva flor. citriorum, vel aurantiorum, vel in liquore convenienti. Convenit omnibus febribus ardentibus, malignis, & epidemiis.

§. 17. *Aqua theriacalis.* ℞. Rad. aristol. utriusque, angelicæ, serpentariæ, cyperi, tormentillæ, scorzonæræ, enulæ, pentaphylli, valerianæ, dictamni albæ, ana unc. semis: zedoariæ, pinpinellæ, olivici, ana unc. tres. Bacc. lauri recentium drach. tres: juniperi drach. sex. Sem. citri drach. anam & semis: cardui benedicti, fileris montani. ana drachmam. Galangæ, xyloaloes, santali citrini, ana scrup. quatuor. Cort. aurantiorum, citri ana unciam. flor. citri drach. sex. Fol. scordii manipulum: morsus diaboli, veronicæ, cardui benedicti, scabiosæ ana manip. semis. Flor. boraginis, buglossæ, hypericæ ana manip. semis. Succ. acetosæ lib. unam & semis: salviæ, scabiosæ, borraginis ana lib. semis. Vini optimi lib. quatuor. Camphoræ unc. unam & semis. Mithridatii optimi unciam semis. Theriacæ Andromachii drach. duas. Vini granatorum, lib. unam. Spir. vini unc. quatuor. Incisa & contusa infunde simul, & digere in loco tepido per octo dies. Postea distilla in B.M.

§. 18. *Acetum theriacale.* ℞. Rad. Bistortæ, gentianæ, pimpinellæ, angelicæ, tormentillæ, ana drach. decem. Bacc. lauri, juniperi, ana unciam. Nucis moschatae drach. quinque. Rasuræ ligni sancti unc. duas. Zedoariæ drach. semis. Santali albi drach. tres. Fol. rutæ, apsinthii, scordii, ana manip. semis.

Flor. tunicæ, buglossi. ana manip. unum & semis. Theriacæ Andromachi, mithridatii, ana drach. sex. Contulsis contundendis fiat omnium in aceto vini infusio per octo dies. Postea distilla per B. M.

Diuretica.

C. A. P. VI.

§. 1. *Spiritus diureticus.* Aqua ex nucleis persicorum, cum malvatico vel alio vino generoso prius maceratorum per dies sex, distilletur per B. vel cineres. Ejus cochlear unum exhibitum, efficacissimum est.

§. 2. *Vinum diureticum.* Silices albilissimi è flumine collecti & igniti, in vino generoso extinguantur toties, donec plane in pulverem redacti fuerint. Vini ejus, per filtrum trajecti, haustus unus subito urinam pellit, propter salem silicum. Urinæ enim sal restagnans in corpore per salem alium curatur.

§. 3. *Oleum cera,* à guttis duabus ad quatuor in aqua rad. urticæ majoris datum, urinam pellit fortiter. Præsertim si perineum & renum regio simul inungantur oleo e lateribus, scorpionibus, & ceræ.

§. 4. *Oleum cera.* ℥. Ceræ libram. Cinerum lotorum unc. quatuor. Distilla ex cucurbita humili aut retorta in cineribus igne lento. Quod primum exstillat, butyri similitur coagulatur: unde sæpius officium alembici aut rostrum retortæ clauditur, quod adhibito carbone liquandum, ut in recipientem descendat. Semel atque iterum per retortam, addita aqua communi, rectificetur.

§. 5. *Sal succini volatilis* Crollii. vide notas in Crollium.

§. 6. *Sal succini fixus* fit, si capite mortuo post distillationem olei reliquo & in fornace figulino calcinato, è calce sal extrahitur. Dosis à scrupulo ad drachmam semis, in convenienti liquore.

§. 7. *Spi-*

§. 7. *Spiritus salis,* præsertim marini, exhibitus à guttis tribus ad sex vel decem cum aqua fontana, aut petroselini, aut halicacabi, aliisve urinam moventibus.

§. 8. *Spiritus nitri,* quemadmodum & nitrum ipsum. Dosis eadem, cum aceti partibus duabus.

§. 9. *Aqua vitæ* ad cochlear unum.

§. 10. *Tinctura seu sulphur tartari.* Hujus guttæ quatuor vel octo cum vino vel alio liquore exhibitæ vehementer pellunt inferiorum viscerum morbos per urinam: & quod mirati licet. alvi segnitiam, si-ve à medicamentorum usu si-ve à natura contractam, mirifice restituit, senibusque est ac commodatissimum. Vide notas ad Crollium.

§. 11. *Iulepus diureticus.* ℥. Salis prunellæ à drachma semis ad integram. Aquæ ononidis, petroselini ab unc. tribus ad quatuor. Sir. è flor. ononidis præparati vel violacei tantum, vel è succo boraginis aut limonum unc. unam.

§. 12. *Oxymel diureticum* est apud Medicos nonnullos in usu frequentissimum. ℥. Rad. valerianæ, vincetoxici, eringii, ana unc. semis: fœniculi, petroselini, ana drach. sex. Herb. origani, hyssopi, veronicæ, scabiosæ, marrubii, ana manipulum. Sem. anisi, fœniculi, ana drach. duas. Flor. genistæ, sambuci, ana pug. tres. Mellis collati lib. duas. Aceti scyllini libram semis. Aquæ fontanæ lib. quatuor. M. & lente ebulliant, ac stent in loco calido coopta per dies octo. Dein coquantur & exprimantur. F. l. a. oxymel. Dosis ab unciis duabus ad quatuor, vel sex, urgente necessitate.

§. Sal & magisterium Perlarum. Dosis gr. sex, decem, viginti. Notatur in notis ad Crollium, ne excedas gr. quindecim.

§. 2. *Sirupus Perlarum.* Præparat Quercetanus sirupum è corallis, qui confortativus quoque censetur. Ad cuius imitationem fieri potest Sirupus è margaritis, si cum succo limonum depurato ad auctoris mentem digerantur & solvantur perlae, & ex solutione fiat sirupus, sicut de sirupo corallorum docet.

§. 3. *Arcanum perlarum.* Dosis gr. quindecim ad viginti. Propter spir. Guajaci, quo præparatur, sanguinem egregie purgat in lue venerea. vide infra in curatione ejus.

§. 4. *Sal Corallorum.*

§. 5. *Magisterium Corallorum.*

§. 6. *Tinctura Corallorum.* Dosis omnium à granis sex ad decem vel quindecim. Vide notas ad Crollium.

§. 7. *Elixir proprietatis* Paracelsi à gut. sex ad viginti quinque, in convenienti vehiculo. vide notas ad Crollium.

§. 8. *Oleum cinamomi.* Dosis à gut. tribus ad quatuor.

§. 9. *Balsama confortantia.* de quibus Crollianæ notæ videantur.

§. 10. *Balsamus cinnamomi.* ℞. Olei nucis moschatæ per expressionem q.v. Ex eo tincturam cum spiritu vini extrahe, donec oleum in fundo albidum & quasi inodorum restet. Hoc accipe, eique adde extracti cinnamomi drach. sex, & in cineribus calidis relinque, donec in unum corpus abeat. Quo

PRAXIS CHYMIATRICA. 27
facto adjice olei cinnamomi distillati drach. duas: misce optime, & serva. Dosis gr. sex in aqua melissæ vel alia cordiali, vel in conserva aut opiata cordiali. Omnia principalia membra confortat, inprimis ventriculum frigidum, & cor, ac cerebrum. Etiam in deliquis animi singulare est remedium; etiam si cor coniungitur.

§. 11. *Aurum potabile Anglicum.* de quo postea.

§. 12. *Aurum transparens.* de quo Rhenanus in Sole è puteo emergente.

§. 13. *Aqua confortativa.*

§. 14. *Aqua magnanimitatis.* de qua in Medulla destillatoria lib. II. tract. 8.

§. 15. *Ambra rectificata.* qua sæpius usum fuisse Rodolphum imperatorem ajunt. Ejus compositionem ab Elizabetha regina Angliæ accepit. quæ talis est. ℞. Ambra griseæ puræ & probæ partes octo. Moschi odoratissimi part. unam. Sacchari albissimi partem semis. Omnia pulverata cum spiritu rosarum ardente terantur optime & diu, sæpius aliquid de spiritu rosarum affundendo & attemperando, ac rursus reponendo, ut paulatim quasi siccescat. Hinc rursus, ut prius, teratur & ad usum servetur. Dosis instar pisi minoris in vino vel alio liquore conveniente. Omnium viscerum confortativum maximum est, & inprimis vim procreandi promovet.

§. 16. *Spiritus fuliginis,* cum oleo ejusdem qui talis, ℞. Fuliginis ex caminis (*Spiegelgrus*) elegantis & splendentis instar succini nigri (quo prior fornaci adhæret. eo melior) q.v. Ea imple retortam vitream bene loricatam, vel etiam terream usque ad collum, & apposito receptaculo capacissimo distilla gradibus ignis aperti ab initio parvi, postmodum fortioris, ut phlegma, & spiritus

omnis albicans, oleumque simul, primo flavum, ultimo rubeum exeat. Phlegma per tritorium deinde bene separa. Spiritum cum oleo aliquandiu in digestionis igne digere. Postea affunde dimidium spir. vini, & distilla sæpius. Prodit cum spir. vini spir. fuliginis, & simul etiam oleum rectissimum, odorem habens instar camphoræ.

§. 17. *Specificum in cancro.* Caput mortuum calcina, & ex eo extrahere *salem* more communi. Quem reserva tanquam præstantissimum curativum in cancro exulcerato. Hic *sal* extrahitur cum aceto, inque liquorem in loco humido & frigido rursus solvitur. Quo si cancriosa ulcera semel atque iterum inunguntur, venositas instar vaporis visibiliter extrahitur. Tandem vero oleum supra dictum leni aspergine sæpius illitum, crustam instar cuticulæ induci, quæ sponte spacio quinque vel sex dierum cadens, ulcus consolidatum esse indicat.

§. 18. Dosis *spiritus* è fuligine est à gutt. sex ad scrup. semis: olei à guttis duabus ad tres. Exhibentur in vino vel alio vehiculo convenienti. Eius guttæ tres agonisanti in aceto exhibitæ, mirabiliter eum refocillando exsuscitant. Unde & hanc *Sonipariorum* imminentis mortis animadvertere licet. Si sudor post exhibitum oleum copiosius emanatit, signum indubitatum sanitatis & convalescentiæ erit: sin secus, mortis. Quod si cum fuligine vulgari nostrate fuligo laticis vel etiam quercus miscetur, & ex eis, more usitato, eliciatur oleum correctum, multum id præstabit in caduco & contractura. Syncopen enim & lipothymiam solvit, spiritusque animales vehementer excitat & corroborat.

§. 19. *Essentia margaritarum.* ℞. Salis perlarum per acetum facti q. v. Affunde spir. vini rectificatissimum

num ad eminentiam trium digitorum, & vase hermetice clauso, illud ad digerendum in cinere calido loca ad octo vel decem dies. Quo tempore perlas essentiam suam ad instar olei spissam ad superficiem ipsius spir. vini remittant. Hoc oleum per inclinationem separa cum spir. vini à subsidentia, inque vase bene clauso serva. Remanentiæ olei recentem vini spiritum affunde &, ut prius, digere, ac toties essentiam collige ac cum priori conjunge, quoties visum fuerit. Essentiam omnem collectam in cucurbitam inde, & lentissimo igne spir. vini evoca, donec in fundo instat olei essentia remaneat. Datur à guttis sex in conserva vel opiata cum decocto quocunque. Hæc essentia utilissime exhiberi potest cum sequenti mixtura. ℞. Sem. melissæ unciam. Lactuæ unc. semis. Aquæ fœniculi unc. decem: rosarum uncias quatuor. F. emulsio. Cujus ℞. unc. quatuor: essentia perlarum drach. duas. M. & dentur cochlearia tria vel plura, mane & vesperi, vel tempore quocunque, necessitate urgente.

§. 20. Quod si cui dicta operatio nimis laboriosa videatur, is è citriis malis, abjectis cortibus, succum exprimat, eumque, ut depuretur, in B. M. per aliquot dies detineat. Tunc ℞. perlas contusas & vino albo lotas, eisque in mattaccio affunde succi dicti ad eminentiam quatuor digitorum, & in cinere calido loca per octo horas. Videbis perlas solvi & quasi in liquorem butyraceum converti. Huic affunde rorem majalem destillatum vel aquæ melissæ, ut solvatur in ea solutio perlarum. Aquam effunde, iterumque affunde succi citriorum q. l. Digere, & affusa aqua, quod solutum aufer. Hunc laborem toties repete, donec penetotæ solutæ sint, relictis exiguis sæcibus. Hinc liquores omnes conjunge,

& in cineribus igne lento aquam & succum exhalare permittit. Invenies pulverem impalpabilem, in quo vis liquore resolvablem. Cujus usus à gr. sex ad scrup. semis ex aqua rosis majalis cum manna distillata, vel ex aqua cinnamomi cum aqua rosacea distillata aut buglossæ, vel ex conserva corticum aut florum citri.

§. 21. *Liquor Hyacinthi.* ℞. Hyacinthi pulverati q. v. Eum cum æquali pondere sulphuris vivi (minera adhuc conjuncti, non in magdaleones redacti) misce, atque in crucibulo forti, & operculo tecto, sed non lutato, igne circulari, primum lento, deinde fortiori, ac tandem fortissimo calcina, donec sulphur omne exhalet, & pulvis ex igne extractus non spirat amplius odorem sulphureum. Hinc aqua communi diligenter lavetur, & cum aqua portione nitri præparati seu salis prunellæ misceatur, & in igne circulari calcinetur, donec in igne cum nitro abeat in massam, metalli instar rubentem. Hinc in aquam calidam injicitur, ut nitrum solvatur, relicto in fundo pulvere Hyacinthorum. Qui aqua calida eluatur, donec non amplius sapias nitrum. Postea exsicceatur, eique affundatur acetum sequens. ℞. Aceti lib. sex. Cinerum herbæ kali lib. unam: aut, si herba kali lib. unam: aut, si herba kali deficiat, fiat acetum terebinthinatum ex aceto & terebinthina per retortam simul distillatis, oleoque & spiritu ab aqua separatis. In retortam sensim super cineres affundatur acetum, ne effervescat. Hinc in cineribus destilletur, fiatque cohobatio. Acetum tribus vicibus fit dulce, nec adeo mordax; magnarum tamen virium in solvendis pretiosis lapidibus omnibus. Hujus igitur aceti affunde pulveri, ut dictum, ad eminentiam duorum vel trium digitorum, & ut solyatur, in cinere calido
loca

loca per duos dies, materiam semper agitando. Elapsis duobus diebus tincturam decanta, aliud acetum affunde, & tincturam collige, donec Hyacinthi sint soluti, relictis paucis sæcibus in fundo. Solutionem omnem filtra, & ad siccitatem distilla, remanebit sal Hyacinthi, qui sæpius aqua simplici solvendus & coagulandus, donec omnis sapor aceti absumptus sit. Aut insperge in solutionem guttas aliquot olei tartari per deliquium facti, & sal ad fundum præcipitabitur, qui affusa quantitate aquæ simplicis ab omni acredine liberatur. Usus ejus est, ut solutionis Perlarum.

§. 22. *Acetum terebinthinæ pro extrahendis lapidibus.* ℞. Terebinthinæ lib. tres. Affunde aceti lib. tres. Distilla in arena, donec rubrum oleum ascendant: tunc muta recipiens. Distillatione peracta, separa oleum terebinthinæ ab aceto per tritorium, & solum acetum super zingiber rectificat.

§. 23. *Extractum Alkermes.* Grana kermes s. q. contundantur & affusa aqua rosacea, quæ sit acidula reddita cum guttis aliquot spir. vitrioli aut sulphuris, ad eminentiam quatuor digitorum, digerantur in loco calido per dies quatuor. Aqua tincta auferatur, aliaque affusa tandem tinctura extrahatur, donec non tingatur amplius. Tincturam in B. vel cineribus distilla. Potest idem *extractum* fieri ad instar aliorum extractorum cum spir. vini. Vel succum ex granis maturis sub prælo exprime, perque dies quatuor in B. digere, donec clarus evadat, subsidentibus in fundo sæcibus. Succus clarus decantetur, filtratur, atque in cucurbita inspissetur, & per B. distilletur. Aquam distillatam & succum serva seorsum. Possunt enim hæc duo necessitatis tempore conjungi, ut inde liquor fiat. Idem succus depuratus ad usus

feruari potest, si cum sacchari canti parte dimidia ad consistentiam sirupi igne lento cinerum in B. coquatur. Vfus eius à scrupulo ad duos.

§. 24. *Aurum potabile anglicum* Francisci Antonii. Primum dissolvatur aurum purissimum in aqua regis f. a. (Aqua regis fit ex aquæ fortis lib. una, & falsis ammoniaci unc. quatuor, simul per retortam in arena distillatis.) Solutionem claram in capax vitrum effunde, quod sit colli amplioris, & guttatim infunde oleum tartari per deliquium factum, donec aqua regis clara & alba evadat. Hoc signum cum apparet, calcem totam ad fundum descendisse certum est. Sine quiescere per diem, & mane, liquore ablato, calcem quater vel quinquies aqua communi ablue, eamque lenissimo igne exsicca. Cave autem, ne calor sit excedens. Quamprimum enim ignis calorem sentit calx, statim concipit flammam & in auras abit. Quare tutius est, in hypocausto, vel aëre tantum exsiccare, diligenter spatula lignea agitando. Calci adde dimidiam partem sulphuris pulverati, & simul misce, & in crucibulo per ignem patentem sulphur deflagrare permitte, adhibendo in principio ignem lentum, & in fine per horam fortissimum, ut calx quodammodo reverberetur, & tenuissima evadat, quam in phiala, optime clausa, ad usum serva.

Iam fiat *spiritus urinae*. ℥. Hominis sani vinum bibentis urinam q.v. modice in cucurbita bene clausa in fimo equino vel alio loco calino per quadraginta dies digere. Putrefactione facta distilletur urina ex arena per alembicum, adhibito recipiente satis amplo, donec omnis humiditas distillata fuerit. Distillatum tertio rectificetur per cohobiam à capite mortuo, ut exinde postea spir. iuste elevetur.

tur.

tur. Ex phiala igitur longioris colli cum suo alembico & recipiente juncturis bene undiquaque clausis in arena fiat destillatio, & elevabitur spir. instar crystalli in alembicum, nulla concomitante aquea humiditate. Hæc distillatio continuanda, donec omnes spiritus ascenderint. Quod sublimatione prodiit, aqua pluviali distillata solvitur, & ex phiala, ut prius, distillatur, idque sexies repetitur, semper novam aquam pluvialem accipiendo. Hinc in phiala hermetice clausa per quindecim dies reconduntur crystalli, & digeruntur lento calore B. donec in liquorem limpidissimum abeant. Huic liquori additur æquum pondus spir. vini, ex bono vino facti & quam optime rectificati, & simul in B. per duodecim dies digerantur & uniantur.

Dein ℥. Calcem solis, & ei affunde menstrui è spir. vini & urinæ facti, ut tres digitos emineat, in lento calore digere, donec sanguinis instar rubicundum evadat. Tinctura decantata & sæpius collecta in B. per dies octo ad duplo plures digeritur: hinc lenissimo calore spiritus solvens abstrahitur adhuc semel cohobandus. Hinc remanet sal in fundo cucurbitæ, in forma rubicundissimi olei, suavem de se odorem spargens & in quolibet liquore resolubilis. Propterea hoc oleum Solis; veri succedaneum esse potest. Eandem solutionem si non in B. sed arena distilles è retorta, post partem menstrui primam, cum reliqua ejus per alembicum transit tinctura Solis, rubicunda instar sanguinis, relicta in fundo vasis terra nigra, arida, spongiosa, levi. Ipsum autem menstruum, quod cum tinctura Solis prodiit, per B. tepidum separandum est, ut oleum Solis, in fundo restans, seorsum asservari possit. Hoc

C

est illud *aurum potabile*, quod in Anglia habetur apud Franc. Antonium, medicum Londinensem: unde sæpius in Germaniam & alia loca allatum fuit. Cujus guttæ quatuor ad octo quocunque etiam modo exhibitæ, vires mirifice reficiunt atque instaurant, & contra quemvis morbum augent, plerumque per sudorem evacuando; licet nonnunquam per singula emunctoria noxia expellant.

§. 25. *Alius modus.* Aurum laminatum in spiritu salis solve, & abstrahe menstruum, remanebit calx in fundo. Cui affunde aliud menstruum, ex spir. vini optime rectificato & sale urinæ paratum per digestionem quindecim dierum. A quo aurum ita solvitur, ut per alembicum cum menstruo simul destillari possit in arena. Facta distillatione menstruum leni B. calore separetur, tinctura Solis in fundo remanere.

§. 26. *Consummatum.* ℞. Caponem aut perdicem, sive solum, sive cum parte aliqua carnis vitulina, in minutissimas partes conscinde, & ossa in mortario conquassa, atque in phialam aptam vitream vel stanneam inde cum pauco cinnamomi &, si liber, croco: phialam exacte claude, & in catinum aqua fervente plenum pone: ignem sic continua, ut per tres horas bulliat aqua. Hinc carnem exime, & liquorem exprime, qui est optimi saporis & odoris, statimque congelatur, cujus cochlear unum vel per se vel cum alio jusculo exhibetur. Caro reliqua dura & insipida est.

Anodyna.

CAP. VIII.

§. I. *Laudanum opiatum generale* (vide notas in Crollium, & Opiologiam Doringii) tam cum opio quam sine, sive cum sulphure vitrioli ano-

anodyno correcto & fixo præparatum.

§. 2. *Laudanum epilepticorum.* vide infra, ubi de Epilepsia.

§. 3. *Laudanum hystericum* vide postea, ubi de Vteri suffocatione. Quorum omnium dosis est à granis duobus ad quatuor summum.

§. 4. *Laudanum sine opio.* ℞. Limaturam martis purissimam sine omni pulvere part. I. Vitrioli ungarici part. II. Tritis & mixtis omnibus in cucurbita superfunde acetum, ut superemineat digitum dimidium: coque & coagula lento igne arenæ ad siccitatem. Quo facto, urge ignem, ut omnia quodammodo rubeant. Vasis refrigeratis, materiam exime, tere & affunde acetum ad eminentiam quatuor digitorum. Digere, donec acetum tingatur, quod fiet intra tres vel circiter dies. Acetum tinctum sine sæcum perturbatione decanta, alioque affuso tamdiu tincturam collige, donec non coloretur amplius. In acetum tinctum & filtratum instilla guttas aliquot olei tartari per deliq. & sulphur narcoticum petet fundum. Quod aqua communi sæpius ablue, donec aqua non amplius acredinem aut gustum vitrioli præbeat. Nisi enim hoc fiat, per salem vitrioli nauseam vomitumve ciebit. Tunc ℞. pulv. santali rubri & citrini ana unciam. pulv. macis, galangæ, piperis, cardamomi, ana drach. tres. F. l. a. cum spir. vini extractum. Extrahe etiam mumie ægyptiæ unciam cum aqua cichorei. Tincturas diligenter collectas & filtratas conjunge cum sulphuris narcotici drach. duabus. Omnia simul in vase clauso per quindecim dies lento calore digere. Postera menstruum usque ad mellaginem abstrahe. Hinc adde Extr. croci semidrachmam. Magist. perlarum unciam Massa usui recondatur. Anodynum est præstantissimum & in

omnibus doloribus ad conciliandum somnum ac commodatum; præsertim intra corpus assumptum à gr. sex ad decem, cum conserva aliqua, aut liquore, aut in forma pilularum.

§. 5. Cum autem non raro doloris &, ipsius individui comitis, vigiliarum ac inquietudinis tanta sit vehementia, ut vires ipsæ resolvantur, nulloque modo, nisi symptomatis ablatis, occurrere morbis ipsis possit, imo his ablatis sæpius levi cura morbus tollatur, magna omnino danda opera, ut, naturæ amicus somnus introducatur. Quod est summum in medicina arcanum. Somno enim facto dolor & cruciatus vehementes plerumque consopiantur, ac sæpe, dum quiescit cum corpore morbus, simul dolorum causæ extirpantur. Necessè igitur ut essentiali aliquo anodyno, tanquam thesauro attalico, instructus sit Medicus, ad quod urgente necessitate velut ad sacram salutis anchoram confugere possit.

§. 6. Quod igitur *anodyna* attinet, à Galenicis commendantur Philonium romanum & persicum, Athanasia magna, Aurea alexandrina, Theriaca recens, Trochisci de alkekengi, Pilulæ de cynoglossa. Quæ omnia, si iusto tempore & pondere atque mixtura exhibeantur, sæpius magno emolumento sunt. Verum his omnibus præstantiora omnino sunt laudata illa Chymicorum laudana, quæ *opium*, principale anodynum & somniferum, ab omni veneno & impuritate optime correctum, & simul *virrioli sulphur*, anodynum recipiunt, quod de superioribus asfirmari nequit. Vnde & horum vis efficacior & usus securior est.

§. 7. *Laudanum opiatum*. ℞. Opii opt. q. v. Scinde in particulas parvas & tenues, ac in scutella vitrea lento cinerum igne exsicca, donec sponte sua

in

in pulverem cum digitis comminui possit, ac bene oleat, sulphure fœtido, per quod tantoperè fœtet, per exhalationem absumto. Huic affunde acetum ad sex digitos & digerendo in arena per triduum extrahe tincturam. Acetum tinctum separa à fœcibus, filtra, & in B. distilla ad mellaginem. Quod iterum solve in aqua rosarum, & filtra denuo, & aquam per distillationem aufer. Extractum serva. Interea ℞. Croci q. s. Extrahe cum spir. vini, semper alium affundendo, donec amplius non coloretur. Coloratus per alembicum distilletur, ut remaneat extractum in fundo instar mellis. Tum ℞. Extr. opii unciam. Salis perlarum drach. sex. M. addendo in fine moschi scrupulum: ambræ drachmam: olei caryophyllorum gut. sex vel scrup. semis. Serva ad usum in vase clauso. Dosis à gr. quatuor ad sex, in pilulis deauratis, vel in aqua appropriata aut sirupo è papavere, aut confectione cardiaca. Si dolor sit vehemens, vel vigilia, horis tribus à cœna datur pilula una, & nocte media altera, &, si non remittit, circa diluculum tertia. *Exterius* etiam applicatur unguentum alabastrinum. Vel ℞. Vng. huius drachm. duas. Laudani opiatum drachmam. M. f. unguentum. Aut solve hoc in aqua solatri, rosarum, aut papaveris rhœadis. In soluto intinge lintea, ut dicetur in loco.

§. 8. *Laudanum aliud*. ℞. Spec. diambæ unciam. Affunde spir. vini opt. rectif. ad duos digitos. Stent in infusione per duas septimanas. Postea tincturæ dimidium effunde, & adde opii drach. tres. Stent iterum in infusione per totidem dies. Deinde, quod clarum, effundatur, caloreque spiritus vini lenissimo separatur ad sirupi fluidioris consistentiam. Extracto huic adde salis corallorum, margaritarum &

cornu cervi ana scrupulum. Succini opt. præparati scrup. semis. Affunde reliquam tincturam pulv. diambræ, & repone in sole vel loco calido. Sub finem adde moschi, ambræ, ana gr. quinque aut sex. Croci scrup. semis. Olei cinamomi. caryophyllorum, ana gut. quatuor. M. Dosis à granis duobus ad tres.

LIBER SECVNDVS.

Dolor capitis.

CAP. I.

Capitis affectus quoscunque usus olim notavit, Symptomata certè sunt, non morbi. Hæc in tres ordines ex affecta sede partimur: alia capitis membranas, alia cerebri substantiam, alia meatus atque ductus obsident. Membranas appello meningis & pericranium, in quibus solis ut exquisitè sentientibus dolores sunt, cephalalgia, cephalæa & hemicrania. In cerebri substantia, qua omnis principis facultatis nempe mentis, imaginationis, & memoriæ sedes est atque instrumentum, depravate functionis Symptomata sunt, phrenitis, delirium, melancholia, lycanthropia, mania: abolitæ verò functiones sunt, stultitia, amentia, extincta memoria, sopor, veteris catocæ, lethargus. In cerebri ventriculis atque in iis ductibus per quos animalis spiritus in sensum motuumque organa distribuitur, sensus motusque Symptomata sunt, vertigo, epilepsia, incubus, apoplexia, paralysis, convulsio, tremor, catarrhus. De singulis rursus plenius dicendum. Dolor omnis capitis in membranis existit, qua si neque ab æstu: neque à frigore, neque ab ætù, neque ab odore graui offenduntur, causam interioriorem habent doloris, qua aut illas intemperie afficit, aut ferit, aut diuellit, aut distendit. Quæ autem signa doloris speciem, eadem & efficientes causas ostendunt. Dolor acer, erodens ac perforans ab humore

humore fit aut vapore bilioso & acri feriente membranas: grauians à frigidorum pituioforumque copia: distendens à flatuum aut humorum miltiorum exuperantia qui inter caluam & pericranium, vel inter caluam crassamque meningem se insinuant, easque membranas diducunt ab ossè: dolor pulsans à tenui biliosoque sanguine, vel à spiritu redundante, quo turgentes ac distenta arteriæ vehementius pulsant membranasque concutiunt. Eius ferè generis est dolor omnis qui statis horis quotidie siue cum febre siue citra hanc recurrit. Sed n. horum dolorum causa ex iis signis certius discerti possunt, qua demonstrant quis humor in capite exuperet. Dolor omnis aut externus est aut interior. Externus quoniam pericranio incumbit, capillorum radices inuerti non sinit, & capitis pressu exacuitur, interior verò mitescit. Falsum est & à veritate prorsus alienum, interiores solos dolores ad oculorum vsque radices pertinere: nam & externi eodem sæpè pertingunt, quod & pericranium cui insident, oculorum cauum succingat. Dolor capitis consuetus & multos iam annos hominem frequenter leui occasione exercens, aut cephalæa aut hemicrania est: illa caput totum aut partem eius maximam: hæc alteram duntaxat occupat, à temporumque pulsatione initium ferè sumit, Quinetiam cephalæa semper proprio & primario fit capitis affectu, hemicrania verò præcordiorum subdiarumque partium sympathia. Cephalalgia genus virumque comprehendit, ac præterea quemuis dolorem siue ex febris, siue ex solis ardore, siue ex ebrietate, siue ex alia quavis evidente causa excitatum. Ita igitur doloris species eiusque causa internoscitur. Fernelius.

§. 1. In *cephalæa*, imo doloribus capitis quibuscunque, inprimis usus Aquæ benedictæ, ventriculo jejuno, stata dosi exhibitæ, multum prodest, vide notas in Crollium.

§. 2. Eiusdem effectus quoque est Sirupus ex Aqua benedicta.

§. 3. Purgatio fiat per 1. Diasenæ laxativum. 2. Panchymagogum vegetabile. 3. Elleborum præparatum. 4. Scammonium præparatum. 5. Mercurium dulcem. 6. Mercurium vitæ. 7. Flores antimonii correctos. 8. Specificum purgans Paracelsi, quod maxime commendatur. Vide notas ad Crollium.

§. 4. Inter *interna* referuntur pilulæ capitales non purgantes, sed confortantes ex ladano. Sunt autem tales. ℞. Olei camphoræ (facti solutione ejus in oleo spicæ ana.) gut. sex. Gummi ladani cum spir. vini extracti scrupulum. Moschi opt. gr. tria. M. f. cum aqua majoranæ & mucagine tragacanthæ pilulæ, ponderantes singulæ gr. quatuor. Dosis pilulæ puæ vel tres summum, iteratis vicibus, si opus est Dentur longe à pastu circa vesperam.

§. 5. His recte accensetur Spiritus vitrioli philosophicus in vino exhibitus.

§. 6. Dolor omnis tripliciter aufertur. *Primo* iis, quæ causam doloris tollunt, eique hoc modo sunt contraria. *Secundo*, Anodynis & paregoricis, quæ causam doloris mitigant, consopiant & æquabilem reddunt. leniterque rarefaciunt. *Tertio*, Narcoticis, quæ dolorem non percipi faciunt. Hæc proprie doloris causam non tollunt, nisi per somnum forte, quem interius assumta faciunt, mitigetur & concoquatur. Dolor vehementissimus Narcoticum, mitior Anodynum indicat.

§. 7. Si

§. 7. Si igitur dolor *ab intemperie calida* cerebri vel vaporibus calidis fiat, ut in febri, cuique occurrere possit, præmissa evacuatione per clysterem, statim *vena* legetur, præsertim si adsit plethora aut totius corporis intemperies: aut, quod magis affectum spectat, applicentur omoplatis *cucurbitæ* cum scarificatione. Imo eæ sæpius iteratæ in magnis doloribus eodem die sine scarificatione applicentur. Hinc *frontale* aliquod *anodynum* applicetur. ℞. Laudani opiati scrupulum semis. Aquæ solani, rosarum, ana unc. tres. Aceti rosacei sesquiunciam. M. & lintea in eo madefacta applicentur fronti. Olfaciat quoque æger sæpe aquam rosaceam, in qua camphora soluta sit, faciemque ea lavet. *Interius* dentur quæ intemperiem alterant, humores noxios educunt, quæque vim habent anodynam; qualia sunt Laudana proposita.

§. 8. Quod si hoc modo non cedat dolor, ad *vesicatoria* accedendum, quæ applicentur sincipiti, vel collo prope nucham.

§. 9. Quod si vero à *frigida intemperie* cerebri, vel cum vel sine materia, oriatur dolor, à dictis medicamentis abstinendum, & ad ea, quæ à Practicis vulgo præscribuntur, accurrendum. Inter maxima sibi habeat Medicus acetum & oxymel scyllinum, aquam florum sambuci, oleum & aquam pulegii, torismarini, anethi, & petroselini. Quæ foris applicata, præsertim duo posteriora vel sola sæpius, præmissis, tamen præmittendis, dolorem ejusmodi sedant, materiam digerunt, vel ita disponunt, ut postea ab *errhinis* & *apoplegmatismis* facilius educi possit.

§. 10. Ad tempora, frontem, & coronalem futuram summopere prodest eorumdem inunctio.

Profunt etiam oleum nucis mosch. expr. & balsamus apoplecticus, cinnamomi, succini, naribus illitus. Profunt etiam vel maxime facculi in modum pileoli ex serico confecti, in quibus insuuntur aromata cum herbis capitalibus. Ut & illi, qui ex milii part. quatuor & salis tosti part. una fiunt. Qui capiti quotidie ter aut quater sunt applicandi, prius tamen calefaciendi.

§. 11. Quod si affectus non cedit remediis ordinariis, post aures in parte inferiore excitare *vesicas* licet. Quibus apertis imponuntur folia brassicæ, ut apertæ conseruentur. Quod si eas consolidare animus, inunge ungu. albo Rhafis. Potest etiam, si morbus sit diuturnus & rebellis, applicari *setaceum* aut *cauterium* potentiale vel actuale.

§. 12. Quod si *ob ventriculi consensum* oriatur capitis dolor, isque continuo aut per intervalla affligat, sæpius detur infusio croci metall. vel florum antimoni in aqua betonicæ aut mentæ facta. Prodest, ut & in dolore à frigidis humoribus, Mercurius dulcis aut vitæ, & Panacæa. Profunt in talibus etiam vel maxime *tragea* ex coriandro præp. aniso confecto, spec. diarrhodon Abbatis, diamoschi, & similibus facta, & post partum assumptæ, habita semper cura ventriculi, ut & capitis, quod roborandum *balsamis* odoratis, aliisque, tam assumptis, quam applicatis.

§. 13. In omni Capitis dolore tanquam arcanum commendatur aqua verbenæ. Quæ sæpius ad unc. quatuor cum spir. vitrioli guttis quatuor assumpta juvat. *Amuletum* est verberna tota contusa & capiti imposita: vel cum radice collo sicè filo suspensa, ut radix sursum vergat. Verberna autem cum terra, quæ radici adhæret, eruenda, ac mox prehensa
radix

radix ipsa per terram ordine inverso ducenda.

§. 14. Inter *externa* in dolore capitis sunt *epithema* ex gammaris.

§. 15. Spiritus vini opt. Qui quam maxime valet in dolore capitis ex crapula: præsertim, si testiculi spongia, in aceto vini vel aqua communi macerata & expressa, foveantur.

§. 16. *Epithema* ex zedoaria. Pulvis zedoariæ irrigetur aqua florum sambuci, rosarum, betonicæ, vel communi, & nuchæ applicetur debite!

§. 17. In *hemicrania*, præsertim in *clavo*, à proprietate juvat rad. cucumeris drachma, cum verbenæ, & apsinthii pontici (in febribus ungaricis) ana pugillo, ex vino & aqua rosacea decocta.

§. 18. *Aqua composita* talis. ℞. Aquæ rosacæ, sambuci, ana unc. quatuor. Camphoræ drach. duas. Moschi optimi gr. tria ad sex. Extr. carlinæ drach. semis. Olei spicæ drach. duas. Dissolve camphoram in oleo spicæ, & misce omnia, & in petiis applica dolentis capiti, in magnis caloribus. In febribus vero ab æstu solis applicentur etiam ad tempora & carpum.

§. 19. In doloribus capitis frigidis (quales sæpe vexare mulierculas solent, præsertim credentes sibi in occipitio cum fluctuatione quadam frigida hæcere) *specificum* est hoc. ℞. Piperis longi unc. tres. Pulvera crassiuscule, & extrahe cum spir. vini, & serva. Vfus talis est. Fiat sacculus cum succino albo pulverato crassiuscule: qui interpasseret & in hac essentia piperis madefactus calide applicetur futuræ coronali. Prodest maxime. Si opus, præmittatur evacuatio universalis per alvum.

§. 20. In gravissimis doloribus capitis cum vigiliis, urgentibus inprimis distillationis, recurrent-

dum, ceteris nihil proficientibus, ad laudanum opiatum.

§. 21. *Cancris* aliquot *fluviatiles* aceto rosaceo irigentur & contundantur, atque emplastri vice circum applicentur.

§. 22. *Radix plantaginis* è collo suspenfa dolori capitis proprietate medetur.

§. 23. *Hedera folia* mollia cum oxorrhodino torreantur, & fronti temporibusque apponantur. Optimum est in cephalalgia biliola.

§. 24. *Verbena*, ut dictum, insigne specificum est, intus & extus usurpata.

§. 25. *Nuclei persicorum* cum aqua betonicæ vel verbenæ contusi, & applicati juvant mirabiliter in capitis dolore à causâ frigida.

§. 26. *Unguentum ex alabastro*. ℞. Cimatum rubi manip. duos. Fol. rutæ pugillum. Flor. chamæmeli rec. unc. tres. Lapidis alabastri subtrillissime triti lib. semis. Olei rotatum libram. Cera sesquiunciam. Vini albi libras duas. Pone in olla vitreata nova per triduum. Postea ebulliant ad consumptionem vini. Refrigeratis adde albumina ovorum quatuor. M.

Desipientia.

CAP. II.

Principis facultatis anime qua in cerebri substantia tanquam in proprio domicilio residet, depravata functio est desipientia. ἡ ἀπονοῦν Græcis & ἀνοία dicta, que mentis est alienatio. Hac qui conflictantur præposterè ratiocinantur aut aliena cogitant, qualia aut nusquam, aut aliter multò subsistunt. Quibus ita mens agrotat, ij dolorem, inquit Hippocrates, ferè non sentiunt. Desipientium tres sunt ordines: alij cogitatione sola delirant, quib;

quib. etiam vigilantibus mens visis quibusdam mendacibus jactatur: alij verbo, qui vel impudentius, & effrenatius, vel nullo ordine nulloque iudicio multa obloquuntur: alij opere, qui suas etiam cogitationes factis explent. Omnium causa est humor aut vapor seruenibus in cerebri substantiam in ejusq; ventriculos effusus, cuius impulsu & agitatione mens in falsa quadam fictitiâq; iraducitur. Desipientia alia cum febre, alia sine febre consistit. Que cum febre, aut phrenitis est aut delirium. Distant autem quod simplex delirium fiat ex bile, aut ex tenui sanguine per cerebrum effuso, aut ex ventriculi præcordiorum totiusve corporis calida expiratione, qualis in ardentissimarum febrium vigore suscitatur. Phrenitis semper ex proprio atq; primario cerebri affectu, ut ex inflammatione, ex erysipelate. Distant etiam quod delirium plerunque febris aut morbi grauioris symptoma sit: phrenitis verò non symptoma, sed causa sui febris. Adhac frequens admodum est delirium phrenitis verò rarissima. Horum autem causa sanguisne sit an bilis flaua, ex delirationis specie perspicue nascitur. Nam deliria, inquit Hippocrates que cum risu accidunt, tuiora sunt quam que serio: quod illa à sanguinis exuperantia, hæc quia ferocia, à bilis sint acrimonia. Discernuntur porrò ex iis signis, quæ quis humor exuperet demonstrant. Atque hæc quidem desipientia in febre sunt. Fernelius.

§. 1. In desipientia & ejusmodi casibus exhibeatur ceteris paribus, aqua benedicta.

§. 2. *Liquor lunæ viridis*, sive luna potabilis, qualis quidem haberi potest. Vera enim tinctura menstruum universale requirit. Iste vero hoc fit hoc modo. ℞. Salis tartari opt. depurati part. ii. Terræ sigillatæ albæ part. i. Pulverentur in porphyrio tenuissime.

& in crucibulo, operculato ac lutato, gradibus ignis ab initio observatis, in furno anemio ita statuuntur, ut tandem igne vehementiori per horas xxiv. quasi fluant. Revera enim, propter terram sigillatam non fluit materia, sed quasi fluere videtur. Vbi refrixerint omnia, sal tartari reperitur in crucibulo instar vitri viridis. Hunc exime & reduce in pulverem tenuem. Hujus ℥, part. I. Calcis lunæ purissimæ per aquam fortem solutæ, & communi modo per venterem sublimatæ, & copia aquæ diligenter ab omni acrimonia edulcatæ part. II. Misce invicem curiose. & denuo in tigillo cementatorio lutato repone in arena, & subministra ignem primo lentum, postea fortiosem & subtus & supra, ut vasculum candeat, & cementetur materia per duodecim horas, ita tamen ut ne fluat. Quod si forte fluxerit, laborem repetere. Refrigeratis vasis exime totum & subtiliter tere, & in cucurbita lati fundi affuso spiritu vini optimo digere per dies octo, & extrahe rubedinem, quæ à tartaro, non à luna est. Hæc enim cæruleum dumtaxat viridemve colorem continet. Decantato hoc spiritu vini, alium affunde, & digere, ut antea, & repetitis vicibus rubedinem vel flavedinem extrahe. Extractions omnes serva. Luna vero in cucurbita, post extractionem rubedinis, apparebit aliquantulum cærulea. Hanc igitur paulatim exsicca, & super marmore tere in pulverem, quem serva diligenter. Extractions vero rubeas collectas distilla per B. & prodibit spir. vini: rubeo vero tota manebit in vitro, instar sanguinis. Hanc cum luna illa cærulea reservata tere minutissime, & cum iis diligenter misce duplum silicam (calcinantur calcinatorum autem silices, si aliquoties in frigida candentes extinguantur) & in sublimatorio

scitili

scitili seu cucurbita humili ad sublimandum pone in arena, observatis gradibus ignis, tandem vehementiori, & luna ascendet tota cærulea instar saphyri, remanente in fundo corpore crasso nigro. Hanc nigram materiam diligenter exemptam tere super marmore & aqua calida aliquoties elue, postea moderato igne calcina in vase ferreo, ut abeat in calcem levissimam, semper, ut in antimonio, spatula movendo. Ex hac calce cum distillato ante à rubedine spiritu vini, ad supereminentiam trium quatuorve digitorum superfulo, salem extrahe, digerendo scilicet per tres quatuorve dies in B. optime clauso vase. Latescente aliquantulum spiritu vini, eum à facibus bene separa: & perge calcinando & extrahendo, donec satis est, h. e. donec nihil amplius salis prodierit, nec late scat spiritus. Extractions omnes collige, & spiritum vini inde evoca distillando in B. M. donec quarta circiter pars in fundo reliqua sit. Repone tum in loco frigido humido, & sal lunæ translucens instar crytalli succrescit seu granulatur. Spiritum vini reliquum, collecto priore sale, denuo ad quartam usque partem distilla, & salem granulatum vicissim collige, & sic perge, donec omnem salem collegeris. Sales collectos omnes diligenter exsicca & serva. Tum ℥. Lunæ cæuleæ ante sublimatæ part. II. Salis jam collecti part. I. Tere super marmore & per retortam igne arenæ distilla in oleum vel liquorem cæruleum aliquantulum virescentem. Quem liquorem collectum diligenter serva. Ejus dosis est à gut. tribus ad quatuor, ex convenienti vehiculo, in omnibus affectibus capitis: præsertim in phrenitide, melancholia hypochondriaca, paraphrenitide, mania, & apoplexia, paralyti, epilepsia, memoria perperita seu debili, vertigine, catharro, &c.

&c. Est enim principale, certissimum & probatissimum remedium in omnibus affectibus cerebri. Hoc enim mirabiliter restituti sunt. qui per annos multos catenis fuerant constricti.

Insania, Mania, Melancholia.

CAP. III.

Desipientia porro sine febre alia simplex est alia melancholica. Simplex illa & levis interdum si, ex cerebri inanitione atque ex imbecillitate principis facultatis, qualem dixit Hippocrates ab immoderato sanguinis effluvio, atque etiam ex vigiliis accidere. Fit & interdum, vehementius percusso & impulso cerebro. unde & animalis spiritus & mens perturbatur atque confunditur, ut quæ apud Hippocratem ex capitis ictu sit desipientia. Quin etiam ex multa vini potatione nasci traditur, idque plerumque sine febre, capite nimirum sanguinis vaporisque feruidioris copia incalcescente & ceteris impulso. Melancholica desipientia triplex, melancholia, lycanthropia & mania. Melancholia mentis est alienatio, quæ laborantes vel cogitant. vel loquuntur, vel efficiunt absurda longæque à ratione & consilio abhorrentia, eaque omnia cum metu & mœstitia, quæ duo Hippocrates indubitata melancholia signa constituit. Incipientes quidem melancholici abjecto, demisso, & hebetiore sunt animo, se suæque negligunt, vitam sibi acerbam putant & amarissimam, etiamsi ex ea migrare pertimescant. Quum jam malum invaluit, multa animo & cogitatione fingunt & obloquuntur aliena perturbare atque confusæ, eaque fore tristitia: alii ne loquendum quidem sibi esse putant, sed omnem vitam in taciurnitate transigendam. Dein hominum consuetudinem conspectumque magnopere fugiunt, multi solitudines querunt, & interdum moruorum sepulchra aut horridas speluncas

speluncas errantes sedantur, eoque se recondunt, ac sæpe luporum ritu ululant, quorum proprie vitium lycanthropia nuncupatur. Infinitæ horum species: qualis nimirum maxime olim fuerit cuiusque intenta cogitatio, aut qualis vitæ conditio, talis sese representat melancholica deliratio. Nam (quod Aristot. lieris prodidi) ut vinum potantium natura & moribus ita sanè melancholia laborantium constitutioni sese accommodat. Eorum plurimi qui sine febre desipiunt, melancholici putantur, maxime si meticulosi sint & tristes, qui facile continentur, nec violenter quicquam faciunt: sola quippe melancholica desipientia à frigidiore succo contrahitur, reliqua omnes à calido, Melancholia succedit mania, nobis furor vel insania dicta, quæ cogitatione, verbo aut opere melancholicorum quidem deliramenta imitatur, sed iracundia, jurgis, clamoribus, horrendo aspectu multo denique majore corporis impetu & mentis perturbatione laborantes exercet ac impellit, ut quasi fera & immanes bestia in obvios dentibus, unguibus & pugnis inusitata rabie petulanter invadant. Horum jam causas expediam. [Fernelius.]

Insania, Mania, Melancholia,

CAP. III.

§. I. In his affectibus tanquam *specificum* laudatur Sanguis asini propter analogiam: asinus enim est animal melancholicum. Is sanguis annum duntaxat durat. Hac ætate anni 1615. fabrum quendam lignarium restituit acceptus ex venis post aures. In hoc lintecola munda, nulli usui antea exposita, ma-

cerentur & exsiccentur. Ex his laciniis cape frustum duos digitos latum & pollicem longum : macera in haustu aquæ fontanæ, donec colorem ponat. Hanc aquam patienti eum morbum da potandam triduo integro, mane semel iterumque vespere, & quantum fieri potest, sudorem evoca. Hunc enim elicit.

Iam verò quum atra bilis vel melancholia, vel sanguinis, vel flava bilis exustione genita est, mania insiliit & adortur, que proinde sæpe succedit incalescenti melancholia. Ater hic humor similiter atque melancholia alias in præcordiis, alias in toto corpore, alias in capite solo congeritur. Calidus verò quum sit, immania horrendaque deliramenta concitat: quòd si purefcat, febrem accerset: sin duntaxat vehementius incalescat, sine febre maniam solitariam. Et hæc quidem depravate aut perturbate mentis functiones existunt, quibus serè comites sunt vigilia, eaq; interdum pertinaces adeò ac diuturnæ, ut mente captus quidam menses quatuordecim insomnes duxerit. [Fernelius.]

Mania.

CAP. IV.

§. 1. Maniæ cura perfecta talis est, exhibeat vomitorium primo, & imprimis aqua benedicta.

§. 2. Post vomitorium per aliquot dies sumat decoctum anagallidis flore purpureo, sine omni additamento, Vinum nullo modo exhibeatur.

§. 3. Præparetur simul & hoc *lixivium capitale*. ℞. Herbarum cephalicarum cum floribus q. v. Coque

que in aqua fontana. Deinde ℞. Bacc. lauri & rad. ellebori nigri, ana q. s. Contundantur simul crassiuscule, & intuantur sacco interpassato ac longiori. Sacculum incoque aliquandiu in proposito lixivio. Tandem per novem dies continuos accipe singulis diebus istius lixivii libras duas: calefac, & cum linreis in eo madefactis, leviterque expressis fove caput rasum per integram horam. Postea sacculum istum applica suturæ coronali (quandiu calet) cum bona ligatura. Patiens recumbat in lecto, & si fieri potest, quiescat. Tunc mira expurgantur, & alvus simul aliquandiu fluit. Sic nimirum fuligines inherentes cranio & cerebro mirabiliter dissolvuntur. Quod sane nulla remedia alia præstare possunt. Unde colligitur à quibusdam, usum ellebori apud veteres fuisse externum potius, quam internum.

§. 4. Commendantur in mania *folia buxi*. Hoc mihi nondum experientia compertum: commendari tamen audiui. Folia buxi novem in minimas particulas cultro conscissa exhibent in uno atque altero cochleari aquæ lavendulæ, jejuno ventriculo, præmissis præmittendis, & si fieri potest, sudorem eliciunt: idque semel atque iterum repetunt.

§. 5. Ultimum in hoc morbo refugium est *craniæ apertio* per trepanum. Vide infra in fine capitis de Phrenitide & paraphrenitide.

Melancholiam efficit ater ac seculentus humor aut vapor in mentis sedem irrepens. Humor autem modo in liene vicinisque partibus, modò in capite solo consistit, modò in venas universumque corpus effunditur.

Hinc melancholia triplex, hypochondriaca, pri-

maria, & qua totius corporis vitio fit. Omnium mitissima est hypochondriaca, que & flatulenta nuncupatur: ea sinistri hypochondrii sympathia concitatur, e quo vapor ater & obscurus obrepit in mentem. Hujus generis signa conspicua sunt subter præcordia, in quibus arteria vehementer & moleste pulsant, sicut & Hippocrates notavit, Præcordiorum vene si pulsant, alvi turbationem aut delirium portendunt. Ex humoris ardore astus præcordiis inest, sed sine siti: nam læsa ventriculi concoctione spiritum humidum copiosumque rejicitur. Hinc etiam ructus, flatus, rugitus & fluctuatio: sæpe dolor & cordis palpitationis, interdum etiam suffocatio. Sumpcio cibo calidioris & coctu difficili calidus vapor sursum expiratur, & quo tum hæc tum omnia melancholica deliramenta invalescunt. mitescunt verò refrigerante cibo, alvi dejectione, vomitione & ructibus. In plerisque etiam lienis aut mesenterii renitens dolensque tumor aliæque horum affectionum notæ insunt: in aliis quum præsertim ab exusta bile flavatales evaserunt, nec sola fax melancholica, sed atrabilis molestæ est, non manifesta humorum congestio deprehenditur.

Melancholia primaria in qua cerebrum primario afficitur, sive peculiari, sive totius corporis vitio, hinc intelligitur, quod sine præcordiorum affectione fatiget, quodque signa adsint que melancholicum humorem vel in capite, vel in toto corpore dominari & exuperare demonstrant. [Fernelius.]

Melan-

Melancholia.

CAP. V.

§. 1. IN. melancholia, præter vomitoria, sunt ista purgantia. 1. Pulvis dialenæ laxativus. 2. Radix elæbori præparata. 3. Optimum vero est Paracelsi specificum purgans.

§. 2. Ad cerebrum roborandum valent. 1. Elixir proprietatis Paracelsi. 2. Essentia croci cum aqua vitis distillata. Aqua hæc ex vitibus incisiss colligitur, posteaque conseruationis gratia distillatur. 3. Liqueor Junæ, de quo supra. 4. Extractum alkermes cum extracto gummi ladani, adiecta particula ambæ & moschi, in forma pilularum.

§. 3. Nota. extractum alkermes fieri neque per spiritum vini, neque per illud menstruum, quam succum pomorum redolentium, qui solus id præstat. Extractum hoc diutius conseruatur, si post confectam præparationem spiritus vini admiscetur. Aliam præparationem vide supra de confortantibus.

§. 4. Extractum lapidis lazuli. ʒ. Lapidis lazuli q. pl. Candefiat sexies vel septies, & toties extinguat in spiritu vini. Tandem in pulverem redigatur, & cum aqua melissæ ipsius recrementa terrea elvantur (abschleiffen) & redigantur in pulverem tenuissimum, & cum spiritu vini digerantur in calore pro septimanas tres vel quatuor. Postremo per distillationem aufer spiritum vini à toto, & remanentiam diligenter ferva. Dosis à scrupulo semis ad integrum. In melancholia, epilepsia, vertigine, cephalalgia, quartana, præstans medicamentum est in liquore appropriato.

§. 5. Medicinam melancholiæ specificam Paracelsus ponit in floribus antimoni, bis terve, quaterve,

pro morbi contumacia, cum pauca theriaca exhibitis.

§. 6. Melancholicos *pulvis fumarie* sæpius exhibitus liberat. Item aqua & conserva helenij, ut & essentia chelidonie minoris in melancholia hypochondriaca mire conferunt.

§. 7. Zuingeti *hypochondriacum* tale est, ℞. Rad. quinque aperientium ana unc. semis. Herb. buglossæ, cardui benedicti, ana pugillum: apsinthii parum. Sem. fœniculi unciam: carthami unc. semis. Fol. fenug. unc. duas & semis. Agarici, tartari albi, ana drach. semis. Zingiberis, cinamomi, ana drachmam. Præparentur omnia pro vino. Ex quo fumantur quotidie tres cyathi mane per tres hebdomadas usque ad ægri languorem.

§. 8. Magni nominis Medici *aqua antihypochondrica* secreta & convenientissima. ℞. Fl. boraginis, buglossæ, stœchadis arabicæ, ana unc. semis: rorismarini, majoranæ, melissæ, ana unc. duas & semis. Rad. buglossæ drach. duas: pœoniae drachmam. Aquæ buglossæ, boraginis, ana unc. tres. Sir. granatorum unc. duas & semis. Pulv. cinamomi crassiuscule contusi, galangæ, caryophyllorum, croci, sem. basilici, ana drachmam. Affunde vini rhenensis libras tres. Stent in infusione per duos tresve dies. Deinde distillentur in B.

§. 9. *Digestivum excellens* in hypochondriaca. ℞. Salis tartari crystallisati scrupulum. Olei vitrioli vel acidi sulphuris gutt. viginti. M. & exhibe in jure prunorum vel carniū per biduum vel triduum. Postea purgetur cum apozemate ex cholagogis & phlegmagogis, cum suis correctoriis & carminativis,

Hydro-

Hydrophobia.

C A P. VI.

§. 1. In *hydrophobia* nobilissimum medicamentum est *mixtura simplex*. Sudores enim potenter movet, quod utilissimum.

Philtrum.

C A P. VII.

§. 1. In *furore ex philitris* primo necessaria sunt *vomitiva*, ut aqua benedicta, electuarium vomitivum Crollii, & vitrum antimonii.

§. 2. Postea ℞. Secundinam recentem (cu jus pulvis vix ultra biennium durat.) &, segregata vena umbilicali, cuticulam exteriorem exsicca in elibano, ut possit pulverari. Hujus pulveris bis diebus continuis exhibe patienti, post universalia, à drachma a sesquidrachmam cum extr. theriacæ scrup. semis: vel aquæ aut spiritus theriacalis vel diaphoretici in acutis drachmam cum cochl. uno vel altero succi nasturtii aquatici. Et simul *emplastrum* sequens applicetur ad ventriculum. ℞. Pulv. colocynthidis drach. duas: scammonii drachmam. Cort. cytoncorum unc. semis. Rad. imperatorie sesquidrachmam: ellebori utriusque, salis gemmæ, ana drachmam. Pulveratis omnibus crassiuscule adde olei sambuci, & cere ana q. s. F. emplastrum. Extendatur particula super alutam, & ventriculo applicetur, & non nisi per horam dimidiam ibidem relinquatur: postea provocetur sudor.

§. 3. Quibus omnibus absolutis per aliquot dies exhibeatur *electuarium* sequens. ℞. Succi melissæ, hyperici, ana unc. duas. Rad. vincetoxici unc. semis. Lap. magnetis boni & ferrum trahentis drach. duas. Mellis despumati q. s. F. electuarium. Dosis est à drachma ad sesqui. Detur jejuno quotidie ventriculo,

D 4

Donec remittat malum. Potest simul à meridie exhiberi aliquid tincturæ corallorum à guttis sex ad decem.

Phrenitis.

CAP. VIII.

§. 1. In *phrenitide* cum cerebri membranarumque ejus inflammatione & acuta febre conjuncta, communes seu usitatae curandi indicationes locum habent, ideoque non excutiendæ. Initium curationis, ut in morbo acutissimo, recte equidem à *vena sectione*, ad revellendum & evacuandum sumitur, nulla ratione habita temporis, & horæ, & ventriculi pleni. Si magna plethora est, venæ sectio sequente die iteranda est. Quæ, urgente necessitate, protinus & quidem copiosa, si vires ferant & sanguis redundet, administranda est, etiam non injecto clystere (emolliente & refrigerente) & ventriculo pleno. Si vero ætas & virium lapsus obstant, cucurbitulæ omoplatis & cervici cum scarificatione applicentur.

§. 2. Danda opera, ut æger quiescat, neque huc atque illuc se jactando vires amittat. Ad hoc phreniticis succus consolidæ, cum melle mistus & naribus infusus, prodest. Statim quoque in initio oxyrhodino caput madefaciendum. Hoc nempe alterat humorem morbificum & depellit. Fiat insuper irrigatio super futuram coronalem raso capite ex olei rosarum unc. tribus, chamæmelini uncia, aceti rosacei sesquiuncia. Hæc tepida admoveantur. Si inquietudines magnæ inprimis molestæ sint, & primis præsertim diebus vigiliæ admodum laboriosæ vires infestent, & febrim augeant, statim exhibeatur laudani opiatî dosis, & post octo horis repetatur, donec assumpserit scrupulum: aut, in defectu laudani, tantum exsiccetur opium, donec in pulverem redigi possit,

possit, & ejus grana sex dissolvantur in aqua nymphææ, vel lacte, aut decocti refrigerantis uncis tribus, addita sîrupi & papavere uncia.

§. 3. Si vero, quod temper sit, potum desideret, ℞. Aquæ nymphææ unc. tres: rosarum, buglossæ, ana unc. sex. Sir. è ribibus aut limonibus unc. duas & semis. Salis prunellæ drachmam aut sesqui. M. f. jus lipium. utatur pro potu.

§. 4. Ad vigilias non incongruum erit fronti applicare *epithema* hoc, sæpius linteis exsiccatis renovandum. ℞. Aquæ solani, lactucæ, ana unc. duas. Aceti rosacei unc. semis. Laudani opiatî scrupulum. Camphoræ gr. sex M. Possunt quoque nares inungi unguento sequenti. ℞. Unguenti populei unciam. Essentiæ opii gr. tria. M. Aut ℞. Olei nucis moschatæ per express. scrupulum. Laudani opiatî scrup. semis. M. pro conciliando somno.

§. 5. Bilis fervore contemperato, exhibeantur sæpe gr. decem Salis perlarum cum aqua boraginis vel buglossæ. Lavari quoque crura & brachia poterunt decocto sequenti. ℞. Fol. sedi, nymphææ, vitis albæ, ana manip. tres. Rosarum rubrarum manip. Capita papaveris albi octo. Sem. lactucæ unc. duas. F. decoctio ex aqua. Cordi quoque *epithema* applicetur refrigerans, cui utiliter admiscetur extracti croci sesquiscrupulus, vel crocus ipse cum aliquot granis camphoræ. Testibus etiam epithemâ appone, cui quid aceti vini, ad penetrationem, sit additum. Facies lavetur sæpius aceto rosaceo.

§. 6. Hinc corpus purgandum extracto thabari aut infuso ejus in aqua cichorei.

§. 7. Quod si morbus non remittat, præstat pulvum aut catulum, à tergo incisum & detractis intestinis, calidum vertici applicare, declinando ad partem

anteriorē; aut ejus loco pulmonem animalis calidum. Quæ, si refrigisse sentieris, aquæ calidæ, in qua papaveris capita & nymphææ flores sint incocti, immergi, recalescieri, &, aqua absterfa, iterum applicari debent. Nam calor ille externus, mitis & humidus, calorem internum temperat humectando: imo calori nostro gradu similis causam doloris mitigat, concoquit & æquabilem reddit, dissipatque calorem præter naturam, leniter rarefaciēdo. Unde hoc, tamquam primarium remedium, præmissis, quæ diximus, sibi commendatum quivis habeat.

§. 8. In ceteris progrediendum ad præscriptum practicantium. Medicamentis autem semper addere quid solutionis perlatum expedit; &, in declinatione, aliquot auri potabilis guttas. Etenim solet natura confirmata plerumque morbi reliquias per sudorem expellere.

§. 9. Notetur etiam, ne usus stupefacientium sit continuus, ne fiat transitus è phrenitide in lethargum. Caute quoque applicentur externa in his, qui jam imbecillis sunt viribus, ne materia in capite coaguletur, & per imbecillitatem virium resolvi postea & dissipari non possit.

§. 10. Eodem modo *paraphrenitis & delirium simplex ac symptomaticum* mitigatur, tolliturque morbo curato, qui causa ejus est.

§. 11. Illud tamen notetur, si crisis imminet, si rheuma adfit, si symptomaticum delirium est, nulla adhibenda esse stupefacientia, sed semel iterumque offerendam esse dosin laudani opiati.

§. 12. Eadem medicamenta Practicantium & methodo regulis observatis: in *mania* exhibentur. In qua prodest sæpius exhibere flores antimonii & antimoniatâ alia, cum purgantibus permixta. Item extractum

extractum ellebori nigri cum se corrigentibus & aliis purgantibus permixtum.

§. 13. Ultimum in hoc morbo refugium est, si alius non cedit, capiti inter coronalem & sagittalem inurere *caterium* potentiale, & relinquere, donec tanta erosio facta sit, ut os nudum appareat. Hinc trepano aperire cranium, & relinquere locum apertum per mensem. Sic enim à mania æger sanabitur. Tandem ulcus ex arte consolidatur.

Epilepsia totius corporis distentio crebra est, seu convulsio non perpetua, qua homo subito concidit, sensuum omnium atq; mentis functionibus interceptis, ut nec audiat, nec videat, nec expeditus præteritorum meminerit. Concussione ex ore spuma moventur, & solutis musculis interdum vel urina, vel stercus, vel genitura præter voluntatem exit, & obscura vox eliditur. Atque hæc quidem absoluta epilepsia novæ sunt: plerumque levior existit, cuius non tam expressa sunt symptomata: nam vertigini finitima hæc est, aut quasi medio ordine inter vertiginē & epilepsiam. Proinde non pauci vertiginem dixerunt diminutam epilepsiam, prodideruntque ingravescentem illam in hanc facessere. Causa interior traditur humoris pituitosi aut melancholici ingens copia, quæ repente cerebri ventriculos meatusque inferciens, efficit ut æger cohibito animali spiritu corruat. Hæc tamen non affatim ac penitus spirituum ductus obturat, sed ejus nonnihil etiam præterfluit, quo cerebrum concussione adnitiitur quicquid noxium est excutere. Cæterum non sola noxii humoris copia epilepsiam infligit, quod in sopore ejus copia insit circa convulsionem: quod etiam quum subito desinit epilepsia, ei sanè quem admodum & appoplexia, excusso in nervos humore necessario succederet paralysis, id verò nusquam obser-

vatum est. Quocirca ut alio opere plenius demonstravimus, præter humoris copiam venenata & cerebri substantia graviter insensa atque inimica qualitas, epilepsia causa statuenda est, quæ quoties exagitur ac prorepat in cerebrum, ea quidem feriente, cerebro autem contrapugnante, quasi colluctatione quadam ac dimicatione fit epilepsia. Huius autem fomes modo in cerebro, modo in ore ventriculi, nonnunquam & in aliis distantioribus sedibus delitescit, è quibus sæptim per cæcos ductus in cerebrum serpit & progreditur. Hinc epilepsia tres differentiæ consurgunt. Una cerebro assignatur, altera est quæ ventriculi tertia quæ alterius cuiusvis partis consensu fit. Quæ in cerebro fit epilepsia, aperto eorum qui è vitis decesserunt capite, animadversa est sæpius aliunde susciari quam ex ventriculorum infarctu. Causam interdum deprehendi cerebri abscessum esse interdum corruptam meningis portionem calvæ adhaerentem, summo dolore: quibus è locis teter vapor in cerebri ventriculos penetrabat. Hanc speciem ostendunt, capitis gravitas aut etiam dolor atrox, sensuum mentisque stupor aut tarditas, faciei pallor, turbulenta insomnia, & quod accessio repente hominem adoritur nulla symptomatum præfensione. Alteram quæ ob ore ventriculi haud secus atque oculorum suffusio originem sumit, præcedunt ventriculi dolor, distensio, punctis, & difficultis inedia tolerantia: quumque accessio proxima est, nausea, cordis dolor, aut animi defectio: quum verò ea defuerit vomitio aliàs pituitosa, aliàs biliosa. Tertia species sæpè à manuum pedumve digitis, vel à crure, interdum ab utero suspiratur, præsertim quum sæpius gestatur, cum quo & puria multa coerceri solent. Non paucas novi mulieres quæ quoties iterum gestant, cerebro epilepsia corruunt, expedita verò nunquam. Hæc etiam

etiam potest ab alia quavis parte proficisci: nam visa est quæ à summo vertice capitis originem haberet: è quo vapor quoquoversum excurrrens, si per externas partes solum vagabatur, vertiginem: sin intro penetrabat in cerebrum, epilepsiam ciebat. Omnium manifestissimè hæc species deprehenditur. Ex ea quippe sede in qua mali fomes delitescit, prehendente accessione velut aura quadam frigidior per continuatas partes in cerebrum efferri percipitur: cujus etiam impetus incipiens injecto arctiore vinculo (si pars id commodè ferat) intercludi cohiberique potest.

INCUBVS.

Incubus est gravis corporis oppressio & nocturna suffocatio, respirationem offendens vocemque interceptans. Sensus quidem non adimuntur, sed tamen stupefiunt hebetanturque, quemadmodum & mens & imaginatio. Etenim laborans vel ab hoste se invadit, vel ab aliquo venerem exigente tanquam ab incubente mole premi, qui manu tactus mox effugiat, vel absurdiora quedam spectra imaginatur ac fingit. Causa est crassior pituita aut melancholia, non in cerebro sed circum præcordia inherescens, qua per crapulam & crudelitatem turgescens, diaphragma pulmonisque premuntur: crasso autem vapore illinc in fauces & cerebrum exspiratio vox supprimitur, sensus atque mens obturbatur, visisque irribus offunditur. Incubus epilepsie & appoplexie affinis est, in quas sæpius diutius persistit, sæpe degenerat.

Pro prætervacione, frustulum Aloës ad ℥j cum aliquot passulis laudat Zacutus.

Ad Curationem semina Pæoniæ mar. trita assumpta jugi usu, Extractum Pæoniæ, Electuar. Plerelarch. cum conf. alkermes & speciebus diambrae mistum,

continuato usu in ingressu & exitu lecti, Theriaca cum aqua Epileptica Langii: Tinctura vera corallor. magister. perlar. Bezoart. Lunare.

Externe, radix pœonię, corallia, lapis chrysolis, jaspis, smaragdus *de collo suspensa*: Dens lupinus, Pellis lupina aut asinina, *pro integumento*, Lapis ephialticus *cunis impositus.*

Epilepsia in pueris.

CAP. IX.

§. 1. Epilepsia, & similes morbi, qui à paroxysmorum vehementia & pernicie infames sunt, geminam habent indicationem. Prior paroxysmum respicit. Posterior ipsas morborum radices.

§. 2. Priori satisfacit *Aqua vita mulierum* quæ *Weiber aqua vitæ*, & *Balsamus embryonatus* in Pharmac. Augustana dicitur. Hæc propinata pregnantibus ad cochli. & cum spir. antepileptici nostri gut. tribus vel quatuor, semel singulis mensibus, & in novilunio, à mense quarto ad partum usque, fœtum ab epilepsia præservat.

§. 3. Quæ sumpta, majoris securitatis ergo, detur hic *pulvis*. Spinam dorsæ mustellę vivę (non coctę, sed crudę) totam & probe mundatam siccataque pulvera tenuiter, ꝛ. hujus pulveris & magist. corallorum ac perlarum ana un. duas. M. Dosis, quantum cultelli mucro capi, in pulpa pomi affati.

§. 4. Pueri ab epilepsia præservantur vel profus liberantur, si recens natis, antequam lac sugant vel cibum comedant, ingeratur oleum amygd. dulcium recens cum saccharo albissimo permissum. Utriusq; sit à drachma ad tres.

§. 5. Simile est *secretum* Electoris Saxonię. ꝛ. Stercus vaccæ adhuc calidum. Inde ollæ novæ, & *calcina*. Hujus exhibe scrupulum vel semidrach-

man

mam infantibus modo natis.

§. 6. Alterutro assumpto, ubi patum quieverint, evomunt copiam impuritatum pituitosarum, tempore gestationis in ventriculo collectarum, præsertim si spiritu ducto simul aliquid menstrui hauserint. Quæ impuritates causę sunt multorum morborum in pueris, nominatim vero epilepsię. Quod si non vomunt, per alvum saltem purgantur. Deinde, cum balneantur, & inprimis puerperii tempore, coque in B. cortices salicis recentes. Sic enim non tantum ab epilepsia, sed & à tabe præservantur. *Specificum* quippe in aridura puerorum est.

§. 7. *Spiritus antepilepticus* puerorum exstat in not. ad Crollium. Hujus gut. sed ad novem cum aquis epilepticis, florum putrilie, radicum pœonię, hirundinum, lavendulę, cerasorum nigrorum, epileptica Langii exhibite, tum in paroxysmo, tum etiam post, mirifice puerorum morbum tollunt: præsertim, si in primo paroxysmo exhibeantur.

Epilepsia in adultis.

CAP. X.

§. 1. Præmittantur *universalia*, vomitiva & cathartica, inprimis Paracelsi purgans specificum. Postea exhibeantur *specifica*. Cujusmodi sunt, quæ sequuntur.

§. 2. *Epilepticum* Crollii.

§. 3. *Pulvis antepilepticus* ex cinnabari antimoni. Qui talis est. ꝛ. Cinnabaris antimoni, magist. corallorum & perlarum ana. Vel ꝛ. Cinnabaris native pellucidę & splendentis drach. semis. Magist. corallorum & perlarum ana scrup. duos. Croci scrupulum. Folia auri decem. Quę terendo super lapidem diligenter redire in pulverem. Cujus gr. sex ad octo:

decim in aqua salvię propina, & repete sapius. Vide & supra de sudoriferis.

§. 4. Alius *pulvis antepilepticus* magnarum virium. ℞. Cinnabaris ungarici probe loti & depurati ℥b. semis. Imbibe cum spiritus vitrioli unc. quatuor. Adde scobis cranii humani nunquam sepulti, & spiritu vini imbuti unc. semis. Relinque in loco calido per quindecim dies, & per retortam distilla liquorem, atque illud, quod restat, seorsum serva. Hinc ℞. scobis unguľe alcis sesquiunciam. Solve in spiritu falis. Solutum a scobibus separa & serva. postea ℞. Croci semunciam. Extrahe ex eo cum spiritu vini tincturam. Liquores omnes simul misce & istis cinnabarin, lorione ac pulveratione præparatam imbue, iterumque leni calore exsicca, donec omnem liquorem imbibierit, & in pulverem siccum abierit. Dosis a gr. duobus ad quatuor: cum vino generoso, aut spiritu vini, vel aqua antepileptica: in, ante, & post paroxysmum.

§. 5. *Spiritus cerebri humani*. Qui sic fit. ℞. Adolescentis saltem annis viginti quinque minoris, integre sanę & bonę constitutionis, ac violenta morte peremti, cerebrum totum cum omnibus membranis & vasis medullaque spinę. Conquassa in mortario lapideo, & inde cucurbitę vel phialę potius capaci, additis aquę flor. tilię, peronię, betonicę, ceraforum, lavendulę, part. duabus; & diaphoretici in acutis parte una: ad supereminentiam quatuor vel quinque digitorum: addunt etiam spir. vini. Claude vas hermetice, & relinque per annum aut plures. Postea distilla ex B. roris, & cohobando fac, ut tota cerebri substantia simul transeat. Hanc aquam, abjectis scobibus, curiose serva. Ex scobibus, post sextuplex cohibitum, calcinatis elice salem,

salem: quem deinceps cum spiritu conjunge, & totum curios e serva. Dosis a scrupulo ad diach. tres, in vehiculis convenientibus. Nota: si in initio *mistura simplex* non fuit addita propter defectum, postea, phlegmate huic per B. leniter abstracto, adde illius partem dimidiam, & procede, ut monitum est.

§. 6. *Ranarum jecora* adversus caducum sic præparantur. A Majo ad Augusti medium cape quadraginta ranas aquaticas virides, non alias, nec alio tempore. His vivis exime jecinora, & singulatim dispone super brassicę capitatę foliorum partem extimam ita, ut se non contingant. Tum in sartagine terrea vitreata & nova, & operculo bene tectā, exsiccantur leni igne tamdiu, donec pulverari tenuissime possint. Siccata a foliis cum cura separantur, ne quid ex illis adhæreat. Pulvera, & pulverem divide in partes quinque, & serva. Quoniam autem ultra annum non durat, semper reparari novus debet.

§. 7. Exhibe patienti, præmissis universalibus, & Luna cancro inambulante, partem unam jejuno ventriculo, a cœna alteram, sequentis diei mane tertiam, vesperti quartam, denique tertio mane ultimam in haustu aquę vel spiritus appropriati.

§. 8. Ubi tamen observandum, ante & post sumptionem pulveris, semper duabus horis ab omni cibo & potu esse abstinentium. Si patiens, præsertim adultus, post sumptam hanc medicinam in fronte & temporibus sudat, indicium est operationis exoptatę. Itaque si, post tertiam vel quartam quintamve exhibitionem, vel in lecto vel in laconico provocetur sudor totius corporis, effectus sperandi sunt uberiores.

§. 9. Caveat patiens sibi ab omni terrore, ira, aqua, igne, vino: neq; videat epilepticos cadentes. Horum

enim conspectu morbus, qui vel diu latuit vel jam fopitus erat, redire potest. Sicut & ab explosione tormentorum. Præcipue vero studiose vitet omnes animi motus vehementes, & ebrietatem tanquam pestem.

§. 10. Diæta & ceteræ res non naturales convenienti admodum ratione & modo observentur, ne quid accidat, quod curæ impedimentū afferre possit.

§. 11. Dicitur vix potest, quantum auxilii simplex hæc medicina adferat. Instituenta autem cura est Junio mense circa solstitium, & si primo anno non respondet, sequenti repetenda. Hoc remedio restitutus est Fridericus IV. Palatinus, qui ab anno ætatis quintodecimo ad sextum & vigesimum epilepticus fuerat.

§. 12. Amuletum ex frutice sambuci in salice inventi. Diligenter primo observetur, ubinam in salicibus, præsertim antiquis, nascatur sambucus. Fit enim hoc in salicetis sæpe, quotiens non procul illis horti sepes ex sambuco est. Cujus maturas baccas Picus præsertim, aliæque aves devorantes, & cum facibus suis grana super antiquum salicem (cui innasci variæ plantæ, nominatim dulcamara, urtica, chelidonia solent) deponentes, quasi seminant in salice sambucum. Qui ubi invenitur, colligi quovis mense potest, melius tamen Septembri & Octobri, quam maturare sambuci grana, duobus ante plenilunium diebus. Carpe vero teneriores duntaxat furculos, & usui serva. Servari autem duodecim annos possunt.

§. 13. Usus talis est. Seca furculum unum in taleolos tenues & quantum fieri potest, integros. Eorum novem include in nodulo ex linteo vel sericeo, & simplici filo lineo, quod ipse æget & in sua domo nerverit (licet parum referat.) sic liga, colloque appende, ut ad os ventriculi pertingat. Applica vero post unigenitalia, purgandi corporis causa, adhibita, quovis tempore.

tempore. neque enim refert ante an post paroxysmum fiat. Nodulus relinquatur tam diu, donec sua sponte & citra vim rumpatur filum, nodulusque cadat. Quem deinde neque patiens ipse, neque ullum animal manibus pedibusve nudis tangat, sed mediante aliquo instrumento, forcipe vel alio, sepeliatur eo loci, ubi neque homines neque animalia transire possint. Alias enim morbus revertitur; aliove cum numquam experto præhendit: quod studiose cavendum. Hoc amuleto autem curati possunt, qui à longo tempore laborant illo morbo.

§. 14. In adultis soleo ex succulis majoribus excavatis facere cannas, per quas interim, dum gestant amuletum, omnem suum potum hauriant.

§. 15. Curati diligentissime præservandi sunt ab omnibus, quæ recidivum facere morbum queant, & jam ante indicavi.

§. 16. Spiritus vitrioli volatilis duplex de quo in notis ad Crollium. Convenit præsertim adultis.

§. 17. Laudanam epilepticorum. de quo in Opologia, & infra de Apoplexia.

§. 18. Radix pœonia, siquidem suspenditur de collo pueri epileptici, morbus cedit. Sed radix maris esse, non feminæ debet, utpote quæ inefficax. Effodienda etiam mense Julio, luna decrescente, & sole in leone, & in meridie dici solaris.

§. 19. Viscus quercinus, luna decrescente inter quintumdecimum Augusti & octavum Septembris collectus. Cujus pars nobilior est, quæ quercui prior resecta est.

§. 20. Mixtura antepileptica. quæ talis est. ℞. Spir. vitr., ex viridi & urina puerorum distillati scrup. quatuor. Aquæ rad. pœoniæ & flor. tilia ana unciam. M, & ejus mixturæ exhibeatur in paroxysmo, mem-

bris convulsis & contortis, cochlear semis guttatim; & paulo post redibunt ad se. Quo animadverso, iterum aliquid, & tertio exhibeatur. Quod si redeat paroxysmus, ut fit non raro, eadem repete.

§. 21. Postea cerebrum *confortantia* exhibeantur: magisterium puta corallorum, perlarum, cranii humani. Multum possunt hæc *tabellæ*. ℞. Mag. cranii humani per vaporem calcinati drachmam. Grana pœoniæ excorticata sedecim. Sacchari in aqua theriacali soluti semunciam. F. s. a. tabulæ. Quarum una vel altera mane jejuno, alia vesperi ante cœnam exhibeantur.

§. 22. Paroxysmus epilepticus instans ut avertatur, quamprimum ejus aliquid præsentit obnoxius, statim capiat vel pilulam laudani antepileptici, vel rotulam antepilepticam, aut, in defectu horum, olei succini guttam unam vel alteram, & nates simul inungat balsamo antapoplectico, aut succini.

§. 23. Præsens sedatur hoc modo. Jacentis ori cuneus immittitur, ut apertum maneat, nec linguam commordeat. Excitati vero alta voce, & naribus constrictis, & hoc *sternutatorio* debet. ℞. Rad. ellebori albi drachmam, Castorei, euphorbii, ana semidrachm. F. pulvis. Etiam *suffius* fiat ex succino albo. Fauces itidem extr. castorei, oleo succini, mithridatio, aut theriaca, in aqua epileptica solutis: nares autem & tempora balsamo apoplectico illinendæ.

§. 24. Membra contracta leniter extendenda, continenda & fricanda.

§. 25. Quod si suspicio est, eam à ventriculi humoribus viciotis & ad caput exhalantibus fieri, utile est, ciere *vomitum* per aquam benedictam aut vitriolum album solutum in aqua pœoniæ, in qua scobs visci quercini bullierit.

§. 26.

§. 26. Paroxysmo sedato, si metus est à reversione, *clyster* acris iniiciatur, ad avertendum vapores acres ad cerebrum irruentes. Sunt & *cucurbitæ* cum scarificatione humeris applicandæ. Ante tamen, si plethora adfit, vena secanda.

§. 27. Quo facto, ad radicis epilepticæ excisionem progrediendum. Præscripta igitur vivendi regula, præ primis vacuatio corporis institui debet ex præcepto practificantium. Utile est aliquando, admiscere purgantibus aquam benedictam aut extr. scamoniæ vel ellebori nigri. Sæpius vero præparatum corpus purgetur mercurio dulci aut vitæ, aut floribus antimonii.

§. 28. Hinc ad caput purgantia, & ea, quæ proprietate conferunt, accedendum, non neglectis iis, quæ caput siccant & roborant. Cujusmodi sunt

§. 29. *Tabulæ antepileptice*. ℞. Radicis pœoniæ drachmam. Magisterii perlarum & corallorum ana sesquidrach. Magist. cranii humani drach. semis. Sacchari in aq. florum tiliz soluti q. s. M. s. a. tabulæ. Detur una atque altera mane jejuno & vesperi longe à cœna.

§. 30. *Aqua epileptica*. ℞. Flor. lilii convallium manip. duos. Infunde in s. q. vini generosi: digere diebus decem vel usque dum differre licebit. Adde flor. tiliz recentium lib. semis: pœoniæ unc. quatuor. Distilla in B. M. ad siccitatem. In distillato infunde rad. pœoniæ unc. Dictamni albæ, visci quercini, cranii humani præparati, ana unc. semis. Rad. pyrethri dr. semis, Castorei scrup. duos, Fol. rutæ manipulum Flor. stæchadis arabicæ, lavendulæ, ana pug. quatuor: betonicæ pug. sex, Cubebarum, macis, ana drach. duas. Cinamomi drachmam. Scyllæ præparatæ drach. tres. Digere iterum per quindecim dies. Hinc

per alembicum in B. M. distilla, & aquam usui refer-
va. Dosis uncia semis ad integram.

§. 31. Clysterem & balsamum epilepticis conve-
nientes vide tequenti capite.

Apoplexia est repentina motus & sensus, omnisque animalis functionis privatio. Hac quippe percussus, nullis ferè mali indiciiis præcurrentibus totus repente quasi attonitus concidit: atque si acerbum malum est jacet fixis oculis sine sensu sine motu sine mente, sola respiratione à mortuo dissidens, que & admodum difficilis mox evadit & cum stertore gravissimo. Hoc uno maxime à sopore & ab ueri strangulati distat, quod in his ferè respiratio facilis & libera seruetur. Licet n. in caro in omni què gravi sopore priores cerebri partes opprimantur ab hisque procedentes sensus zorpeant partes tamen posteriores illæ, satis spiritus in movendi nervos effundunt quo motus conservetur, maximè que respirationis ad vitæ conservationem in primis necessaria. At apoplexia omnia occupans & offendens, motum omnem respirationemque tollit, eaque maxime causa hominem jugulat. Adhæc solum carum ferè excipit bona valetudo: apoplexiam paralytis. Uteri verò strangulatus quum solo vapore cerebrum feriat, multo minus respirationem impedit, nisi fauces præcludat. A syncope verò dissidet apoplexia, quòd nullus aut in primis obscurus ac languidus in illa anteriorum pulsus existat, in apoplexia verò plenus ac validus, nisi quum jam in propinquo mors est. Si minor apoplexia fuerit, sensus quidem aut motus inest, sed admodum stupidus & incertus ac rum ferè pars altera corporis resoluta ingravescit. Hujus causa in cerebro consistit, omnis motus atque sensus communi principio. Ea autem est crassior frigidiorque pituita, neque enim à sanguine, neque à melancholia

*choliam hanc gigni verisimile est, etiamsi toto corpore exuperent. Atque frigidior ea pituita, licet proprium cerebri excrementum sit, dum tamen affatum & universè omnes ejus ventriculos implet, aut dum minimum quiddam tetis admirabilis arterias per quas spiritus ex corde in cerebri sinus influit, repente obstruit aut coarctat, apoplexiam infert. Tum quippe sinus influente spiritu destituti, nihil deinceps suppeditate possunt sensuum motuumque nervis, moxque necesse est animal collabatur, ac si ejus carotides arteria interciperentur vinculo. Quibus caput grave frequens sopore tentatur, & corpus omne pigrescit inertiusque evadit, & oculi tenebris offunduntur, hi apoplexia opporuni sunt, maxime verò senes, pituitosus & crapula addicti, qui brevi angustaque sunt cer-
vise. [Fernelius.*

Apoplexia.

CAP. XI.

§. 1. In apoplexia qualicunque insignis est spiritus cerebri humani, de quo cap. x. v.

§. 2. Spiritus sanguinis humani arteriosi. Cujus vires insigniter commendat D. Graecius lib. de Vita humana, germanice edito Spiræ 1615. Vires & operationes utriusque vide ibi in observationibus aliquot ab ipso habitis. Spiritum, ex sanguine quidem, *Aquam benedictam*: ex cerebro autem, *aquam auream* vocat.

§. 3. Apoplecticos excitat mercurius vitæ, justæ dosi exhibitus. Robustiores enim, crebris vomitionibus prima regione corporis expurgata, paulo post redunt ad se: præfertim, si futuræ coronali *cucupha* ex succino pulverato & aqua vitæ vel spiritu vini, cui piper longū sit immaceratum, ac olei succini aliquos guttis adperso, imponatur & capitis alligerur. Pro-
sunt etiam debiliores, quibusque mercurius vitæ

non est exhibitus, enemata. quæ iniici primo leniora, deinde acrioria debent.

§. 4. Excitant quoque *sternutationes*: præsertim ex semine nigellæ vel lolii (quamquam illud tutius) & seniore nigra, sive elleboro nigro, moscho, ambra. E.gr. ℥. Fol. majoranæ drach. duas. Sem. nigellæ drachmam. Rad. ellebori nigri scrup. duos. Moschi opt. scrup. semis. Ambra gr. sex. M. f. pulvis. Dosis magnitudine pisi. Quæ fortiter calamo in utramque nares infletur.

§. 5. *Fumus* penparum perdicum, aut succini. Etiam oleum succini intra nares sæpissime cum penna perdicis illitum.

§. 6. In *apoplexia* mirabilis est *balsamus vite*, quem Joh. Eichenacker conficit ex nobilissimis illis balsamis, orientali & turcico, cum oleis aromatum. Dosis à gut. 11. ad 1v. in mistura simplici cum aqua appropriata. de quo in notis ad Crollium.

§. 7. In præservatione maxime conducit *balsamus apoplecticus* Crollii. Item *aqua vite apoplectica* ejusdem. Præ quibus unice prodest *aqua antea apoplectica* meæ compositionis, quæ talis est. Majo mense sub solis exortum maturos lilii convallium flores collige, eosque toridos, & statim in vitrumingere, sine lotionne ulla: eosque à pediculis decisos in vino generoso, malvarico vel alio dulci, digere ad solem in vitro optime clauso, & relinque tamdiu, donec etiam lavendera floreat. Cujus flores, purgatos à calicibus, æquo pondere conjunge cum prioribus in eodem vitro: quod diligenter clausum relinque ad Septembrem usque. Tum per alembicum ex B. distilla. Quæ primo prodit aqua spirituosâ, diligenter servetur. Est enim pretiosa, & in, tâ præservandis quâ curandis, apoplecticis potens. Quæ eâ sequitur, etiam usui esse potest, sed

sed tantæ virtutis non est. Facit maxime ad fractiones membrorum. Prior & fragrantissima est & diu durat. Ex capite mortuo sal elici potest. Dosis per se à cochleari semis ad duo, pro ægri & morbi natura, cum gutta una vel altera olei succini, jejuno stomacho.

§. 8. *Aqua antiapoplectica* alia. ℥. Flor. primulæ veris libram: lavendulæ, stæchadis arabicæ, anacinciam. Tiliæ, buglossæ, ana sesquiunciam. Rosimarini, nymphææ, ana unciam semis, Rad. pæoniæ, caryophyllatæ, ana drach. decem. Zedoariæ, macis, spicæ indicæ, ana unc. semis. Iridis florentinæ, visci quercini. ana unciam. Galangæ, caryophyllorum, ana drach. sex. Poma citria recentia duo. Rasuræ ligni sassafras sesquidrachmam. Fol. majoranæ artemisiæ, ana manip. semis: rosimarini manip. Sem. fœniculi, fileris montani, pæoniæ, basilici, ana drach. tres. Contractis & obiter contusis affunde, in matraccio capaci, aquæ rosarum libram: & vini generosi li. duas. Tum simul per triduum vase bene clauso digerantur. Hinc adde succi recenter expressi ex foliis salviæ unc. sex: betonicæ, melissæ, ana unc. 1v. Spiritus vini lib. 1v. Denuo per triduum digerantur, & destillentur in B.M. per alembicum ad siccitatem. Fiat semel cohobium. Hinc aqua illa per se in cineribus vel B. rectificetur destillando tres partes, quarta relicta. Sed ante rostro alembici imponantur cum gossypio moschi & ambra ana gr. sex. Tandem omnia in vitro bene clauso serventur usui.

§. 9. His omnibus annumerari *diaphoreticum in peracutis* potest: præsertim, si cum aquis aut apoplecticis exhibeatur, & sudor provocetur.

§. 10. *Laudanum antipilepticum*. Laudani nostri ex sulphure vitrioli facti unciam. Ol. camphoræ unc. semis. M. & habes laudanum præstantissimum, tam

in paroxyfmo, quam extra cum ad curationem ufurpandum. Dofis fæpius iterari, præmiſſis univerſalibus, debet.

§ 11. *Oleum camphoræ verum.* ℞. Camphoræ part. i. Argillæ præparatæ & ſiccatae part. iv. Contundendo ſimul miſce exacte: donec camphoræ nihil appareat. Ex maſſa forma globulos. Quos in umbra ſiccatoſ diſtilla in arena per retortam lutatam, & in excipulum, quod aliquid aquæ pluvialis diſtillatæ contineat, & prodibit camphora partim oleagiноſa, partim ſublimata quidem, ſed ſolvens ſe. Huic diſtillato cum aqua adde ſpir. vini partes tres, & diſtilla per alembicum igne lento. Ita vini ſpiritus tenuiſſimum oleum camphoræ transferet. Hoc, ſpiritu vini per ſeparatorium aut B. M. ſeparato, ſeorſum debet aſſervari.

§ 12. *Alius modus.* Camphoram in ſpir. antepileptico, ex vitriolo & urina puerorum, ſolve leni calore, & elevabitur camphora ad ſuperficiem in forma olei. Hoc ſeorſum collige, & cum terra ſigillata ſicca, & cum pauco aceto forma in globulos. Hos diſtilla ex arena per retortam, & prodibit ſpiritus ſeu oleum camphoræ valde fugax.

§ 13. Apoplecticis proſunt *decoctum & extractum* ſalviæ, & ſem. carei vel erucæ. Item hoc infuſum. ℞. Juniperi granorum manip. duos. Contundantur & macerentur in aqua vitæ q. ſ. per triduum. Colaturæ infundantur ſalviæ, pulegij, & naſturtij, ana manip. Croci drachma. Detur patienti, & ſtatim loquelam recuperabit.

§ 14. *Baſſamus antapoplecticus.* ℞. Olei è nucibus moſchatis expreſſi unciam. Ambra grifeæ grana ſedecim. Moſchi optimi, benzoes, ſtyracis calamitæ, ladami optimi, ana ſerup. ſemis. Olei ſtillatitij caryo-

caryophyllorum gut. ſedecim: lavendulæ, rutæ, anthos, cinnamomi, ana ſerup. ſemis: ſuccini gut. ſex. Pulveranda pulverentur optime, & cum oleo nucis moſchatae in ſcutella argentea vel orichalcea miſceantur piſtillo optime, donec in corpus unum uniantur. Tum admilceantur paulatim olea diſtillata, & *baſſamus* in vaſe bene clauſo ad uſum ſervetur. Apoplecticis, epilepticis, & vertiginofis prodeſt, ſi extremitates manuum, tempora, & vertex eo inungantur. Præſervandi cauſa ſingulis ſeptimanis bis aut ter inungatur.

§ 15. *Clyſter* ad apoplexiam, epilepſiam, paralyſin & lethargum. ℞. Rad. cyclaminis, pulpæ colocyinthidis ana drach. & ſemis: aſari unciam: ellebori nigri præparati & ſem. carthami ana drachmam. Summit. centaury minoris drach. ſemis. Coque in ſ. q. aquæ ad libræ. Colaturæ adde mellis anthoſati unc. ii. & ſi æger robuſtus eſt, ſalis gemmæ drachmam, M. f. clyſter.

§ 16. Medicus apoplecticum curaturus in ipſo principio conſideret, an ſpes vitæ ſit. Si qua eſt, ad curam ſe ſtatim accingat. Ægum mandet varie agitari, membra ejus fricari aſpere, verticem raris capillis una cum nucha inungi baſſamo oleove ſuccini, os, ſi clauſum eſt, aperiri & apertum ſervari, palatumque & nares ac tempora baſſamo apoplectico, aut mithridatio aut theriaca inungi.

§ 17. Capiti aliquando neceſſum admovere laminam vel tabulam ferream vel calefactam aut candentem.

§ 18. Per os, ſi fieri poteſt, exhibeatur ſtatim cochlear aquæ antapoplecticæ. Quod ſi nimium ſanguis abundat, vena brachij aperiatur, ſed præmiſſo acri clyſtere.

§. 19. Naribus itidem aliquid ex pulvere pyrethri elleborive inflet per canalem vel culmum.

§. 20. *Umbilico* imponat aut unguentum arthana, aut cataplasma ex elleboro. Sed & revulsionis causa *cucurbita* applicari dorso & lumbis recte solent.

§. 21. *Clyster* injiciatur *acris*, cuique semidrachma croc metallorum sit incocta. Vel ejus drachma bulliat in aqua vitæ, & cum decocto apto injiciatur.

§. 22. Hinc ad *vomitoria*, ad aquam scilicet benedictam confugiendum. Vbi notandum, quod eam oporteat exhibere in dupla quantitate, imo & majore, provt vires scilicet sopitæ sunt. Interim continuanda exhibitio aquæ antapoplecticæ, quemadmodum & reliqua, quæ proposui, medicamenta.

§. 23. *Vesicatoria* etiam brachijs & pedibus, quandoque & incipiti, quin & *cauterium actuale* ad primam vertebam, non sine commodo applicari possunt.

§. 24. *Ægro* resuscitato, cura instituat ex methodo Practicis præscripta. Vbi nota, *clysteres*, non tantum ante, sed & post venæ sectionem, convenire primum ex emollientibus & stimulantibus calidis, capitique appropriatis; mox etiam ex iis, que fortiter irritant. Quin & *clysteres*, quum non retinentur, aut non satis diu, repetere oportet, & hoc ipso frequentius, quo morbus magis urget. Ita Platerus tom. 1. pag. 47.

§. 25. *Levior* itaque talis ab initio *clyster* injiciatur. ℞. Malvæ, mercurialis, salviæ, rutæ, pulegij, ana manipulum. Rad. iridis recentis unc. tres. Furfuris, flor. chamæmeli, anthos, ana pugillum. Sem. carei drachmam. F. decoctum. In cujus unc. octo dissolve

PRAXIS CHYMIATRICA. 77
solve mellis unciam. Salis communis drachmam. M. f. clyster.

§. 26. *Fortior*, qui post primum vel, si malum urget, in principio exhiberi possit, talis fiat. ℞. Rad. iridis, salomonis, cyclaminis, ana drachmam, Herb. rutæ, salviæ, lauri, pulegij, origani, calamintæ, hisopii, ana manipulum. Flor. stœchadis, anthos, ana pugillum. Sem. citri, cumini, ana drach. duas: carthami, baccarum lauri, juniperi, ana unc. semis. Agarici in nodulo ligati drach. duas, F. decoctum. In quo dissolve hieræ colocynthidis drach. tres Mellis anthosati unc. duas. Succu mercurialis, betæ, ana unciam. Fellis tauri unc. semis. Olei rutacei drach. duas. è castoreo unc. semis. Salis fusi drachmam. M. f. clyster.

§. 27. *Fortissimus* in apoplexia talis fit. ℞. Rad. iridis, pyrethri, ana unciam: ari unc. semis: ellebori drachmam. Herb. rutæ, salviæ, thymi: Flor. centaury minoris, nastartij, ana manipulum: anthos pug. duos. Sem. carei unc. semis: urticæ, rutæ, ana drachmam: sinapi drach. duas. Colocynthidis in petia ligati drach. semis. F. decoctum. In quo dissolve hieræ colocynthidis unc. semis. Mellis unciam. Olei rutæ unc. tres. Castorei & euphorbii, ana scrupulum. Salis drachmam. M. f. clyster.

Paralysis [que consummata sit, unius cujuscumque partis non totius corporis motum & sensum perimit. At imperfecta interdum sensum perimit constante motu, interdum motum incolumi sensu: utrumque enim altero manente interdum perire posse in Physiologia demonstravimus. Est & quum imperfecta paralysis sensus motusve torpet & hebescit, hic proprie stupor appellatur, quo aliquando vidi universam corporis curtem ex crapula & vinolentia affici illeso motu.

Fit autem paralyſis alias ex debili apoplexia, ac tunc proprie paraplegia dicitur, alias ex ſtupore ſenſum au-
cto, qui paralyſis eſt nuntius. Illa quidem gravior &
periculoſior eſt, ac ſepe in apoplexiam recurrit: hac
vero mitior at nihilominus perinax. Illa ſere aut
partes omnes qua ſub capite ſunt, aut alterum ſal-
tem corporis latus occupat, eſtque proprie hemiplegia:
hac interdum illas, interdum unam quampiam par-
tem obſidet, ut linguam, oculum, maxillam, labrum
brachium, manum, crus, pedem, aut quicquid ſub
diaphragmate conſtituitur.

Pars reſoluta celeriter frigore obriget, ea quoque
gravis eſt, & ſi attollitur, mox ſua mole recidi re-
biturque, laxa, mollis, tum motus tum ſenſus expers.
Quumque jam diu malū protractum eſt, ea contabef-
cit atrophia. Faciei quacun- que pars reſoluta fuerit in
adverſam partem ſanam contorqueitur. Inveſtiganda
porro diligenter malū prima ſedes. Si parvis cujuſ-
piam in facie extinctus eſt ſenſus, affectio in iis eſt ner-
vis qui à tertia cerebri conjugatione procedunt: at pe-
rempio motu, in primis ſpina vertebris cauſa ſubſiſtit.
Si partes omnes qua ſub facie ſunt reſoluntur, affe-
ctio totius ſpinæ obſidet initium. Hemiplegia cauſa
non in tota ſpina, ſed in illius altera duntaxat parte
inhereſcit. Altero crure aut utroque reſoluto cauſa
non ſupra lumbos querenda eſt. Si tota ſpina medulla
in tranſverſum afficitur, reſolutio ſubditas partes om-
nes tum dexteras tum ſiniſtras occupat, ſin altera me-
dulla pars afficitur, eas duntaxat qua è nocentium
regione ſunt. Quacun- que igitur parte reſoluta, accu-
rate diſcendum in eam ſola affectus conſiſtat, an in il-
lius nervo. Sed & queri debet in totone proceſſu ner-
vi, an in ejus parte aliqua, & an in origine ſolum, an
in ipſa cerebri aut ſpinæ medulla. Ad quem quidem
rem

rem exquiſitè tenenda eſt ex anatome omnis nervo-
rum diſtributio.

Ea porro cauſa ſpiritus influxum & diſtributio-
nem interpellans, craſſa ſere eſt pituita nervo tena-
citer impacta, huncque obſtruens & impediens quorū-
dam ſpiritus animalis in eam diſtribuitur partem, in
quam nervus propagatur. Quinetiam alius quivis
humor in ſpina medulla inſiſſus paralyſin committe-
re poteſt: ac ſapè ſlava bilis hanc inſiſcit, quum ſub
finem intermittentium febrium in ſpinam dorsi ac in
nervorum origines effunditur. Eam præterea inducit
nervi callus, & tuberculum & tumor omnis præter
naturam nervum aut medullam conſtringens, multo-
que magis injectum vinculum, & contuſio ex caſu vel
ictu, & vertebrarum laxatio, qua aut in dextrum ſit
aut in ſiniſtrum. Quoniam autem harum cauſarum
paralyſin intulerit, quivis faciliè propriis ex ſignis
internoscet. [Fernelius.]

Paralyſis.

C A P. XII.

§. 1. IN paralyſi curanda etiam ea, quæ in apo-
plexia enumerata ſunt, locum habere poſſunt. Hic
igitur mercurius vitæ & enemata, aliaque pur-
gantia, & genus nervoſum reſpicientia, utilia
ſunt.

§. 2. In loquela reſtituenda maxime ſatisfacit
aqua apoplectica, præſertim cum ſanguine turturis
calente ana imprægnata. Sic oleum aniſi guttatim
linguæ paralytici aſpertum, loquelam reſtituit. Huc
etiam facit aqua flor. lilij convallium cum vino fa-
cta. Item eſſentia caſtorei per ſpir. vini extracta.
Sal quoque perlarum, vel corallorum, aut ſuccini
mirifice juvat.

§. 3. Ad ſudores eliciendos inprimis ubi, quæ

ab initio erant necessaria, omnia sunt præstita, præter hæcenus enumerata singularis virtutis est in paralyti *pulvis* ex cinnabari antimonij & magisterio perlærum ac corallorum: quem vide cap. 10. Dosis à granis octo ad sedecim. Sudores autem melius in laconico eliciuntur, de quo vidimus cap. v. 13.

§. 4. Inter *externa* maxime laudabilis est essentia foliorum tabaci viridium, facta per solam infusionem in vino malvatico: præsertim si præmissis sudoribus, membra paralytica hac essentia diutius fricentur. Resoluta nimirum membra sic facile restituntur & ad officium suum redeunt.

§. 5. Paralyseos curandæ ratio plerumque à *vena sectione* inchoatur, præmissis clystere acriore, si scilicet ætas & habitus corporis consenserint. Hinc materiæ concoctionem & educationem accedimus. Vbi semper admisceri debent aquæ ex primula veris salvia aut melissa distillatæ, aut extracta ipsorum. Et illis purgantia vel infundi vel extrahi possunt adjectis pauculis guttis olei tartari per deliquium. Statim vero inungatur spina oleo chamæmelino solo.

§. 6. Quod si citius & rectius curam absolvere voles, hoc modo progredere. ℞. Extracti scammonij gr. tria. Florum aut vitri antimonij gr. duo. Quæ tenuissime pulverata misce cum drach. duabus aut tribus conservæ buglossæ: & capiat mane cum custodia. Si ad vomitum iritatur, detur jusculum ad eum promovendum. Hoc modo purgabitur æger per superiora & inferiora. Dein diebus duobus sequentibus utatur apozemate aliquo vel sirupo capitali & aperiente cum gutt. aliquot spiritus tartari aut, in defectu ejus, tartari vitriolati scrup. uno. Hinc iterum eodem medicamento purgetur. A quo si forte, propter vomitum, abhorreat æger, fiat infusio ex agarico

rico & radice ellebori nigri ac jalapæ cum aqua florum primulæ & melissæ. Aut sumat extracti panchymagogi dosim. Iterumque per biduum utatur priore apozemate, vel sirupo aliquo magistrali appropriato. Eadem medicamenta reperantur ad decimum diem.

§. 7. Interim *inungatur* spina oleo chamæmelino, cui petrolei parum sit admistum. Hinc ingreditur in *stapham*, & excipiat vaporem sequentis decocti super ignitos lapides affusi, & quam optime sudet. ℞. Flor. salviæ, sambuci, rosismarini, chamæmeli, stæchadis arabicæ, fol. lauri & melissæ, ana q. s. Decoque in aceto vini. Æger autem commoretur in stapha ad horam unam, aut quantum vires permitunt. Antequam ingreditur, assumat michtidatii drachmæ semis cum guttis spir. tartari, aut solum michtidatium. Priusquam egrediat, etiam linteis calidis sudor omnis abstergatur, & in lecto quiescat per horæ semissem.

§. 8. Spina autem inungatur *galbaneto* Paracelsi. quod fit hoc modo. ℞. Galbani lib. semis. Inde in cucurbitam satis amplam, & ei affunde spir. terebinthinæ libram. Digerantur in loco calido per octiduum. Postea per alembicum ex cucurbita non nimis alta destillentur ad siccitatem. Quod, si odoratius & præstantius desideres, rectificetur ab aromaticis, nuce moschata & canella. Eodem balsamo omnia membra paralytica inungi debent.

§. 9. Facta inunctione, imponatur *cataplasma* vicem radix symphyti majoris ex aqua communi in puliculam cocta. Cujus applicatio cum inunctione repetatur vesperi, præmissa partium affectarum frictione cum panno asperiore, & adperso post frictionem spiritu tartari. Aut fricentur membra inin-

Œto linteo in spiritu tartari. Post inunctionem applicetur cataplasma.

§. 10. Interim in quotidiano usu habeat æger conservas florum rorismarini, salviæ, stæchadis arabicæ, cum mithridatio, vel extracto aut pulvere castorei, confectioe anacardina, solutione perlarum & auro porabili. Continuetur balneum per quatuordecim dies, quovis mane, vel altero saltem. Interim utatur diæta tenui, & guajaci decoctum atque hydromel bibat vicem potus.

§. 11. Si medico proponitur *resolutus*, cui unum membrum resolutum est, restituat illud hoc modo. ℞. Summit. origani, fol. quercus, bacc. juniperi, ana manip. quatuor. Conos abietis novem. Coque ex aqua communi ad crassitiem. Quibus sic decoctis membrum fove, donec frigescant. Hinc, linteo calido & diligenter absterfa aqua, *inungatur* hac mixtura. ℞. Spir. falis, vitrioli, & terebinthinæ, ana q. s. M. diligenter, sed guttatim affundendo spiritum terebinthinæ. Fiat hoc bis in die, & restituetur membrum.

§. 12. Sæpius interim in die *rotulus* has assumat. ℞. Flor. lilii convallium, lavendulæ, ana uncias quatuor. Sacchari albi unc. quinque. Coque ad perfectionem. Remotis ab igne adde olei succini rectificati scrupulum. Extracti salviæ drach. duas, vel olei ipsius drach. semis. Fiant s. a. rotulæ.

§. 13. Præstat quoque in initio paralyseos facere *embrochationem* cum oleo copioso. Item *balneum* ex lacte & oleo solo, vel ex lacte cum aqua mixto, vel ex hydrelæo.

§. 14. Est & in omni paralyfi ad excitandum sudorem utile, in balneo vel lecto assumere dosin *pulveris antiparalytici*, qui ℞. Cinnabaris antimonii, in distillatione butyri ejus in retortæ collo collectæ,

q. v. Pulvera & in cucurbita vitrea sublima. Hinc ℞. Cinnabaris hujus ter per se sublimatæ part. unam; Magist. corallorum & perlarum ana part. semis: & ossium humanorum part. duas. M. dotis drachma semis in aqua senecionis vel cardui benedicti. Exhibetur autem multis vicibus.

Paralysis ex Colicâ.

CAP. XIII.

§. 1. Hujus *curationem* vide in Thesis meis Medico-chymicis disput. 1. pag. 19. Cujus hæc summa. Non diu hic cunctandum. Morbus enim, qui ceteroquin præceps est, successu temporis fit incurabilis.

§. 2. *Purgantia* vehementia, quæ nempe convellunt ægrum, prorsus evitanda sunt. Materia tamen subduci potest extracti vel esulæ vel ellebori nigri justa dosi. Materia subducta, quotidie (donec successus respondeat) jejuno ventriculo dentur spiritus tartari gut. xx. vel xxv.

§. 3. Hinc tertio quovis die *sudores* provocentur. Ad quos decoctum sassafras multum potest. Juvat enim ventriculum & intestina: unde mali initium. Quibus amplius roborandis etiam quotidie dentur *rotulæ* confortantes.

§. 4. Membra affecta primum linteo asperiore fricentur, deinde spiritu tartari aspergantur, ac tandem balsamo galbani terebinthinato inungantur quotidie ter. Ab inunctione qualibet radiceos symphyti majoris, in aqua fontana decoctæ, & forma cataplasmatum linteo inductæ, membris unctis calide applicentur. Reliqua naturæ committenda.

Stultitia seu fatuitas, quæ Græcis est ὀλιωσις, mentis est imminuta & infirmata functio seu quadam ignavia. Amentia quæ ἀνοια, est vel imaginationis vel mentis occasus atque privatio, qua jam ab ipso ortu perculsi effectique vix mentis inopia loqui dis-eunt. Huius classis est fluxa & amissa memoria, quæ & obliuio. Omnium autem causa frigida est cerebri intemperies, quæ functiones omnes torpidas segnèsq; reddit: nonnunquam cerebri aut temporum ex ictu aut ex vulnere vehemens concussio, quæ id imbecillius fecerit. At qui ab ipso jam ortu & nature primordiis vitium contraxerunt, iis inconcinna cerebri figura malæque inest conformatio, aut certè pauca cerebri substantia, ut quibus caput pusillum existit. Verum enim verò frigida cerebri intemperies quæ non simplex est, sed ex humoris frigidi pituitosique copia, iis quæ jam diximus soporosos etiam affectus adiungit, somnum, soporem, cataphoram, lethargum. [Fernelius.

Fatuitas, Memoria lasa.

CAP. XIV.

§. 1. Memoriæ restituendæ, præsertim senibus, multum prodest pulvis Trichemii. de quo vide Mul-lerum in Mirac. chym. p. 117. & Rulandum cent. v. p. 100. ℞. Macis, cubebarū, caryophyllorum, ana drach. sex. Fol. senæ, crystallorum tartari, zingiberis, chamæ-pycis, ana drach. quinque. Rad. calami atomatici, gē-tianæ: sem. cumini, fileris montani, anisi, ameos, dau-ci, petroselinii, spicæ nardi indicæ, ana unc. semis. Magist. corallorum, & perlarum, ana drach. duas. Redi-gantur f. a. in pulverem. Dosis drachma. Sumat men-se primò mane & vesperi ante cibum tribus horis in vino vel jure: secundo tantum mane: tertio saltem ter in hebdomade, quarto bis, & quinto semel in sep-timana, & sic deinceps per aliquot menses.

§. 2.

§. 2. In memoria & confirmanda & restauranda mirifice valet aqua magnanimiatis. Quam vide apud Contr. Khunrath Medull. destill. part. 11. Potentior erit, si cum ea extrahantur species anacardinæ. Cujus essenciæ grana tria ad sex, in septimana semel vel bis terye exhibitæ in vino vel aqua lavendulæ, unice pro-sunt, Nota vero, aquam hanc valde exficcare, ideo-que in biliosis & siccoribus debere ejus usum esse rarum & cautum: adeoque convenire potius pitui-tosis & melancholicis.

§. 3. Inignis est & liquor luna, de quo supra cap. 11. 2.

Somnus quidem naturalis, cerebri & animalis sa-cultatis quietes est, spiritus ac vires instaurans, quæ vi-giliiis & exercitatione per sensuum motuumque orga-na dissipata sunt. Quocirca inanitio & defatigatio somni quietisquæ causa quadam est: ac proinde a vi-giliiis à multiæque exercitatione somnus arctior & pla-cidior obrepit. At verò somnus non naturalis (ut Ari-stoteli placet) oppleto fit cerebro, idque vel halituosa quodam vapore, ut à balneis, à cibi vinique copia, ab alvo suppressa: vel humore copioso qui nec caloris nec frigoris modum vehementer excedat. Is enim si pari-ter frigidus verèq; pituitosus sit, & magna copia in ce-rebri substantiam & in venriculos (quo proprium cerebri excrementum cumulari recondiq; solet) ef-fundatur, non somnum, sed alium soporem, qui Græcis κατὰ σῶμα βάρησις dicitur, inseret: aut etiam veterinum sopore graviores, si illius copia admodum gravis exi-terit. Adhac si forte humorem eum pituitosum pure da invadens febrem accersat, lethargus exciabitur, à sopore vnius febris eiusq; pituitosa intervencu distin-ctus. Ab apoplexia vero sopor, qui gravis sit, internosci vix potest: hoc tamè discriminis intercedit, quod sopor

F 3

facilem liberamque respirationem sine stertore conservet, qua tamen in apoplexia sensim ingravescit, accersitque stertorem. Reliqua omnes motus & sensus & mentis functiones, in sopore perinde atque in apoplexia, vel etiam gravius intercepta concidunt, quamquam in quodam deprehendi unam constiisse memoriam. Is quum per accessionem ita sopiretur, ut nec pilorum avulsionem, nec punctationem sentiret, excitatus tandem omnia furore quodam memoravit, quibus acerbè excruciatu fuerat in sopore. Fiunt præterea & soporosi affectus cerebro ictu vel casu vehementius concusso. Agitatis quippe & commotis spiritibus, nulla rectè actio edi potest, tumque subsistit homo quasi attonitus, ut qui aut timore aut verecundia obstupuit. At si concussionis vi & impetu fracta ac depressa calva meningis cerebrumque premit sensus atque sermonis expertus obstupescit æger. At certè quum effratum cerebrum est, atque ejus aut nervorum inde procedentium divulsio quædam obrigit, omnibus quidem fractis ac debilitatis deterrimus oritur sopor exiguum nobis salutis spem relinquens. De hoc inquit Hippocrates, *A capitis ictu stupor malum. Et rursum. Quorum cerebrum concussum aliqua ex causa est, eoi repente obmutescere necesse est. Quendam vi di ictu adeo vehementi ac valido concidisse, ut sanguis ex oculis, auribus, naribus & ex ore manaret: hinc tantus mentis sensuumque stupor invasit ut calva periusa ac deinde obducta fuerit omnèque remedii genus sine sensu inductum, sitque is tertio mense restitutus, immemor omnium quæ obrigerant. An autem ex contusione, an ex humorum frigidorum copia ortus sit affectus soporosus, facile tum propria signa explicabunt, tum qua morbum antecesserunt.*

CATA-

Est & aliud symptoma ex contrariarum causarum per mistione nascens, quum pituita bilisque flava permista in cerebro simul immoderatiùs exuperant. Id Catacho seu Catalepsis, id est prebensio aut stupor vigilans vocitatur, quod licet mens sensusque omnes subitò correpti vigilantis formam figuramque retineant, nihilominus tamen omnis eorum functio consopita sit. Quocunque statu prebensus sit æger, eodem permanet. Rarum certè hoc malum, & cujus admiratione spectatores obstupescunt. Laborantes duos referam quorum animadversio in cæterorum cognitionem adducat. Vnus dum litteris & chartis sedulo invigilaret, repente hoc vitio percussus, ita quidem obrigit, ut sedens calamumque digitis premens oculis in libros defixis putaretur in eorum studia incumbere, donec vocatus ac impulsus deprehensus est omni sensu motuque carere. Alterum mortui ritum jacentem invisit, qui neque cernebat, neque audiebat, neque compunctus sentiebat quicquam: facilis tamen inerat spiratio, & quicquid in eos inferebatur, promptè vorabat. E lectulo sublatus solus consistebat impulsusque incedebat, quocunque vel manus, vel brachium, vel crus insteteretur, illic quasi fixum & stabile permanebat. Expressam quandã dixisses larvam aut arte progredientem statuam. Hinc igitur constet quæ cerebri symptomata simplicem intemperiem, & quæ humorum vitium sequantur. Nunc de ventriculorum ductuumque affectibus.

Causa ex Sennerto est vapor congelans, figens, & mineris terra, vel humore melancholico elevatus; spiritus figens non qui jam in partes instuxerunt, sed qui imaginationi in cerebro subserviunt. Aer frigidus vero non cataochen sed spacelum & stuphorem inducit.

*Curatio 1. excitandi. 2. Curatur ut cephal. me-
lancholica. Acetum topicis non misceatur, sicut enim
& illud V. S. concedi potest si adsint indicantia. Vide
Sennertum & Forestum. [Fernelius.]*

Soporosi affectus.

CAP. XV.

§. 1. In *sopore*, *caro*, *veterino*, *comate*, *vigiliis*, *cataphora*, *siphyla stricta*, id est, *noctambulis*, *incubo*, *tremore*, *stupore*, *ceterisque vitiis cerebri*, præter illa, quæ hactenus enumerata sunt, potissimum prodest *liquor luna*. Hujus enim excellens vis in ejusmodi casibus satis commendari nequit.

§. 2. Notandum vero, *sternutatoria* in istis omnibus esse necessaria. Itaque in curatione eorum *sternutationes* sæpius provocandæ sunt.

§. 3. Prodest etiam *liuus* ex oleo castorei cum succo rutæ aut fœniculi. Vel *Z.* Succi apii & aceti fortis q. l. Fiat cum pulvere castorei emplastrum, & capiti raso superponatur.

Vigilia.

CAP. XVI.

§. 1. In *vigiliis immoderatis* usitata mihi sunt *pediluvia*; præcipue quod *R.* Fol. salicis lactucæ. *nymphææ*, *violaris*, *ana manipulum*: *betonicæ*, & *florum chamæmeli*, *ana manip.* *semis*. Capita papaveris albi, sine semine, quinque vel sex septemve. Incisis capitibus reliqua bulliant in aqua fluviatili. Hoc decocto primum tempora & manus laventur, & sponte resiccantur: simul & pedes insidendo abluantur. Somnum jucundissimum producit: præsertim, si aliquot diebus *vesperi* ante ingressum lecti usurpetur.

§. 2. Mul-

§. 2. Multum prodest *laudanum opiatum*, si justa dosi sumitur. vide *Opiologiam*.

§. 3. Valent item *epithemata*, quæ ex flor. *rosismatini* & *sem. fœniculi* ac *papaveris albi* in aqua decoctis parantur, ac fronti & temporibus imponuntur.

Pediculi cerebri.

CAP. XVII.

§. 1. In *pediculis cerebri* profunt primo *purgationes cerebri*, præstandæ tum vulgaribus, v. gr. *pilulis cochiis*, tum *Paracelsi purgante specifico*.

§. 2. Secundo *sternutatoria*, aliquoties jejuno ventriculo exhibita.

§. 3. *Vermiculos enecat fumus* à candelis, ex *cera* & *cinnabari pulverata* confectis accensisque. Maxime enim infestus est *vermiculis* hic *fumus*. Verum is excipiendus est in loco angustiore.

§. 4. Citius cura absolvitur, si quotidie, post *sternutationes*, aliquid *mercurii dulcis* in pinguedine capi distemperetur, & cum turundis intra nares gestetur.

§. 5. In *pediculis* à toto corpore, atque ex vestibus abigendis valet *cingulum sapientiæ* *Rulandi*, quod *R.* *Nigri*, quod *mercurius* *quassatus*, *purgandi causa*, deponit in spir. vini, q. l. *Misce* cum pulpa pomorum asporum, ut fiat instar unguenti. Hoc deinde *fasciæ lintæ*, *croci tinctura* aliquoties imbutæ ac *resiccata*, inducatur & cotio exterius affluto tegatur, ac *singuli vicem nudis lumbis* circumligetur ac gestetur.

Vertigo est qua omnia circumagi videntur, ita quidem cerebrum sensusque exagians ut sæpe labo-

rans corrumpat, nisi propinquus nitatur adminiculis: Hac levius Symptoma est suffusio, qua solum fumi, nubes, musca, hisque similia volitare ob oculos putantur. Hujus causa proxima est tenuis calidusque vapor per arterias in cerebri ventriculos irrepens, qui in plexu choroidae spiritus & humores exagitant & varie impellens, turbulentos sensus motusque reddit. Hic porro vapor ex humore quodam vitioso non continenter & assiduo, sed circuitibus & quoties evidentium causarum vi cietur, efflari consuevit. Hic autem humor interdum in cerebro, sapius in ventriculo & praecordiis aliisque partibus subsidet. Hinc vertigo alia primario cerebri affectu, alia ventriculi aliarumque partium consortio fit. Illam demonstrant capitis dolor aut gravitas, aurium tinnitus, olfactus vel auditus oblesus: hanc vero nausea, in appetentia, oris amaror, & cordis erosio cardiogmos appellata. Aut si qua pars alia huic malo dedit originem, ejus affecte indicia elucebunt. Ut in quodam cui ab occipitio vertigo exoriebatur pars in eo minima dolebat, qua si vel blandissime attingeretur, concitatus humor vaporem in sensus omnes expirabat, quo proinus offusi tenebantur. His qui vertigini aut suffusioni obnoxii sunt, accessionum cient evidentes haec causa. Solis estus, exercitatio immodica, & quaecunque humores calfaciunt aut exagitant, aut cerebrum concutiunt. Deinde rotarum circumactus & aquarum vortices.

[Fernelius.

Vertigo.

CAP. XVIII.

§. I. In vertigine, praemissis universalibus, specificus est pulvis ex cinnabari nativa confectus, cuius descriptionem habet Quercetanus lib. de Cap. affect. circa finem.

§. 2. Ster-

§. 2. *Stercus pavonis*, absque omni preparatione, in forma pulveris cum saccharo mixtum, & ad drachmam semis vel integram exhibitum, etiam inveteratam vertiginem curat, eodem auctore.

Convulsio est nervorum musculorumque suam originem versus praeter voluntatem perpetua contractio. Hac membrum in quo muscoli tendo inseritur simul adduci necesse est & contrahi, & naturali figura desciscere, & vehementissimo torqueri dolore, qui modo levius modo atrocius insultet viresque prosterнат. Rarum quidem & insolens, sed tamen acutum malum est convulsio, & quod brevi inierit. Hac interdum totum corpus, interdum partes infestat. Quae totius est corporis, id adeo arte occupat ut flecti haud possit: quumque corpus in priora curvatur emprosthoionos est, quum in posteriora opisthoionos quum equali robore in utramque partem intenditur, tetanos, id est distentio: quae nomina solent etiam solius cervicis convulsionibus accommodari. Huius causam & vitium in spina initio contineri extra controversam est. Tam vero partis convulsio interdum in oculo, in frontis cute, in lingua radice, in maxilla, in labris unde risus fit sardonius: interdum in brachio, in manu, in crure animadvertitur: eo scilicet nervo aut musculo affecto qui partis motioni destinatus est. Pars autem nervi primario affecta ea ratione designabitur, quae in paralyti exposita iam est.

Convulsionis causa multa sunt, quas omnes Hippocrates in duas contulit, inanitionem & repletionem. Quaecunque enim vel ab ardente febre, vel ab elebori alteriusve medicamenti potione, vel ab immodera à sanguinis profusione, vel ab immodicis vigiliis, vel ab inediis, vel à labore immodico fieri traditur, ab ina-

nitio est, quemadmodum & quæ ex vulnere aut ex nervi compunctione concitatur. Hanc sequitur inflammatio simplex, & ardor nervosæ partes cerebrumque feriens. His igitur ex causis propria substantia dissipata, nervi & membrana siccescunt, ac in sese contrahuntur. Quæcumque vero convulsio vel ex phlegmone, vel ex ebrietate & crapula, vel ex suppressa quadam vacuatione consueta, vel ex intermissa exercitatione proficiscitur, ad repletionem referenda est. Ex his igitur quæ antecesserunt, convulsiois species atque causa discernetur, tum etiam quod ex repletionem repente gigni soleat, ex inanitione vero sensim multoque tempore.

Præter illas aliæ quoque convulsiois est species, quam recte stultentiam quis appellet. Ea sæpe manuum pedumque digiti, nonnunquam & crura vel extenduntur vel in sese contrahuntur summo dolore, sed eo brevi & qui frictione sola misceat. Causa est crassus lenisque vapor in nervorum propaggines insiliens, qui illas haud secus atque citharæ chordas implet atque conuellit: proinde iis qui vino & crapula aut socordia ac desidia se dederunt, frequens esse consuevit. Huius etiam generis quadam non ita pridem mihi occurrit, non extremas solum verum alias quoque partes impetens. Ea quotannis hyemæ duntaxat, sed bis tæruæ quotidie affligebat. Caput primum in accessione vibratione quadam ex intervallis contorquebatur, hinc sensim malum per cervicem frigoris sensu devolvebatur: quumque inter scapulas irruerat, illa mente integrisque sensibus opisthotono corpus rigeat: quum vero in aliterurum latius, aut in brachium aut in crus excutiebatur, ita arctè id procinus contraheretur, ut nulla astantium vi exporrigi posset, dum prorsus conquiesceret accessio.

Ex quibus intelligi potest, continentem proximamque illius causam non humorem, sed frigidum, crassum lentumque vaporem fuisse, qui inclinante accessione totus dissiparetur, cuius tamen somes esset in capite.

TREMOR.

A mercurio, decoctum rad. Enulæ, Sulphur Solare, antimoni. cinnabaris antimonii. In Tremore capitis senili ℥. Pavonis fimum distempera cum aqua q. s. da in potu tribus vicibus matutinis: fimi sit ℥j pro dozi. A nervorum vitii. Essentia flor. anthos, chamæp. chamædr. A Spirituum inopia. Essentia ambra, quinta essent. Matthioli pulvis analept. mildereri. Vide Horstium in observ. 15. lib. 8.

Externe, Oleum ex baccis junip. spir. fornicar. aqua vrticæ minor pinguedo hum. In Tremore ex mercurio Ungu. pretiosum ex auro Zacuti, Aurum enim avidè trahit mercurium. Cucurbitulis aureis usus est Severinus. Riverius in os indidit & nares, sic mercurium eduxit.

Tremor motus est depravius membrum præter voluntatem concutiens. Oriitur quum insita gravitate membrum delabitur, facultas verò imbecillior id nequit erigere nec robuste exporrigere: tum enim pugna quadam gravitati resistit facultas ac tantum in sublimine membrum atollit, quantum in suo pondere deorsum fertur. Præcipua igitur causa est facultatis atque nervorum imbecillitas: quæ contrahitur interdum ex ætate, ut quum jam gravis est senectus, interdum ex causa vires resolvente, cuiusmodi est diurnum gravisque morbus, immoderata intempestivaque venus, & timor aliudve animi pathema: interdum ex iis quæ tota substantia nervis sūt insensa, ut hydrargyri vapor immodicus: interdum ex iis qui nervos acris,

feriunt ac implent, ut vinolentia vini que meracioris liberalior usus, hac nulla crebrior tremoris causa existit. Quinetiam præter nervorum imbecillitatem alia quoque causa statuatur, nervorum obstructio à lentis crassisque humoribus, qua sit tamen temorem quam in stupore aut in paralyti: communes quippe horum causas esse volunt & ordine solo distingui, ut quanto intervallo à paralyti stupor, stantio à stupore tremor recedat. Atque ut pituita sic & bilis flava in nervos insiliens horum sit symptomatum causa, ea ferè ratione qua & de paralyti iradium est. Etenim non rarò sub acutorum morborum finem tremor enasci deprehensus est. His iam omnia tum principis tum senientis morventisque facultatis symptomata videor persequutus. Nunc qua ab excrementis procedunt, expediám. [Fernelius.]

Convulsio.

CAP. XIX.

§. 1. In convulsione eadem, quæ in epilepsia, valent.

Iectigatio.

CAP. XX.

§. 1. Iectigatio primum vomitoris, ut aqua benedicta aut mercurio vitæ, tanquam universalibus, curatur.

§. 2. Postea confortantibus ventriculum: imprimis spiritu vitrioli philosophico.

§. 3. Membris agitatæ & imbecillis conducunt laconica ex herbis capitalibus, præsertim rubo idæo bis radicato. Sed & insigniter sudatorium cum spir. vini prodest.

§. 4. Interdum ad confortationem exhibenda magisteria corallorum & perlarum, aut lapis bezoar & balsamus vitæ.

Destilla-

Destillatio Gracis *ϰατὰ τὸν ἄνω* est supervacanei humoris è capite in subiectas sedes prolapsio. Hoc nomen late patet junioribus, quo tamen veteres eam solum designarunt qua in fauces irruit. Ergo destillationis causa atque materia capitis est excrementum. Cerebri ampla copiosaque medulla multo eget alimento, è quo necesse est multum quoque excrementum gigni: maximè verò si impense frigidum humidumque aut alia id ratione imbecillum sit, illique vel copiosius vel non satis congruens alimentum supeditatur. His enim ex causis ubique magnus fit excrementorum proventus. Quum moderatum excrementum est, id omne in priores cerebri sinus reconditur, qui in id quodammodo destinati sunt: quum verò immoderatius exuperat, extrinsecus etiam cum cerebri circumque meninges disperditur & fluctuat, quò per interiorum ora venarum effusus est. Cerebri sinus seu ventriculi facillè per palatum expurgantur, reliqua verò capacius tum per palatum tum per nares tum per aures & oculos. Itaque si cerebro humido sicca sunt nares, destillationes capitisque morbi ingruunt, quique foris splendent intus sæpè sordent. Excrementum porrò id cerebri naturam imitatur, quumque pituitosum sit, tenue tamen aquosum atque dulce existit: sed in cerebri ventriculis diutius obherens plerumque vel salsam vel acrem qualitatem tempore conquirat. Aliud præterea in externis partibus capitis excrementum colligitur, maximèq; sub cute veritatis, quo venarum per faciem & tempora in caput irrepentium extrema desinunt. Quoties enim hæc vel sero vel humore multo turgent, alimenti reliquias & supervacua sub cutem effundunt, que præ cutis crassitie atque densitate vaporare foras vix queunt. Horum coagmentatione assidua tantus interdum

tumulus fit ut tumor cereæ instar mollis promineat circum condensans eamque à calva plurimum disjungens. Hic certè fons, hic fomes est omnis externa destillationis, quem miror neminem omnium veterum animadvertisse. Hinc in externas corporis partes fertur destillatio in oculos, in maxillas, in dentes, in cervicem, in scapulas, in brachia, in latera, in dorsum & lumbos, in coxendicem, in crura, in omnes denique articulos: eaque tum omnis arthritidis, tum omnis ferè externi doloris causa esse deprehenditur. Que autem è cerebri ventriculis, aut ex iis locis quæ sub calva sunt fertur destillatio, eam interiores corporis sedes prolabitur, in hisque varios morbos excitat: in nervorum origines, irruens apoplexiam, paralysem, stuporem, tremorem: in sensuum organa, cacitatem, surditatem, innitum, odoratum, privationem: in nares gravedinem: in fauces & in asperam arteriam raucitatem in pulmones tussim, asthma, phibisim: in ventriculū cruditatem: in intestina alii profluvium: hincque si in jecoris venas se insinuet, crassescens tum eas tum viscera infert obstructionesque parit. Sic destillatio quàm plurimorum est morborum procreatrix. Unus autem homo præceteris animantibus his malis idcirco obnoxius est, quod amplo sit cerebro eoque sublimi, è quo excrementum in omne ferè corpus facillè delabi potest, idque perfundere & quasi irrigare. Id autem excrementum quamdiu in cerebro consistit, ferè aquosum est & sero per simile, quod tamen cum ea tenuitate ex cerebri substantia lentorem adipiscitur: quo sæpè cernuntur per frigora nares stillare. Talis igitur initio vel in pulmones vel in alias interiores sedes illabitur: talisque ab summo capitis vertice in extimas corporis partes atque in pedum articulos

articulos profluit. At verò excrementum hoc paritum in quas procubuit calore sensim crassescit, portione ejus tenui dissipata. Sic enim ex tenui & aquosa pituita supervacanea muscosam, ex hacque albugineam, deinde vitream & gypseam caloris vi procreati in Physiologia demonstravimus. Quum autem frigida destillatio in partem quampiam incidit, ab externis nec an ab interioribus capitis sedibus ea profluxerit, internoscedam quidem (nam medendi ratio diversa est) tum iis signis quæ nunc posita sunt tum iis quæ exterum capitis dolorem ab interiore sejungunt.

Destillationis porrò materiam gignunt ac augent intemperans humidiorque vitus, & capitis imbecillitas intemperiesque frigidior. His ex causis cumulatim excrementum si diutius subsistit ac hæret, tum morbos tum quæ retuli profert symptomata. Id verò depellit & è capite exturbat, quicquid suo in loco dimoveret, ut copia gravans, frigus exprimens, astus colliquefaciens, balneum laxans & perturbans exercitatio vel animi pathema. Hæ igitur quoniam efficiunt ut pondere suo excrementum in subjectis sedes profluat, destillationis cause statuende sunt. Recentiorum medicorum turba non satis probabili Avicenna dogmate, omnem destillationis materiam statuit è jecore calidiorè suscitari: multos inde vapores in caput efferri, qui deinde cerebri frigore in aquam versi proinus relabantur, perinde atque terrarum expirationes quæ in nubes concrecentes mox dissolvuntur in imbrem, aut sicut vaporarii halitus in sublime elatus densatur in aquam. At verò excrementi minimum hæc ratione congeri potest. Sed & iis qui vel temperato vel frigidiorè sunt jecore destillationes plerumque fiunt: & hæc quidem quemadmodum & reliquæ ferè omnes à capitis imbecillitate & frigida intemperie, quæ omnium

sunt causarum creberrima ac validissima. Capitis symptomata omnia persequutus videor, quorum interiores serè causa sunt intemperies simplex & vitium humoris, qui vel extra vel intra calviam consistit. Hic verè vel in meningibus, vel in cerebri substantia, vel in ejus ductibus obhæret, vel illinc in subjectas partes illabitur. Atque hi præcipui sunt scopi, ex quibus tota medendi ratio peti constituique debet. [Fernelius.

Catarrhus.

CAP. XXI.

§. 1. In omnibus *catarrhis*, sive caput ab iis præservandum, sive à capite defluxio præcavenda est, plurimum valet *aqua serpylli*. Serpyllum cum flore, ante solis ortum luna decresciente collige, eique minutissime inciso affunde vini albi generosi q. l. Digere aliquandiu in sole, & per alembicum ex B. distilla. Detur quotidie cochlear unum vel alterum, pro ratione ægri.

§. 2. Prodest & hoc *vinum medicatum*. ℥. Rad. caryophyllata drach. sex: acoti unc. tres. Pulv. sambuci manip. semis. Fol. majoranæ manip. Vini libras sedecim. Exhibeatur pro potu ordinario.

§. 3. *Catarthum* quemvis sistit *sacculus* ex succino pulverato & spiritu vini irrigato. Hujus iraque usus est magni momenti in *catarrho suffocativo*. Item qui fit ex *chamæpity* pulverata & aspersa oleo succini.

§. 4. *Catarrhos* tenues, qui ad partes interiores, præsertim pectus distillant, *laudanum opiatum* feliciter sistit, si sub ingressum lecti exhibetur.

§. 5. Præsentissimum in *catarrho* remedium est in *amuleto* verbalci virginis. Radix ejus, quod nuper è semine prodiit, ante quam florere vel incipiat, colligi

colligi à quintodecimo Augusti ad octavum. Septembris debet, luna decrescente & in veneris præsertim novissima die, ante solis ortum. Radix, quo rector, melior. Eruta mox mundanda & postea radix purgata in loco umbroso exsiccanda. Ejus particula auto inclusa, & ex collo suspensa, mirifice præservat contra qualescunque corporis *catarrhos*. Fœminis non prodest, quia conceptum impedit, quamdiu gestatur: remota vero, restituitur.

Sape fit ut *graviore & repentino* utriusque cause impetu ager promptè juguletur, eaque *destillatio* ab eventu *catarrhus præfocans* appellatur. Galenus neque à *destillatione*, neque à *peripneumonia*, neque à *pulmonum tuberculo*, neque à *suppuratione* quæquam *repentè strangulari* posse existimavit, sed à *sola angina* in qua neque in faucibus neque in *cervice* quicquam apparet. At verò quibus jam diu & multum *pulmones infarcti* erant, ut in *veteri asthmate*, *multam* *repentinamque destillationem* plerosque *jugulasse* testamur. [Fernelius.

Catarrhus suffocativus,

CAP. XXII.

§. 1. *Interfluxiones*, quæ à capite ad partes subjectas fiunt, nulla periculosior ea, quæ ad pectus & cor illabens subito hominem è medio tollit. Vnde huic statim occurrendum, absque omni mora. Medicus ergo statim, si magna sanguinis abundantia est, præmissis clystere forti, coque reddito, *venam* secet, & in cubiculo per vices nunc *frumum* è mastiche, thure & succino, nunc *vaporem* ex aceto rosaceo super candentem lapidem effuso excitet.

§. 2. Capiti, rasis capillis, applicet hoc *emplastrum*. ℥. Emplastri contra rupturam *sesequianciam*

Gummi ammoniaci unciam semis. Mastiches, succini, ana drachmam. Myrtillorum drach. semis. M. f. emplastrum rotundum, futuræ coronali applicandum. Nares *ingrat* balsamo succini.

§. 3. Ægrotum vero sedere in lecto jubeat: eique exhibeat sirupum ex aqua benedicta, & paulo post acerum theriacale, vel hoc scillinum. ℞. Aceti scyllini libram. Rad. iridis florentinæ pulveratæ uncias duas. Rostro alembici ex eadem radice imposito nodulo, distilla ad siccitatem. Accipiat item boli armenia in aqua rosarum lotæ scrup. duos, cum pulvere diatragacanthæ frigido ad semidrachmam & uncia siropi ex rosis siccis.

§. 4. Etiam ad usum sequens *gargarisma* vocetur. ℞. Sir. papaveris, diamorum, ana uncias duas. Vini granatorum unc. semis. Aquarum plantaginis scabiosæ, ana unciam.

§. 5. Hinc ad materiæ *concoctionem* per apoze-mata, sirupos, magisteria, & electuaria confugiendum.

§. 6. Materia cocta *purgari* tum iis debet, quæ sentinam totius corporis respiciunt, tum quæ caput ab humore liberant: qualia sunt erthina sternutatoria apoplegmatisimi, gargarisimi. Palmam inter hæc obtinet *nigella romana*, si subtilissime pulverata aqua majoranæ mixta è vola in nares attrahitur. Quin hæc sæpius odorata, proprietate occulta confert in quavis destillatione capitis.

§. 7. Quæ caput *confortant*, sunt electuaria vel conservæ florum anthos, stæchadis, rosarum, cum pulvere diamoschi dulcis & oxymelice scyllino ac oleo nucis moschatæ mista: aut rotulæ ex speciebus laudatis cum oleo succini ac saccharo in aqua florum sambuci soluto quibus addi potest florum sulphu-

phuris drachma una vel altera.

§. 8. Possunt quoque ad præcavendum subitaneum humorum fluxum, ore teneri, præsertim noctu, tempore distillationis *orbiculi*, qui ℞. Spicæ nardi unciam. Mastiches, & sacchari albi, ana unc. duas. Sir. è rosis siccis q. s. m. f. orbiculi, similes lupinis.

§. 9. Capiti imponantur *sacculi* vel *pileoli* ex eis, quæ caput roborant, & materiam exsiccant. ℞. Florum melissæ, majoranæ, betonica, summitatum origani, ana manip. semis. Nucis moschatæ, caryophyllorum, ana drachm. duas. Benzoini, croci, maccis, ana sesquidrach. Thuris, mastiches, ana drachm. tres. Rosarum rubrarum pug. duos. Pulverentur crassiuscule & serico rubro insuantur, fiatque *pileolus*.

§. 10. Aut, si æger hoc medicamentum recuset, *pulvis* sincipiti inspergatur è mastiche, thure, succino, & gallia moschata. Hoc pulvere linteum sæpius perfumetur, & capiti applicetur. Vel ℞. Mastiches, olibani, ana drach. duas. Thymiamatis, benzoini ana drachmam. Succini drach. semis. Gummi taca-mahaca q. s. ad incorporandum. F. trochisci pro fumo.

§. 11. Profunt itidem *poma* odorifera ac balsamus apoplecticus naribus excepti.

§. 12. Quod si medicamentis dictis non cedat catarrhus, parti capitis anteriori tonsæ *vesicatorium* admoveatur, vesica incidatur, perque unum alterumve diem servetur aperta, deinde consolidetur. Negligi interim non debent, quæ ad catarrhum exterminandum faciunt.

§. 13. Alij vel *candens ferrum*, vel *potentiale cauterium* admovent ibi loci: ubi digitorum

maximus definit, quum manus sua radice nasi globo opponitur & sursum protenditur.

OCULORVM AFFECTVS.

Simili ratione & oculorum interiores affectus ab externis summa cura sejungendi sunt, quod in his curatio & remediis & usendi ratione variet. Interiores dico qui intra corneam membranam conditi sunt, & quorum origo ab intimis cerebri sedibus ducitur. Externus verò qui vel in cornea vel extra hanc existunt. Hi autem affectus aut oculi visionem aut motum pervertunt, idque modo cum dolore modo circa dolorem nullum. Motui impedimento sunt strabismus atque paralyfis.

Strabismus oculi convulsio est, qua is in obliquum ita contorquetur, ut nequeat amborum unus aspectus esse. Paralyfis motus est aboliò: horum causa supra commemorata vel in oculorum musculos incidunt, vel in nervos ex secunda conjugatione eo directos, vel in eam cerebri partem unde illi emergunt. Atque his primum & per se motum impediunt. [Fernelius.]

Strabismus.

CAP. XXIII.

§. I. Strabismus, si inveteratus est, non curatur: recens, praesertim in pueris, corrigi potest. Praemissis ergo universalibus, siue quae humorem peccantem tollant, larva, quae foraminulis è regione pupillarum perforata sit, sic faciei applicetur, ut per ea tantum prospicere strabus queat, atque sic oculos paulatim aduefaciat ad suum naturalem. Opus tamen est accurata diligentia ad hoc opus recte perficiendum.

Paralyfis oculi.

CAP. XXIV.

§. I. Paralyfis oculi raro contingit sine resolutione aliarum

aliam partem: & si occurrit, vix curatur. Curari ve. o eadem cura debet, qua hemiplexia.

Affectuum interiorum qui visioni obsunt alii in cernendi spiritu, alii in cerebro, alii in optico nervo, alii in humore crystalloide consistunt. Spiritus ut acute & distincte cernat, debet nullus esse & aethereus. Nam nullus si crassus quoque sit, & longinqua & vicina quidem videt, vix tamen discernit. Paucus verò licet aethereus sit, lusciosos tamen facit, qui propinqua plane discernunt, distantia haudquaquam vident. Paucus & crassus hebetes, qui neque distantia vident neque propinqua discernunt: senum hoc fere vitium est. Cacus, obscuritas omnisque visus imbecillitas cujus causa in oculo conspicua non est, vel cerebri, vel optici nervi, vel humoris crystalloidis vitio exoritur. Cerebri a. vitium intemperies est aut simplex aut ex humore. Optici nervi vitium obstructio ex humoris crassioris influxu: aut angustia ex tate vel ex tumore praeter naturam: aut illius distractio ab externis causis. Crystalloidis peculiare vitium est, è propria sede dimoriorum aut ex casu aut ex ictu, quibus vehementer oculus ipse concussus est. Iam verò haec notis discernenda sunt. Vitium & offensa visionis causam in cerebro esse certo scies, si non ad oculum modo verum etiam ad alios sensus imbecillitas pertinet. An verò ex simplici intemperie, an ex humore vitium sit inductum, ea luculenter declarant quae de affectu cerebri signis prodia sunt. Quum causa in cerebro non reperitur in nervis opticiis aut etiam infra hos quaerenda est: atque si cacus repente aut brevi tempore invaserit, obstructio certe est ex humoris influxu: sin verò pedetentim multoque tempore, aut intemperies aut adstrictio vitio datur. Quum autem sit optici nervi obstructio vel adstrictio: ita

quidem conjectura intelligere est. Si laborans oculum sanum claudens altero videre contendat, ac tum pupilla dilatetur, spiritus nonnihil etiamnum influit per nervum: sin verò eadem pupillæ figura eademque amplitudo permanet, nihil omnino spiritus illabitur prorsusque illi interclusa est via. Rarius autem opitiscus nervus, aut humor crystalloides è propria sede dimotus, intelligitur ex ictu vel casu vel ex alia quavis manifesta causa quæ vim intulerit: quanquam interdum vidi nullius externæ causæ vi, solum acerimi humoris influxu repente & crystalloidem è propria sede, dimoveri & pupillam dilatari, sed tum comitabitur dolor immanis & implacabilis. Quin etiam quum crystalloidis dimotio sursum deorsum sit, laboranti quacunque cernuntur, gemina apparent, non autem quum in alterutrum angulum sit.

Glaucoma est crystalloidis aut vitrei humoris in glaucum aut fuscum colorem mutatio. Hoc vitio impediti aut per fumum aut per nebulam se videre arbitrantur. Idem impedimentum accidit quum utriusvis humoris substantia nimio opere crassescit. Si quem forte alium colorem contraxerit, is etiam in objectis rebus elucebit. Hoc quidem vitium rarum, at certè immedicabile, quod humorum substantiam immutat.

Caligo est tenebrosa visio ex crassiore densioreque facta tunica cornea. Rarum hoc vitium ex morbo, ex senectute frequens: quæ certè membrana quemadmodum & unguis irassescunt. [Fernelius.

Visus imbecillitas & caligo.

CAP. XVX.

§. 1. Ad visus imbecillitatem & caliginem, spiritusque visivos confortandos, & cerebrum humoresque ipsius rectificandos, præmissis universalibus, mirifice

mirifice prodest euphrasia dextre parata. Vulgo ea utuntur infusa vino una cum cibus. Alii in conserva, aliæ forma, Præstat essentia chymice extracta à granis duobus ad sex. Etiam nobilis est ejus sal: præsertim si cineres initio cum pari sulphure sic calcinati fuerint, ut sal non fluat in tigillo, & is crebris deinde solutionibus, filtrationibus ac coagulationibus ad summam puritatem deductus mentatio sali admisceatur. Est & ejus arcanum præstantissimum in recuperando visu à gr. duobus ad sex. Hinc vere *Kugentrost* (solatium oculorum) dicitur.

§. 2. Est & hæc efficax. ℥. Fol. euphrasie, rutæ, verbenæ, fœniculi, ana manipulum: summit. torismatini, salviæ, florum rosarum rubr. ana pugillum. Bacc. juniperi unciam. Cassiæ lignæ unc. semis. Ligni aloes semidrach. Sem. fœniculi drach. duas: fileris montani drachmam: rutæ drach. semis. Infunde in vini malvat. lib. sex, diebus quindecim, & distilla. Hujus cochlear semis vel integrum, jejuno ventriculo sumtum, visum potenter roborat.

§. 3. Aqua ocularis externa. ℥. Lapidis scissilis (Schieferstein) in frustra contusi libram semis. Aquæ pluviiæ libras quatuor. Vitrioli albi unciam, vel sex summum drachmas. Coque in olla & spumam diligenter remove. Aqua ad casum duorum digitorum consumpta filtretur & vase bene clauso tertetur. Utus est, ut quotidie in oculum, mane & vesperi, immitantur aliquot guttæ.

§. 4. In his, ut & in glaucomate mirifice commendatur aqua ex fellibus piscium, præsertim Lucii, distillata. Quam reperies cap. xxxix. 1.

Staphyloma, Mydriasis Divulsio & ruptio pupillæ. &c.

CAP. XXVI.

§. 1. In *divulsione & rptione pupillæ*, aut *cornæ*, omnium optima est aqua ex albumine ovorum, quam exhibemus cap. xxxix. 2. Ut &, quæ ex cancris & chelidonia traditur in notis ad Crol-
lium.

Albugo & nebula.

CAP. XXVII.

§. 1. In *albugine & nebula*, præter communia cuius nota, egregie valet pinguedo ex hepate mustelæ, quæ Germanis (*Guappe & Kalraupe.*) Jecora hujus lava vino, atque statim in vitro suspende sic, ut ne fundum aut latera tangat, sed libere in eo pendeat. Vitrum obrura diligenter, & ex pone aliquandiu ad solum, & hepar ferme totum in flavam pinguedinem distillabit, quam collectam serva. Usus ejus est externus tantum. Inungi enim palpebræ dumtaxat eunti cubitum debent. Potentius operatur, si cum cibus aliquoties exhibeatur pulvis ex carduis pratorum minoribus, quem vulgo (*Peydedistel*) vocant.

Exuberant (sed rarius) in hac tunica pustulæ quales exanthematum, phlyctæna dictæ. His ruptis ulcuscula manent varia, quorum for didissimum epicauma dixerunt. Hæc tandem pus excipit. Quinetiam huic tunica & carbunculi & carcinomata insident, rarissima quidem, sed omnium ulcerum deterrima. Nunc adherentis membrana affectus percurramus.
[Fernelius.

CAP.

Phlyctæna.

CAP. XXVIII.

§. 1. In *phlyctænis* valet Aqua vitrioli albi.

Ulcuscula oculorum.

CAP. XXIX.

§. 1. In *ulcusculis*, ex phlyctænis scilicet natis, valet aqua ex albumine ovorum, quam habet cap. xxxii. 2.

Carcinoma oculorum.

CAP. XXX.

§. 1. In *carcinomate* oculorum nihil melius est pelliculis ovorum, è quibus pulli sunt exelusi, si pulverentur & inspergantur. Cætera fiant, ut in cancro.

Epiphora.

CAP. XXXI.

§. 1. In *epiphora* vel *ophthalmia* præstat, præmissis purgatione capitis & averfionibus debitis, *periapron* ex radice malvæ, si sole perambulante scorpionum & oriente, fuerit effossa sic, ut radix primum denudetur fodiendo ad latus & subtrus, antequam planta tota eximatur. Appendi vero vel alligari radix ad nucham debet.

Ophthalmia.

CAP. XXXII.

§. 1. In *ophthalmia* mihi usitatum est è regione oculi laborantis ad nucham, præmissis universalibus, applicare sacculum farina cruceæ (*Senffmehl*) repletum & in vino coctum, eoque calido & sæpius teclato loco fovere. Mirabiliter enim ab oculo versus nucham trahit. Quod si vesicæ ab hac applicatione fuerint excitatæ, aperiantur, & apertæ serventur imposito folio brassicæ vel hederæ. Postmo-

dum curentur mucagine seminis cydoneorum, aqua plantaginis extra&ta.

§. 2. Oculus vero foveatur vellacte muliebri, vel cum sief albo, aut opio in aqua rosarum soluto. Soleo subinde extus oculo applicare facculum ex floribus chamæmeli.

§. 3. In *ophthalmia* & plerisque oculorum affectibus secreta est *apud florum cichorii*. Ea fit hoc modo. Collige cærulæos flores cichorii, quando sol est in principio leonis, eisque recentibus reple vitrum sic, ut intrudas atque infercias, quantum admittere ullo modo potest. Tum diligenter subere vel vesica quintupla claude vitrum, & massa panis crudi, trium quatuorve digitorum crassitie, obrustatum mitte in furnum & pone super asserculum (ne rumpatur) & coque cum panibus aut etiam diutius. Oportet enim, ut hæc massa discocta sit. Exime, & invenies flores in aquam rubentem & pinguiusculam conversos. Hanc distilla per alembicum ex B. Nisi distillata enim non servatur: Hac si singulis diebus bis, surgenti scilicet & cubitum eunti, linantur palpebræ, multi oculorum affectus, albugo, nubecula, anguis, suffusio, caligo, & tantum non ipsa cæcitas, mitissime tolluntur.

Oculorum dolores quoniam in primis graves esse solent, seorsum quoque estimanda. Moritur autem ab humorum acrimonia in acri epiphora, ab ardore in ophthalmia, à statuum vel humorum influentium copia, quæ illorum tunicas distendit, à carbunculo & carcinomatio sed à pustulis & ulcusculis quæ in corneam incidunt aut nullus aut admodum levis oritur dolor. Quos hætenus numeravi affectus omnes oculi globum obsident. Nunc qui ambitum invadant palpebras dico & angulos, tradendum. [Fernelius.

Dolor.

Dolor oculorum.

CAP. XXXIII.

§. 1. Oculis *dolenibus* nicotianæ folia applicentur. Opiata hic, quia foris noxia, intus tantum exhibenda sunt.

Palpebrarum vitia sunt scabies quæ pforophthalmia, & pruritus qui xempphthalmia nuncupatur: illa scabies est ex humore calido & aëri, cilia potissimum occupans: hæc pruritus est ex humore salso atque mitroso, soletque nostris sicca lippitudo nuncupari.

Ectropion palpebræ est inversio, quæ pars ejus interior rubra prominens. Oriur autem vel ob cicatricem vel ob subdita carnis exuperantiam, qualis sæpe ex chymosi relinquitur.

Grando iaberculum est datum palpebræ ferè superiori invasens. Hordeolum tuberculum casidum in abscessum ferè desinens, quod è palpebræ margine atque è cilio prorumpit. Quinetiam tiliis atque superciliis pilorum desuviium contingit, quod madarosis appellatur: & pilorum inversio & pediculorum proventus, omnia cerè ex iis causis genita quæ & finitimo capillorum affectus edunt. [Fernelius.

Hordeolum.

CAP. XXXIV.

§. 1. In hordeolo hordeum, jejunò ventriculo sæpius manducatum, applicetur.

Procidencia oculi.

CAP. XXXV.

§. 1. In *procidencia oculi* Scarabæos in stercore equino natos, q. v. Ex his, in vitro inclusis & ad solem bene siccatis, fiat pulvis subtilissimus. Hic, foto & in locum reposito oculo, tenuiter inspergatur, & obligetur. Vide amplius, ubi de procidencia uni.

Omnium autem frequentissime oculos infestant epiphora & ophthalmia, ex quibus & dolores sanquam acerbis & alij plerique morbi expullant. Epiphora est tenuis humoris impetus, lacrymarum specie in oculos factus. Is autem humor alias frigidus ac plane aquosus sine dolore, sine ardore aut rubore: alias acer est aut salsus, qui & dolore & acrimonia & ardore & rubore molestus est, unde & palpebrarum sequitur exulceratio. Fluxionis hujus origo ferè è sincipite & è summo verice ducitur, in quo humor extra calvam & subter cutem congeri solet, qui per pericranium in adhaerentem membranam destillat, ac demum foras per oculos excidit: quemadmodum & ex ea sede destillationes alias in dentes, alias in maxillas procumbere prodiitum jam est. Quocirca hujus eadem atque destillationis causa statuenda sunt.

[Fernelius.

Lacryma.

CAP. XXXVI.

§. 1. In lacrymis ℥. Cort. granatorum unc. semis. Coque ex aqua rosatum. Cola decoctum sæpius. In colaturæ unciis tribus terendo dissolve lapidis hæmatitæ pulverati sescquidrachmam. Huic petiæ intingantur & applicentur oculis. Etiam sacculus ex floribus chamæmeli convenit. Vide Platerum in praxi.

Nubecula verò tenuis est humor corneæ inhaerens, cujus adhaesum putat laborans se per nebulam, per vaporem aut fumum res omnes intueri. Hic verò humor sensum crassescens tandem albuginem parit. Est enim albugo crassus & albus humor in cornea, aut etiam supra hanc ita concretus atque densatus, ut omnem plerumque videndi aciem perstringat. Sensim quidem hac duo vitia succrescunt, ac sæpè ex

ophthalmiæ

ophthalmia & epiphora. Interdum & ex proprio sunt humore lento, qui ob pupillam effunditur ex iis spatiis quæ sunt inter membranam adhaerentem & corneam.

Hallucinatio quæ Græcis est *καρπαλα*, id est, sic cornea tunica alieno colore infecta, quo etiam foris omnia iuncta cernuntur: ut in ictero citrina, in sugillatione & inflammatione rubra [Fernelius.

Pustula & macule oculorum.

CAP. XXXVII.

§. 1. Ad pustulas & maculas oculorum ℥. Fellis anserum gallinarum, piscium ana, q. v. Inde vitro &, addito mellis modico, fiat linimentum, coque oculos inunge.

Maximus quidem & creberrimus est ægilops, phlegmone parva inter majorem angulum & nasæ radicem. Pars ipsa quasi surunculo tumet, ambitus rubore perfunditur, dolor summus urgetisque lancinans. Causa est tenuis biliosisque sanguis per temporum, frontis faciei que venas eo insiliens, sicque venam illic conspicuam exedens aut corrumpens, ut sanguis in id spatium sub cutem effusus phlegmonem pariat: qua rupta exulceratque cute abscessus apparebit, è quo pus per ulcusculum manat.

Ex his parum bene curatis affectibus, sinus consequitur aut oculi fistula. Et enim quum ægilops non maturè aperitur, aut quum cute adhuc integra pus non libere effluens diutius coërceatur, cuniculo agi, ac demum vicinis partibus exesis sinum parat, in quo copiosius colligitur: hinc ad os subjeclum penetrat, & viam aperit in naræ proximam, è qua graveolens excidit. Quod si pus viam sibi muniat in angulum oculi majorem, fistulam excavat qua sinus expurgatur. Solet quippe in sinu illius assiduo congeri, qua presso angulo per illius fistulam emanat: tumque

tumor subsidet, dum nova illuvie denuò repleatur; quod plerisque singulis horis obtingit.

His malis chyres ferè succedit, quæ est caruncula anguli majoris absumptio vel imminutio, à qua & angulus latior evadit. Fit tamen & aliis ex causis, velut ab humoribus & medicamentis exedentibus: Rhyadi opponitur encanchis, quæ ipsius est caruncula immodica eminentia.]Fernelius.

Fistula lacrymalis.

CAP. XXXVIII.

§. 1. Ad oculi fistulam ℞. Sulphuris vivi, aceti fortissimi, aluminis, salis, ana unciam. Rad. lapathi acuti rec. unc. semis M. f. unguentum, coque illine bis terve in die.

Unguis nervosa dura & albicans membranula est ex angulo sese obtendens & plerumque pupillam conregens. Oritur ex adherente membrana sensim multoque tempore (si permittitur) crescente & obdurescente.]Fernelius.

Ungues, nebula, pterygia.

CAP. XXXIX.

§. 1. Ad hos oculorum affectus feliciter adhibetur specificum Lucii piscis, ℞. Fellis luciorum q. v. Distilla in cucurbita donec inspissetur. In aqua distillata solve aliquid camphoræ, & serva. Quod relictum extrahe cum spiritu vini: quem vicissim ab extracto per distillationem abstrahe. Extracti hujus & sacchari saturni ana granum dissolve in prioris aquæ guttis tribus quatuorve, & cum pluma in oculum mane ac vespere immitte, & videbis felicem successum.

§. 2. Est & aqua ex albumine ovorum præstantissima. Vulnera enim quæcumque & circa ullam cicatricem consolidat: magnarum quippe virium est.

Coquantur

Coquantur ova ad duritiem. Coctis & in dimidiis cum cortice sectis eximantur vitelli. In quorum locum reponere aliorum albumina discocta & minutissime confecta. Tum compone dissecta, & colliga, atque ex filo suo sic in cucurbita suspende, ut libere pendeant. Cucurbitam bene clausam in B. M. colloca, & digere tantisper, donec videris albumina paulatim in liquorem distillare. Hunc, cum paucus sit, ex fundo cucurbitæ diligenter collige, & oculo recens vulnerato sapius cum pluma illine.

§. 3. Sed & ad ea attende, quæ ab inflammationibus externis oculos maniant: Has enim si præcaveas. dubium non est, quin quævis oculorum vulnera, etiam profundiora, citra perditionem visus sanari eo liquore possint, dummodo crytallinus humor, retina læsa, non deflexerit.

Ophthalmia est oculi phlegmone ex oculorum angulis in totam adherentem membranam effusa. In hac tenuis oculorum vena turgent & qua in oculorum albo obscuræ fuerunt, conspicua fiunt plerumque quicquid album fuerat, rubescit. Summus ardor atque dolor affligit, qui acrius sæpè lachrymarum fluxionem accersit. Tum sanè magna huic similitudo est cum epiphora, Sed inter se distant, quod in ophthalmia oculi album, in epiphora solum palpebra cilium rubeat. Distant præterea & materia & origine. Quum ingravescente ophthalmia album oculi rubescens usque adeo tumet & crescit, ut nigro sublimius evadat ipsumque ferè contegat, chymosis appellatur. Inflammationis causa est tenuis biliosique sanguinis in oculos fluxio, è temporum angulorumque venis in obscuras & latentes oculorum venas irruens. Quibus fluxione frequenti vena patefacta sunt, hi quavis ex causa inflammatione rursus tentantur. & à pla-

rhosa, & à solis aestu, & ab exercitatione, & ab aliis externis causis quas diximus fluxionem irritare. [Fernelius,

Inflammatio oculorum.

CAP. XL.

§. 1. Ad oculorum inflammationem, & epiphoram
℞. Aquæ rosarum, euphrasæ, verbenæ, ana unc.
semis. Tutia præparata drachmam. Martis perlarum
subtilissime pulveratæ drachmas duas. M. sed non
ante quam usui erit. Tum vero ejus aliquid instilla in
oculum, & simul madentes ex eo petias impone.

§. 2. Principio sive à calida causa, sive à crassis
flatibus nata sit ophthalmia, vacuatione per clyste-
rem aut lenitivum præmissa, vena incidatur, aut *cu-
curbitula* scapulis applicentur:

§. 3. Hinc sequente statim die ad corporis purga-
tionem, ad pilulas cochias & lucis accede.

§. 4. Sed & *collyrii* vicent in oculos immitte re-
cens multum lac muliebre cum aqua plantaginis &
croci tantillo. Hoc enim humores ab oculo repellit.
Antequam vero applicetur, oculos prodest lavare
decocto fænugræci, vel applicare pomum cum pau-
co feniculo sub cineribus coctum in formam cata-
plasmatis. Repetantur lotio & cataplasma & *colly-
rium* sæpius. Hinc ad alia tum *collyria* tum *ophthal-
mica* properandum.

§. 5. Quod si affectus per intervalla revertitur,
purgetur patiens mercurio cum sole aliquoties subli-
mato. Hinc vena secetur, & adhibeantur sequentia
ophthalmica.

§. 6. Occipitio deinde *setaceum* aut *cauterium*
applicetur, aut *fonticulus* fiat in brachio. Maximo-
pere enim ex capite & oculis revellit, & ab ophthal-
mia præservat.

Suffusio

Suffusio est humoris præter naturam vel in pupilla
vel inter rhagoidem tunicam & crystallinum humo-
rem concretio. Is autem è cerebro per opticum nervum
prolabitur, idque sensim, ut idcirco vix possit initio
conspici: quamquam interdum vidi omnino crassam
atque consummatam suffusionem uno die congeri. Ete-
nim si crassus humor in opticum nervum repente in-
cidens subito obcecatur, cur non etiam is longius ob pu-
pillam prolapsus repentinam suffusionem eamque per-
fectam inducet? Omnis autem suffusio ob pupillam
consistens, impedit ne crystalloides primum videndi
organum, externarum rerum species atque simula-
chra excipiat, neve illa liberè cernat. Principio quum
tenuis adeò est humor, ut minimò deprehendi possit,
fumi duntaxat & vapores, deinde etiam muscæ ante
oculos obversari putantur. Tempore eoque cras-
fescit dum omnino visionem præpediat, idque si pu-
pillam omnem obtegit, aut si ejus partem duntaxat,
objectarum quoque rerum partem quampiam obscu-
rat. Atque ut est suffusionis figura, ita & varia sunt
rerum simulachra. In his omnibus jam manifestè
crassus, concretus albusque humor animadvertitur.
Incipiente igitur hac suffusione eadem serè visa atque
in ea quæ affecto ventriculi ore fit sese representant:
quæ hac tamen ratione discernuntur. Suffusio propria
alterum duntaxat oculum falsis rerum simulachris
illudir, aut si ambos non simul tamen neque similiter.
Suffusio per consensum & ambos & simul & equali-
ter visis offendit. In illa visorum occasio assidua est,
ne diem quidem sed ne horam intermittens. In hac
verò & remittit & intermittit, si parciore & facili
dato cibo ventriculus bene concoquat, aut is expurge-
tur medicamento dialoës: invalescit si cruditas est,
aut os ventriculi dolitat aut nausea saigat. [Fernelius]

§. 1. Si vero *hypochyma* incipit (*suffusio* enim confirmata solius Chirurghi ocularii ope curari potest) nisi plethora adsit, vena secanda non est: ne cerebrum refrigeratum uberiores fluxionibus materiam suppeditet. Potius materia concoquenda est & educenda, oculi & caput confortandi, operaque danda, ne vapores è ventriculo ad caput ascendant. Ad hoc pulveres, post cibum sumendi, præscribantur ex confecto semine fœniculi, & summitatibus euphrasæ, vel tabellis cum oleo fœniculi & aqua euphrasæ vel extracto ejus.

§. 2. Quod si necessitas urget. occipitio *vesicatorium* aut *cauterium* apponatur, & sex minimum menses teneatur apertum.

§. 3. Præter hæc *collyriis* sequentibus utendum: Quæ antequam oculis indantur, non inutile erit, eos fovere sacco hoc. ℞. Sem. fœnigræci frigida loti sesquunciam; lini unciam semis: malvæ, althææ, ana drach. duas. Pulverata ratis insuantur linteis, & aquæ calidæ immergantur, & hinc admoveantur.

§. 4. Ad *collyria* autem mire conducunt aquæ vel succi, perse depurati, euphrasæ, rorellæ, chelidoniæ, fœniculi, valerianæ, ut & aqua mellis. Quæ vel seorsum singulæ vel inter se permixtæ adhibentur. Quibus sæpenumero addi solent aqua rosarum, lac muliebre, decoctum fœnigræci cum sief albo, croco & tutia præparata.

Rhexis est ejusdem corneæ ruptura vel sectio vel exesio, è qua primum albugineus humor emanat oculumque multo minorem relinquit. Deinde rhagoides unica procidit, ac tum oculi est procidentia, quæ Græcis est *proptosis*. Ab hac diversa est oculi confusio, in qua

PRAXIS CHYMIATRICA: II 7
qua ex ictu humores permixti confusique sunt, citra eruptionem ullam. [Fernelius.] Vide c. 26.

Erosio & vulnus oculi.

CAP. XLII.

§. 1. Si vel *erosio* sequitur, vel *vulnus* obtigit, stupendum illud, cujus modo mentionem faciebamus, *ophthalmicum* oculos, etiam ad desperationem lætos, restituit. Quin incredibili virtute vulnera glutinat intra unum diem. Quisquis parare voles, succi è floribus & foliis chelidoniæ bonam quantitatem in B. M. digere, donec sponte omnes impuritates ad fundum subsederint. Deinde mense Junio, dum sol & luna inambulant cancro, cancos fluviatiles viginti collige &, pedibus caudarumque crustis ablectis, contunde in mortario, ac succum exprime, eumque una cum isto chelidoniæ succo distilla ex B. M. & usui reserva. Eodem tempore cancrum vivum totum in olla bene operata usque eo exsicca in clibano, ut teri possit, & tere quam subtilissime, atque per incerniculum cerne. Hujus nonnihil ex penna ad id aptata præcise super vulnus impone, atque ita relinque horas xxiv. Deinde, omisso pulvere, sola aqua, læpius oculum eluendo absterge puris, quod apparebit, & sic ex voto res succedet.

Rubor oculorum.

CAP. XLIII

§. 1. Ad ardorem & ruborem oculorum ℞. Butyri recentis & novies in aqua rosarum loti semunciam. Tutia præparata drachmam. Camphoræ drach. semis. M. & serva in vitreo, atque illine oculos.

§. 2. Ad ruborem, ut & inflammationem oculorum, ac pustulas faciei rubras, saccharum saturni in aqua euphrasæ & rosarum solve, & cum tantillo tutiæ præparatæ fac collyrium.

§. 3. Ad ruborem, ad caliginem, lacrymas, & quævis fere vitia oculorum valet, præter Crollii, etiam hæc aqua ophthalmica. ℞. Vini albi non adulterati, aquæ rosarum, ana drach. duas. Sacchari canti albi, vitrioli depurati, ana scrup. quatuor. M. & cum hac mixtura zingiberis digitum unum super cote tere tamdiu, donec in aquam fuerit absumptus. Tum cola per emporeticam in vitrum. Colaturæ drachmam camphoræ, in duobus spiritus vini cochlearibus solutæ, misce & serva usui. Ejus oculo poscenti immitte sæpius unam alteramve guttam.

Hypophagma.

CAP. XLIV.

§. 1. Oculi *hypophagma* tollunt summitates hyfopi ex aqua coctæ, & in nodulo oculis tepide applicatæ. Item radix sigilli Salomonis quassa, & oculo partibusque vicinis in forma cataplasmatum appositæ. Uulgo sanguinem pullorum columbinorum, plumis expressum, & adhuc calentem oculo indunt.

§. 2. Ruboribus tollendis utile, ovum ad duriem coctum & medio sectum oculo calide per noctem imponere.

Auris phlegmone plerumque tentatur. Hæc parte minima inter crassiorem meningem & membranam qua audiendi meatui prætenditur colligi solet. Gignitur ex acri tenuissimoque sanguine, qui ab interioribus meningum venis eo irruens, tandem putrescit. Calore se prodis & dolore gravissimo, membranas quippe humoris & acrimonia pungit & copia distendit

dit atque divellit. Hinc pulsans & vehementer lancinans dolor excruciat, qualis & per phlegmones omnes qua circum arterias & membranas accenduntur. Febricula oboritur suis comitata symptomatibus. Nullus tumor nullusque rubor foris conspicitur, nisi forte geminato malo externa in consensum irabantur. Putris materia in pus sensim concoctione mutata abscessum invehit: è quo rupta vel exesa vel rarefacta audiendi membrana pus foras per auris anfractum manat, magna doloris lenitione atque gravitatis levatione. Quibus imbecillum est cerebrum & excrementis abundans, iis diu auris diffluit, manetque interdum suppuratio admodum diuturna, qua vel pus album vel liquidior sanies excurrit. Fit tamen & interdum suppuratio aut sordidum genus aliud citra inflammationem, ex magna cerebri impuritate ex multaque colluvie eo sibi viam & exitum moliente. [Fernelius.

AVRIVM AFFECTUS.

Phlegmone & ulcus.

CAP. XLV.

§. 1. Aurium phlegmone interna curatur repellentibus communibus: *ulcus* autem, mutantibus.

Ulcus auris sordidum ex his sæpè causis excitatur, quoties vel pus vel humor influens summa pollet acrimonia. In ulcere vero humido nec tempestivè resiccato caro excrescit, qua auris ductum obturat & auditum pervertit. Obiurant præterea tum sordes copiose si vel concrecant vel obdurescant, tum calculi tum alia quæcunque imprudentibus in aurem indunt. Diuturna autem sordis ac saniei suppressio, ac etiam impurum, sordidumque ulcus vermes progenerat.

Fluxus aurium.

CAP. XLVI.

§. 1. In *aurium* perpetuo fluxu & colluvie, laudatur utrina puerorum distillata, & usque ad decem in aurem guttas immissa mane jejuno. Quæ ad tempus detenta, inclinato capite, de quo emittitur.

§. 2. In hoc casu necessariæ sunt purgationes capitis. Quæ vel pilulis procurandæ sunt, vel panchymagogo vegetabili, vel Paracelsi purgante specifico. Potui præterea decoctum guajaci detur.

§. 3. In pueris, per humiditatem huic morbo obnoxiiis, festinare ad curam non oportet, quin ætati malum committere. Exemplum habui in Knidij filia,

Vermes aurium.

CAP. XLVII.

§. 1. Vermibus *aurium*, ut narium ac cerebri, tum necandis, tum extrahendis, unguentum ex pinguedine capi & oleo coryli conducit cum mercurij præcipitati vel dulcis duobus solummodo granis (necessaria fiat mixtum, & auri cum gossypio impostum, & bis terve in die renovatum.

Iam vero dolor, tinnitus, auditusque gravis, & omnia audiendi symptomata, ex iisdem sæpè causis procedunt. Dolor enim acerbissimus in phlegmone est, nec minus acerbus fit ex stautento spiritu circum membranas coercito, exitum quippe non reperiens, vehementer illas distendit divellitque ab osse. Discernitur autem quod neque in hoc ardor neque gravitas, sed sola inest distentio cum tinnitu aut strepitu valido. At multo tenuior dolor existit, quem frigidus crassusque humor intima auri impactus ciet. Hic etiam citra ardorem, citra gravitatem atque distentionem alie fixus est, causasque manifestas habet

redun-

redundantis pituitæ supervacuæ. [Fernelius.*Dolor aurium.*

CAP. XLVIII.

§. 1. In *doloribus* aurium nicotianæ folia, sive vitentia, sive siccata, sed iterum humectata, mirifice profunt.

Sibilus, tinnitus, sonitus, strepitus omnisque depravata auditio, ex motu & agitatione eorum nascitur que intimam aurem occupant. Hæc ut varia sunt & variè impelluntur, ita & varios sonitus edunt. Sibilus ex flatu tenui exiliter elabente: tinnitus ex illius cursu interrupto: sonitus ex crassiore plenius erumpente: strepitus ex impulsu valido: fluctuatio ex humoris jactatione. Horum verò nihil obauditur si causa interior quacumque ea sit, conquiescat. Quum ulcus ab inflammatione vel abscessu, multo pure manavit, nisi id probe coalescat, perpetuum sonitum aut strepitum relinquit. Nam licet flatus nullus præternaturam subsit, spiritus tamen per arterius impulsus impetu laesum auditum offendit. [Fernelius,

Soni aurium.

CAP. XLIX.

§. 1. Auribus quoquo modo sonantibus conveniunt, præmissis universalibus, si opus, sternutatoria, adde purgandam, à cerebro pituitam.

§. 2. Deinde, vel protinus, hoc fomentum. ℞. Apſinthij aut verbenæ manipulum. Incoque vaccino lacti, & vaporem decocti ferventis in aurem aliquamdiu suscipe per tritorium, quod hinc orificio ollæ, hinc auris meatui respondeat. Deinde auri absterge & purgare indatur gossypium moschi odore fragans. Moschus enim amicus capiti est. Mulieribus tamen, nisi afluētis, non convenit.

§. 3. Egregie etiam digerit panis è clibano ca-

lens &, inferiore crusta ablata, intinctus in bono vini spiritu, & sic applicatus auri, ut & vaporem hæc suscipere queat, & tamen non amburatur. Hoc autem cavetur opposito crassiore ex liñteis circulo. In hoc autem continuare, dum cedat malum, oportet.

§. 4. Si non cedit, olei ex amygdalis amaris duæ tresve guttæ in autem instillantur, & post temporis aliquid emittantur.

§. 5. Si neque hoc sufficit, descendat patiens in balneum, & inter sudandum auri imponat ex raphani radice turundam, ad hoc factam & diebus aliquot in spiritu vini præmaceratam.

§. 6. Si neque sic solvitur, eadem turunda in oleo feniculi maceretur, atque in balneo similiter auri immittatur.

§. 7. Eidem denique oleum carci instilletur, & simul hoc juxta autem illinatur. Ab oleo juniperi vero cavendum.

Quinetiam citra ullam auris offensionem Obauditio, id est depravata auditio, interdum capitis consensu accidit, Quæ hujus est generis, non ut superior in solam aurem impingit, sed per omnes capitis arterias effundi percipitur. Talis ferè existit per summum febrium ardorem, nec non sine febre, quum è subditis visceribus calida copiosa que exspiratio in caput effertur. Et enim tum hac tum statuoso spiritu distenta arteria vehementius pulsant, multumque calidi spiritus in cerebrum & aures effundunt: ab his verò audiendi sensus alioqui sanus, perturbata atque confusa obaudit: quemadmodum & oculus aliena multa cernit in ea suffusione qua ventriculi consorcio fit. Hac multos novi graviter torqueri, atque tum maxime quum impuris essent visceribus.

Gravis

Gravis porro Auditio atque Surditas sola magnitudine distant. Fiunt autem vel cerebro vel primo audiendi organo vel auri anfractu aut laeso aut impedito. Causa que cerebrum aut primum audiendi organum occupat, vel intemperies est simplex vel humoris vitium. Ex bile surditatem inferri prodidit Hippocrates. Quibus, inquit, dejectiones biliosa exeeunt, ea surditate superveniente sistuntur. & quibus surditas adest, biliosorum dejectione finitur. A phlegmone præterea, ab abscessu & ab ulcere illam insuperiora demonstrant. Ab humore quoque frigido, crasso & pituoso penitus impacto & conquiscente crebrior eidem origo est. Hic enim omnium maxime sensus omnes eorumque functiones consopire solet. Has vero non aliter quam dotoris causas, nec aliis oportet signis distinguere. Impedimenta auri appellantur quæcunque illius anfractum obstruunt, pus, concretæ fordes, turberculum carnosum, callus, scirrhus & quæcunque incidentia tenacius inhaerescunt. Gravis auditio atque surditas, qua jam ab ipso oriu & à prima natali die contracta sit, ab his minime causis, sed à conformationis vitio proficisciunt, quo vel audiendi instrumentum deest, vel certe figuram vitiosam obtinet. Sic quidam senator ex conjugæ sana liberos omnes suscipit surdos atque mutos, cujus rei causa imprimis cæca & obscura censetur. [Fernelius.

Obauditio & surditas.

CAP. L.

§. 1. Ad obauditioem & surditatem valent pinguedo anguillæ, & talpæ: & serpentis: oleum amygdalorum amatorum: succus vel raphani, vel ex cepa, spiritu vini ante imbuta ac sub cineribus cocta, expressus.

§. 2. Oleum cepa. Cepam magnam rubram me-

dio cavatam reple oleo rutæ, cum pulveris cyperii, baccarum lauri, anisi, cumini ana drachma, & castorei drachma semis. Bulliat super prunis ardentibus. Exprimatur, & servetur succus in phiala. Ex hoc guttas aliquot in aures instilla mane & vesperi, ac mox occlude gossypio moscharo.

§. 3. In furditate adventitia, præmissis universalibus, mirabiliter operatur essentia fellis humani cum spiritu vini extracta, & ea, quam proposui, ratione cum turunda ex raphano inter sudandum imposita. Essentia hæc diu durat.

§. 4. Præ qua tamen singulari proprietate præstat *fel perdicum*, si cum oleo succini albi pari quantitate mixtum in aures instilletur. Sufficiunt duæ quatuorve summum guttæ: sæpius tamen immitenda.

Parotis inflammatio est in iiscepotissimum glandibus erumpens, quæ pone aures & ad earum radices consistunt. Hæc notas omnes phlegmones habet, tumorem, ruborem, calorem, pulsantemque dolorem, nisi (ut interdum fit) œdematis sit particeps. Oritur ferè capite, humoribus calidis eo confluentibus: alias sine febre, alias in acuta febre, in qua præsertim caput vel delirio, vel dolore, vel gravitate torquebatur. [Fernelius.

Parotis.

CAP. LI.

§. 1. Parotidem juvat oleum fœtidum guajacii vel tartari.

§. 2. Si suppuratur, abscessu rupto, sæpe ulcumentæ tum aqua eluatur, tum pulvere obducatur, atque emplastro diasulphuris similive convenienti foveatur.

Nares expurgando cerebro destinata, eorum quæ præter-

præterlabuntur acrimonia sæpe exulcerantur deinde etiam ab ictu, à casu, à vulnere, ab alijsque causis evidentibus. Narium ulcus neque dolore neque acrimonia conspicuum, ac proinde diu sæpè latet incomprehensum, dum planè sordescat exedatque ossa tenella. At vero quum recens est hinc noscitur, quod sanguinis nonnihil frequenter eructet, maximè quum attingitur aut irritatur: quodque nares hoc sæpè mædeant: atque si finiur crustula sicca eaque nigra obducitur, quæ emunctionis impetu nonnunquam procidit. Vetusius ac jam puridum ulcus Ozæna appellatur, è quo crustula sordidior atque etiam graveolens mucus excidit. Laborans ipse tum sibi graveolet tum vicinis tetri spiritus contagione molestus est. Sæpè illic ulcera diuturna serpunt, quæ vel narium alas, vel earum interstitium, vel alia ejus loci tenella ossa exedunt atque putrefaciunt magna deformitate, exesumque palatum sæpè perforant: idque maximè si vel carcinomatis speciem habent, vel è fœda lue venerea, quod creberrimum est, contracta sunt. [Fernelius.

NARIVM AFFECTVS.

CAP. LII.

§. 1. Ozænæ, ut & reliquis narium ulceribus, præmissis universalibus, mundificantiâ primum necessaria, deinde consolidantiâ.

§. 2. Mundificat egregie aqua aluminis, in arena ex cucurbita terrea sine spiritibus per alembicum distillata.

§. 3. Efficacior est aqua plantaginis, in qua dissolutum est aliquid mercuri dulcis.

§. 4. Præstantior est aqua viridis Plateri. ℞. Æruginis drachmam. Auripigmenti sesquidrachmam. Tere subtilissime, coque in vini albi unc. qua-

tuor ad consumptionem dimidij. Vbi refrixerint, adde aquæ rosarum & solani ana uncias duas.

§. 5. Hac iterum præstantior est *aqua viridis* Hartmanni. ℞. Mellis rosacei drach. duas. Sulphuris vivi, aluminis crudi, ana unciam. Albi græci, comarum sabinæ, ana drach. semis. Flor. sambuci drachmam. Fol. hyperici, plantaginis, pulegij, torismarini, rutæ, ana manip. semis. Coque in vini & aquæ libris duabus ad consumptionem transversi digiti. Coctis infunde æruginis unciam, & relinque, donec refrixerint. Tum cola, & serva usui. Convenit non tantum ozænæ, sed & omnibus narium, palati, uvulæ, linguæ ulceribus, ut & puerorum aphthis. Quum vis uti, ejus aliquid in cochleari calefac super candelam, tum intinge penicillum, eoque locum exulceratum attinge. Mirabiliter non tantum mundificat, sed & consolidat.

§. 6. *Consolidant*, præter hanc aquam, *trochisci* Rondeletij. ℞. Laudani puri, hypocythidis, mastiches, myrrhæ, ana drach. tres. Styracis calamitæ, corticum thuris, sandarachæ, auripigmenti rubri, ana drach. duas: Rondeletius habet tres: quod non probo. Pulverentur, & excipiantur terebinthina, fiantque trochisci. Quorum uno prunis imposito nares suffiantur in cubiculo, mane & sero. Eadem si excipiantur cera rubra, & in *candelas* formentur, utiliter etiam suffiuntur, propter cinnabarim, cum qua cera conficitur.

§. 7. Nobile & hoc *decoctum* est ℞. Myrrhæ & olibani ana sesquidrachmam. Coque in vini & aceti ana libris duabus. In hoc petiæ ex syndone aliquoties madefiant & calidæ applicentur.

Erysipelas

Erysipelas narium.

CAP. LIII.

§. 1. *Erysipelas narium*, instar cujusvis alterius restingui vulgo solet.

§. 2. *Specificum* est menstruum virginis, si dissolutum in aceto rosaceo distillato, & petiis rubris exceptum calide applicetur: præsertim, si simul sudores moveantur.

Carcinoma narium.

CAP. LIV.

§. 1. *Carcinomata narium*, quæ intelligimus; exulcerata sunt. Quæ enim sine dolore & ulcere sunt, ne tangi quidem debent. Ista vero curantur, ut quæ in aliis sunt locis. Mirifice tamen hic valet *Aqua arsenici*. ℞. Arsenici, albi, nitri pueri, ana q. s. Figantur invicem in tigillo igne rotæ, ita ut in fine omnia fluant. Cave à fumo: ideoque, ut tutior sis, operatio hæc sub dio fiat. Vbi omnia refrixerint, arsenicum erit candidissimum. Hæc autem operatio secunda & tertia vice cum pari quantitate nitri repetatur. Ex hoc arsenico per deliquium in loco humido fiat oleum. Hujus tantum in aqua plantaginis vel persicariæ dissolvatur, ut mixtura ad ipsius linguæ gustum tolerari possit.

Crescentibus ulceribus neglectis caro plerumque excrescit, quæ Sarcoma nuncupatur. Ea quum longitudine ita excreverit, ut jam è nare foras propendeat, aut in fauces relabatur, polypus est. Vtrumque virium narem obstruit, & spiritui viam intercludit, dum præsertim in letius affectum decumbitur, loquelam offendit & obscurat. Atque hæc symptomata gravedini quodammodo similia nisi quod admodum diu permanent, nec errhinis tolluntur, quodque ulceris signa jam diu ansecesserunt. [Fernelius.]

Polypus.

CAP. LV.

§. I. Polypo, præter vulgaria, præsentissimum, præmissis præmittendis, auxilium præstat hoc unguentum. ℞. Pinguedinis anseris q. pl. Fol. malvæ, rad. althææ q. s. Coque simul, & exprime per lincum, & fac unguentum. Vel ℞. Butyri recentis pinguedinis capi, olei oliyarum, ana q. v. Ceræ q. s. M. f. unguentum. Alterutrius horum semunciæ immisce mercatij præcipitati vel vitæ, aut arcani corallini à granis quinque ad scrupulum, summum. Hoc inungantur turundæ ex radice gentianæ factæ, & indantur naribus, si nondum totæ sint occupatæ: si sunt, tantum polypus, qui propendet, eo inungatur aliquoties, & tamdiu, donec totus consumtus fuerit.

Fætor Narium.

CAP. LVI.

§. I. Fætor narium assiduus difficulter curatur. Fit enim ex abscessu vel putredine ossis ethmoidis.

Iam verò odoratus symptomata sunt, fætor assiduus, odorandi imminutio vel abolitio. Fætor ex his duntaxat paribus eructatur, quæ circa nares & os ethmoides sunt: nam quæ in ipso olfaciendi sensu, vel propè hunc intra meninges purescunt: sensum ipsum haudquaquam feriunt, nec ea laborans, sed quivis assidens deprehendit. Vt enim quippiam odoratum feriat, necesse est ex eo vaporem quodam intervallo in eum sensum & in priores cerebri ventriculos efferri. Odoratus quoque perit aut imminuitur impedito narium ethmoidisque ossis meatu, quo spiritus ac odor duci solet. Idque vel sarcomate, vel polypo, vel phlegmone, vel gravedine. At si horum nulla signa comparent, offensionis causa, vel ad priores cerebri ventriculos, vel ad eas propagines in quibus est odoratus.

vandi sensus, referri debet: in his vel intemperies, vel humorum copia, vel corruptela, sensum ejusdem spiritus contaminat. Circum eas sedes abscessus interdum sunt nulla febre, minimo dolore, è quibus ruptis animadverti potest syncerum per nares affatum profluere perinde atque è purulentiis auribus idque nullo incommodo valetudinis. Sed & in quodam milite qui resinis erat naribus ex fœdiore quadam eluvie diutius cobibita, vermes duo villosi instar digiti illic geniti inventique sunt, qui tandem in furorem illum adegerunt, febreque non admodum manifesta de medio sustulerunt die circiter vigesimo.

Odoratus abolitus.

CAP. LVII.

§. I. Odoratus restituendo, præmissis universalibus, specificum est extractum majoranæ, si singulis diebus mane & vespere sumitur ad scrupulum semis vel integrum. Valet etiam sal majoranæ bene purgatus, & per se aut cum extracto ejus ad grana sex vel octo sæpius in vino sumptus. Itemque balsamum ejus vel oleum, si ad gr. duo vel quatuor quandoque sumitur. Hæc penitus morbum tollunt.

§. 2. Valent etiam sternutamenta: præsertim cum vitium est in obstructione ossis ethmoidis.

Gravedo autem frigida pituitosaque est destillatio in os ethmoides ejusque membranas incidens, è partibus quæ circum cerebrum aut è ventriculis ejus effusa. Ea caput ingravescit, respiratio difficilior evadit, nec nisi hiante ore anima duci potest, vox non ut ante sonora, nonnihil liquoris profluit è nare, principio tenuis, deinde crassiusculi. Fit interdum etiam gravedo superiore multo gravior à pituita, quæ

vel *salſugine* vel aliorum humorum permiſſione calida & acris evaſerit: ea nares non ſolum tumefacit, ſed etiam ardore exulcerat.

Coryza.

CAP. LVIII.

§. 1. De *coryza* vide ſis, ubi de catarrho, cap. xxi.

§. 2. Etiam heic gummi anime, vel oleum ejus valet, ſi quid prunæ imponitur, eoque nares ſuſſiuntur.

§. 3. Tabacum quoque guttis aliquot olei aniſi conſpergatur, & eſt fiſtula, more communi, ſumatur.

E naribus porro ſanguis erumpit, *aperta, rupta vel exefa vena eo deſinente. Eam quidem aperit ſanguinis tenuitas vel exuperantia: rumpit vulnus, contuſio ex ictu aut ex violenta quavis evidente cauſa: excedit ſanguinis vel cujuſvis humoris acrimonia. Vene in nares, non ex intimis cerebri, ſed ex oris palatiquæ ſedibus excurrunt, ſatis quidem detectæ ac paulula, ut quaſi emiſſarium ſint ſupervacui ſanguinis expellendi: quemadmodum & hæmorrhoides, & que in vieri cervicem pertinent. Ex his ſiquidem omnibus, alias natura beneficio, alias præter naturam ſanguis emanat.*

Hæmorrhagia narium.

CAP. LIX.

§. 1. Sanguinem e naribus proliciunt, ſed inefficacius, ſtamulæ ſuccus & millefolij pulvis: efficacius autem, ex hoc recens expreſſus ſuccus. Si utendum dabis, ſimul facia, collo circumdata, venas jubere jugulares conſtringere.

§. 2. Ninium *fluentem* vero ſi ſiſtere liber, ſubmitte in nares fumum e pilis albis, qui lepori ſub

ventre

ventre vel in extrema cauda naſcuntur, & *xenia* Paracelſo dicuntur. Vel leporis, & menſe martio capti, & totus in clibanum cum pane miſſi, pulvis in nares inſertur.

§. 3. Idem poteſt buſonis ſiccati pulvis ſi naribus vel inſatur vel cum turunda inditur. Idem facit buſo ſiccatus & axillis ſuppoſitus.

§. 4. Siſtant quoque flores bellidis minoris, ſi eos manu patiens aliquandiu detineat.

§. 5. Idem faciunt melanſi ſtipites admoti, vel geſtati.

§. 6. Laudanum opiatum vel intro ſumtum, vel ex eo pilula naribus intruſa.

§. 7. Ex argento lamella vel nummus thalerus puta, ſi inter cilia applicetur, & facia artiffime alligetur, exemplo juvat.

§. 8. Quibus adſituo *extractum croci maris*. ℞. Limaturæ martis uni uncia affundantur paulatim & ſucceſſive quatuor ad octo aquæ fortis. Digerantur per noctem in cineribus vel arena, iterumque per alembicum aqua fortis abſtrahatur ad ſiccitatem. Pulveri, qui reſtat, affundatur ſpiritus vini ad duos digitos, & digeratur, donec totum rubefcat. Denique a facibus decantetur, & in B. vel cineribus uſque ad oleitatem deſtilletur.

Hæmorrhagia critica.

CAP. LX.

§. 1. Hæmorrhagia *narium critica*, niſi copia vires proſternat, ſinenda eſt; nimia vero tempeſtively ſuccurrendum. Sanguis ergo avertatur *ſella* externa brachij *vena*. Mittatur autem pro vinum robore: non tamen multus, nec ſimul omnis: ſed iteratis vicibus, hora inter eas intermiſſa. *Cucurbite* magna etiam hypochondriis & interſcapulio applicentur.

§. 2. Omnia patiens acria & calida vitet. Vinum bibat granatorum cum aqua chalybeata dilutum. Sumat sæpius rob ribium, aut conditum eorundem. Sirupis utatur refrigerantibus, ut è corallis Quercetani, dilutis cum aqua cichorei, endiviæ, portulacæ, nymphææ, addita drachma vel altera salis prunellæ.

§. 3. Utilliter etiam sumitur aqua à typhis cervorum, aut terra sigillata vel bolus armenia cum speciebus diatrium fantalorum, in forma aut, aquæ cardiacæ cum confectioe hyacinthorum, aut boli cum conserva.

§. 4. *Epithema* item applicetur hepatis ex aqua endiviæ, cichorei, rosarum, nymphææ, cum floribus rosarum rubrarum, santalo, camphora, semine portulacæ, oxalidis, cichorei, & pauco aceto.

§. 5. Postridie vero statim purgetur infuso rhabarbari cum sirupo rosarum solutivo aut è cichoreo cum rheo.

§. 6. Fronti quoque & temporibus adhibeantur adstringentia & refrigerentia. Fiat inprimis cataplasma ex bolo armenia aut sanguine draconis cum albumine ovi.

§. 7. Aut in utramque nares indatur pilula ex laudano, & occludantur nares. Eodem modo steruus asininum aut suillum aceto rosaceo dissolutum & naribus immissum prodest. Quin compertum est, illud solo sæpe odoratu hæmorrhagiam stitisse, si aquæ rosarum & camphoræ mixtum ac sacculo inclusum offerretur.

§. 7. Ad collum, qua venæ jugulares ascendunt, applicentur lintea intincta in aqua sperniolæ, in qua parum camphoræ & sacchari saturni solutum sit.

§. 8. Ea-

§. 8. Eadem aqua utiliter adhibetur ad *epithema* hepatis & testium. Quæ sunt ex linteis aceto rosaceo imbutis, in quo compositum sperniolæ dissolutum est. Quin expedit eadem aqua faciem & nares lavare. coagulat enim sanguinem. Ideoque in hæmorrhagiis quibusvis. vulnerum applicari cum linteis utilissime potest. Vide notas ad Crollium.

Cutis qua faciei obtenditur, quoniam subiecta carnis portio quadam est siccior, vitia contrahit cæteris partibus insueta. Eiusmodi in primis sunt ardentes pustulæ, quæ tum in naso tum in reliqua facie magna fœditate extuberant. Causa est tenuis biliosusque sanguis immodicè aucltus, aut consueta ejus vacuatio suppressa: tum quippe in eas sedes irrumpit impetumque facit. Accedit etiam cuius rara atque tenella, qua eo humore sub epidermide coërcito promptè imbuitur. Hujus quoque ordinis est rubor faciei universus præter modum sine pustulis estorefcens: qui si perpetuus est atque constans, fervidior sanguine cutis imbuita est: sin ex intervallis recurrit, solus vapor eo sublatus in causa est aut tenuis humor nondum impactus. Huc etiam pertinent cirinus, lividus, albicans aut aliter fœdatus color, & cutis scabrities: quales icterus, leucophlegmatias, omnèque cachexia genus proferre solet: omnes quippe ex humorum vitio, ex corporis ac viscerum impuritate ducunt originem, ut posthac plenius disferetur. At varus, tumor est durus & exiguus ex frigido crassoque humore quasi in callum concretus. Lentigo subnigra aut verè fulva faciei macula est, lentem magnitudine coloreque referens. Suggillata nigritia quædam sunt ex concussione ictuque vehemèti derelicta, quemadmodum & vibices. Eiusmodi deformitatum ingens est numerus, qua quoniam corporis functionibus

I 3

haudquaquam obsunt, non inter morbos sed quod omnino prater naturam sint, inter Symptomata recenseri debent,

FACIEI VITIA.

Rubor faciei.

CAP. LXI.

§. 1. Ruborem *faciei* curaturus respicere potissimum ad hepar debet, quoniam ex ejus intemperie provenire isti insoliti rubores solent. Itaque, praemis universalibus, cichorij totius infusio aliquandiu usurpata hepar corrigit. Idem faciunt radices aliar, ut lapathi acuti.

§. 2. Postea descendatur ad *localia*. ℞. Mastiches, thuris albi, camphoræ, ana q. s. Solve in spiritu vini, & faciem eo mane ac vespere ablue per mensibus scarificetur auricula semel aut bis. Sic quoque tota facies illinatur unguento è cerussa camphorato, & abluatur lixivio ex cineribus caulium brassicæ. Sic enim tandem perit rubor. Ejusmodi plura sunt in Weckeri antidotatio.

Pustulae.

CAP. LXII.

§. Pustulis *faciei* eadem valent. Sed praestantius est *menstruum*, sive virginis, sive mulieris juvenculæ boni habitus, in aqua calida solutum. Quo si per aliquot dies sibi cubitum eunti totam quis faciem lavet, & exsiccari sponte sinat, pustulae cadunt &, nova succrescente cuticula, rubor perit.

§. 2. In pustulis & morphæa totius faciei radicatus extirpandis mirifice valet *oleum bufonum*, propter signaturam macularum in ipsis. ℞. Bufones vivos tres vel quatuor. Coque in olei olivarum libris duabus per horam: coctum deinde cola, atque ului

ului serva. Hoc oleo faciem singulis & aliquot diebus line, & cadent pustulae, morphæaque sanabitur. Valet hoc oleum praecunctis aliis, ideoque per alia quum nihil proficimus, ad aliud accedendum.

Vari.

CAP. LXIII.

§. 1. Vatis *faciei* nihil conducibilius oleo baccarum lauri sapius illito.

Suggillatio.

CAP. LXIV.

§. 1. Suggillationibus applicata recens caro bubula prodest.

§. 2. Sic & charta illa emporctica crassior, si sperto madefacta imponatur, intra horas aliquot sanat.

Lentigo, impetigo, lichen.

CAP. LXV.

§. Lentigines feliciter curantur, si oleo caræ oleum tartari per deliquium pari pondere misceatur, & hoc illæ illinantur.

§. 2. Eodem modo *impetigines*, & *lichenes*, ac *maculae volaticae* curantur.

Verruca.

CAP. LXVI.

§. 1. Verrucæ tolluntur è facie eodem profus modo, quo à toto corpore.

Cynicus spasmus oris est distentio seu convulsio, qua id omnino pervertitur. Conspicuum quidem malum si grave est atque consummatum, leve autem non nisi quum loquendum ridendumve est, detegitur: cum siquidem oris labra nolenti contorquentur. Similem deformitatem inurit laborum paralysis, hoc tamen discrimine, quod si paralysis est, labrum in sanam partem contorquetur, si spasmus in affectam. Qua

horum efficiens sint causæ ex iis quæ supra de paralyfi atque convulsione prodita sunt intelligitar. Huc pertinent & laborum fissura, quæ ventriculi viscerumque constitutioni prava succedunt.

Spasmus cynicus.

CAP. LXVII.

§. Spasmi cynici ratio eadem, quæ convulsionis in communi.

Paralyfis labiorum.

CAP. LXVIII.

§. 1. Paralyfis labiorum curatur copse modo, quo aliarum partium, de qua jam vidimus cap. XII.

Fissura labiorum.

CAP. LXIX.

§. 1. Fissuræ labiorum curantur cito, si illinantur pinguedine, quæ ex cochlearibus ligneis, quibus in culina utimur ad ignem.

Dentes varie affici solent: modo enim aut exerti aut longiores prominent, modo atteruntur aut mandendo aut externarum causarum vj. Stupefcunt frigidioris humoris influxu, & acerborum crudorumque fructuum esu. Nigrescunt & fædo lentore obducuntur detergendi incuria, dulcium & calidorum usu, expiratione cruditatis & crapula, humorum vitio propter viscerum maximeque lientis impuritatem, à quartana relicta, atque hydrargyri illitu Vacillat mobilisque sunt externa vi concussi, & quum eorum radix multo humore madet laxiorque fit alveolus. Dolore constriantur gravissimo, idque serè ob destillationem alias tenuem alias frigidam. quæ vel in maxilla membranam, vel in dentium nervum, vel etiam in corpus decumbit. Ruit autem destillatio è capitis vertice per tempora in maxillam aut superiorem

aut

in inferiorem: & si quis dens exesus est in quem jam via pateat, in eum maxime fluxio insilit. Tenuis porro an frigida destillatio sit ex suprâ commemoratis signis internoscendum: & quod frigida malarum tumor sæpe comes est, tenuis raro: hucusque dolor acerbior, illius verò miior. Crebra sæpeque recurrens destillatio dentes excavat, exedit, putrefacitque, ac nonnunquam ab alveolis exturbat. [Fernelius.

ORIS AFFECTVS.

Stupor dentium.

CAP. LXX.

§. 1. Stupor dentium tollitur, si fricentur sale, vel manducetur frustum panni lanci aut pilei.

Nigror dentium.

CAP. LXXI.

§. 1. Nigror dentium præcavetur vitatione aceti & ciborum admodum calidorum, Tum & purgando dentes sæpius ab adnatis tartari impuritatibus, & colluendo os à sumpto cibo vel aqua salsa vel vino.

§. 2. Qui jam adest nigror, aliufve color fædus, detergi hoc lavamento potest. In aqua fontana dilue spiritus vitrioli vel aluminis q. s. ad gratum acorem. In hoc laciniam intinge, eaque dentes ablue diligenter, mane ac vespere: ac mox vel magisterio corallorum frica, vel hoc pulvere. ℥. Mandibularum lucij piscis, coralli albi, cornu cervi usti, aluminis calcinati, rad. iridis florentinæ, ana drach. semis. Salis gemmæ drachmam. M. f. pulvis.

§. 3. Qui ex esu cerasorum vel myrtilorum dentibus & linguæ obhæret nigror, extemplo tollitur sulfitu sulphuratorum, quibus utimur ad accendendum candelas. Sed cavendum, ne pectus subeat fumus.

§. 1. Mobiliras dentium aufertur hoc specifico.

℞. Glandium drachmam. Gallarum, aluminis, acaciae, ana semidrachmam. Rosarum rubrarum manipul. semis. Coque ex vini rubri libris duabus ad casum unius pollicis: tum cola. Hoc decocto si quotquot diebus saepe dentes eluuntur, rursus & firman-
tur & firmi conservantur.

Odontalgia.

§. 1. Odontalgiam, undecunque ortam, specifica proprietate tollit radix lapathi acuti, si colligitur vere antequam germinet, & siccata denti, qui dolet, applicatur. Similiter lappae majoris radix subito dolorem aufert, humorem superfluum extrahendo.

§. 2. Si à *distillatione* dolores fiunt, *decoctum* radicis urticae majoris, cum tantillo nucis moschatae rasa & croci, ex spiritus vini & aceti pari mensura paratum, & calidum ore detentum, humores illapso mirabiliter extrahit. Initio quidem auxerit dolor videtur. sed paulo post mitigatur & desinit.

§. 3. Idem praestat decoctum vel guajaci ex vino & aqua, vel serpylli.

§. 4. Si, qui dolent, dentes *cavi* sunt, praestans est oleum caryophyllorum, in cuius drachma solutus est camphorae semisrupulus. Hujus si tantillum in gossypio, praesertim moschato, denti vel imponitur, vel apponitur, omnem dolorem aufert.

§. 5. Quod facit etiam ex laudano opiato pilula, si denti inditur.

§. 6. Confert quoque, si mala, quae ex adverso est,

est, linitur unguento alabastrino, cuius drachma habeat granum laudani. Vel imponatur ei emplastrum è mastiche & cera.

§. 7. Ceterum, quia dentium dolor plerumque fit à capitis defluxionibus, idcirco in curatione ipsius statim est ad ea accedendum, quae fluxionem inhibent. Temporibus ergo applicetur *emplastrum* è gummi elemi aut mastiche, bene prius calefactum.

§. 8. Inter scapulo imponatur *cucurbita* magna sine scarificatione.

§. 9. Hinc confugiendum ad ea, quae & influentem materiam repellant, & congestam evacuent. Hoc facit acetum, cui incocta est galla matura, si per horam praeter propter calide detineatur ore juxta dentem, qui dolet.

§. 10. A quo progressus ad *topica* fiat, quae proprietate anodyna dolorem tollant.

§. 11. Quod si dolor hisce non cedit, sed per aliquam intemperiem vel capitis vel totius corporis, aut copiam materiae ad caput, & inde ad dentes fluentis, est continuus, capiti simul providendum, tum evacuandis, tum alterantibus & confortantibus, tum etiam toti corpori.

§. 12. Inter *topica*, quibus vel solis saepe dolor omnino aufertur, praestat *laudanum opiatum*. cuius grana tria si cum spiritus vitrioli guttis duabus denti, qui dolet, applicentur, simulque ejus pilula assumatur, dolor sopitur; praesertim emplastro simul ad tempora, & si opus, cucurbitulis applicatis.

§. 13. Similis plane efficaciae est *oleum buxi*. ℞. Buxi serra rasi q. s. Reple eo tres partes retortae vitreae. Distilla è cineribus, igne primum levi, non fortiori, denique summo: & prodibunt liquor aqueus ac

oleum. Idem oleum rectius per descensum aut per vesicam distillatur. Hujus olei guttas tres exhibe cum vino, si affectus est à frigida defluxione, aut cum aceto, si à calida. Ager hoc ore contineat, & post tempus aliquod exspuat. Si dolor non cessat. repetatur vel sextum, ac tandem os abluat vino aut aceto, & sedabitur dolor.

§. 14. Valet etiam *pulvis gallarum*, si succo radicis pyrethri decies vel sæpius imbibitus & exsiccatas ac cum fermento mixtus formetur in parvos globulos. Quorum unus denti impositus doloti, vermiculos ipsorum necando atque fluxiones ad gingivas extrahendo, medetur dentisque firmitates reddit.

§. 15. Ultimatum in quovis acerrimo dolore per fugium est *vesicatorium* post aures & cervici applicatum.

§. 16. Maxillæ inungantur oleo amygdalorum dulcium &, si tumor appareat, applicetur simul emplastrum è meliloto.

§. 17. Si dolor ad apostema in ore tendat, fiat cataplasma ex assa ficu cum farina tritici. Abscessu aperto, mel rosaceum aqua plantaginis diluitur, coque os colluitur.

Caries dentium.

CAP. LXXIV.

§. 1. Cariem *dentium* sanat. *suffitus* seminis hyoscyami pertubulum aut tritotium ad dentem dolentem factus.

§. 2. Carioforum autem reliquæ evelluntur promptius, si quis apprehensos teneat digitis madefactis & consperitis pulvere lacerti aquatici exenterati & in clibano siccati. Lacertæ autem colligantur Aprili & Majo.

§. 3. Si dens cariosus alterius dentis è defuncti maxilla

maxilla evulsi radice sæpius attingitur, post aliquot dies hic frustulatum excidit.

Dentitio molesta.

CAP. LXXV.

§. 1. Dentitionem pueris promovet frequens maxillæ inunctio cum butyro recenti.

§. 2. Quod si non juvat, & dolor urget, sanguinem è crista galli recentem digito semel vel bis tumum illine gingivis, & ex facili prodeunt.

Epulis.

CAP. LXXVI.

§. 1. Epulis secetur forcipe, & secta gargarisetur myrrha & sale. Adi ad dogmaticos.

Gingivæ interdum præter modum luxuriant & excrescunt, adeo ut dentes propè integant, iis potissimum quibus molles & spongiosæ sunt, & qui locis aquosis humidioribusque ut nauta degunt. Flaccescunt & exeduntur humoris acrioris & falsi adhesis, & ulcusculis dentium radices detegentibus.

Eadem phlegmone manifesta tentantur parulide appellata ad dentium radicem intro forasve adeo prominente, ut etiam vicina partes distendantur, rubent, calceant ac dolent. In superiorem maxillam ea procumbere solet ex oculorum cantho majore: in inferiorem verò per tempora è venis eo desinentibus. Abscessus hinc sequitur, cuius pus non ad faciei cutem, sed ad dentium radices exili velamento tectas irrum pit.

Ulcus si male curatum est, caruncula extat & prominet epulis nuncupata. [Fernelius.

Laxitas & Putredo gingivarum.

CAP. LXXVII.

§. 1. His proprietate quadam *aquilegia* medetur. 2. Pulv. fol. aquilegiæ, salviæ, menthæ crispæ, nucis moschatæ ana unc. semis. Aluminis ulsi

unciam, Mellis purissimi unc. quatuor. Mel prin-
 uia levi coctione despumetur, deinde ei pulveres præ-
 scripti sensim inspergendo misceantur & seruentur
 usui. Quo gingivæ quotquot diebus bis illinantur.
 Quum vero cibus sumendus est, eluatur os aqua pru-
 nellæ vel vino, cui immaceratum est nasturtium aqua-
 ticum, præsertim in scorbuto.

§. 2. Idem facit decoctum summitatum rubi
 idæi.

§. 3. Mundificat autem egregie putrescentes gin-
 givas aqua illa viridis, quam proposui cap. 52. 5.

Parulis.

CAP. LXXVIII.

§. 1. Parulidi, si citra inflammationem est, con-
 ducit maxime gargarismus ex prunella, salvia, & na-
 sturtio aquatico.

§. 2. Si inflammatio accessit, colluatur aqua vel
 prunellæ, vel ex tabaco distillata, addito salis pru-
 nellæ quod satis.

§. 3. Exterius applicetur medulla panis tritici
 cum lacte cocta, non tamen discocta.

Maxilla autem inferior & convulsione & paralyfi
 interdum tenetur, crebrius verò destillatione, quæ
 in ejus articulum ad auricula radicem insuens, im-
 mobilem eam plerumque reddit, loci quidem dolore
 & tumore duro atque conspiciui. Ea serè externarum
 more derivatur & vertice capitis.] Fernelius.

Destillatio ad articulum maxillæ.

CAP. LXXIX.

§. 1. Catarrhos ad articulum maxillæ, præfer-
 tim jam ob illos immobilis, curat sacculus ex pul-
 vere tartari & salis communis, si calide applicetur.
 Ipsa vero immobilitas aufertur oleis rutæ & lumbri-
 corum, si flores chamæmeli in his ebullierint: vel
 hujus

hujus oleum prioribus additur, & locus affectus ca-
 lide inungitur.

Aphthæ porro ulcera sunt non admodum cava in
 quamvis partem oris serpentina. in palatum, in gingi-
 vas, in lingue latera in ejusque radicem. Ha in-
 fanibus familiares, sed adultis quoque illas effici ha-
 lius calidior è jecore & ex bilis fervore per œsopha-
 gum, aut etiam per caca spiracula exurgens: illas
 etiam interdum gignit piruina salsa profluens è capi-
 te. In febribus quidem hæ frequentes, nonnunquam
 & sine febre graves, quales sæpè mensibus suppressis
 observantur. Eas autem hic prætermitto, quas ve-
 nereæ lues & hydrargyri perunctio solet excitare.
 [Fernelius.

Aphthæ.

CAP. LXXX.

2. 1. Aphthas curat vinum decoctionis saturejæ,
 si sapius ea os colluitur.

§. 2. Est & veronicæ decoctum præstans: præ-
 sertim, si adjiciatur aliquid mellis rosacci.

§. 3. Si aphthæ contumaces sint, decoctis istis
 adde aliquid spir. vitrioli, & non resistent.

§. 4. In venereis omnem absolvunt nodum aqua
 viridis supra 52. 4-5. descriptæ, Inprimis si aqua per-
 ficaria, loco pluvix, sumatur: vel alteri simul folia
 perficariæ incoquantur.

§. 5. Hartmanni aqua viridi si uti in puerorum
 aphthis voles, prius eam tempera aquis tabaci & so-
 lani pari quantitate.

In ea oris parte molli & laxa que sub lingua est, &
 cui ea incubat, atque quasi vinculo alligatur, tumor
 colligitur batrachus appellatus, qui interdum phle-
 gmones, sapius œdematis mollis & laxi speciem exhi-
 bet, è quo aperto mucus profilit ovi candido persimi-
 lis, [Fernelius.

Affectus.

Ranula.

CAP. LXXXI.

§. 1. Ranula, sub initium præsertim, curat secta vena sub lingua. Quidam nuchæ ranam vivam applicant: non tamen semper respondet effectus.

Lingua verò tota interdum stupore vel paralyti tenetur, iis nervis prorsus impediis, qui à septima cerebri conjugatione propè spinalis medulle initium derivantur. Interdum altera duntaxat ejus pars dimidia, dextra sinistrave resolvitur, circa ullam gustus offensionem. Quum tota prehenditur, gravis apoplexiæ metus impendet: quanquam non raro animadvertit diurnam linguæ paralytim nulla consequuta apoplexia. Ex consummata paralyti omnes obumescunt: ab ortu quoque nonnulli muri permanent, idque naturæ conformantis vitio. Visus est etiam cui leniore ex causa biduum iriduumve loquela adimeretur, moxque repente & inopinatio redderetur, & qui sapiens ex intervallis & circuitibus modo loqueretur, modo mutesceret integrè sano corpore. [Fernelius:

Paralytis linguæ.

CAP. LXXXII.

§. 1. Paralytis linguæ, præmissa universali cura, curatur frictione linguæ cum semine erucæ & theriacæ: vel oleo anisi, si apici linguæ instillatur. Præter quæ balsamus vel oleum caryophyllorum cum spiritu ceraforum nigrotum, loquelam amissam ad miraculum usque restituit.

Aphonia.

CAP. LXXXIII.

§. 1. Aphonia in genere curatur uti paralytis. In specie autem, præmissa capitis purgatione, convenit

convenit aqua liliorum convallium, vel antapoplectica ex floribus lilii convallium, & lavendula: de qua vide cap. xi. 8.

§. 2. Quod si alterutrius unciis tribus vel quatuor omnis unius turturis sanguis misceatur, & hac mixtura os colluatur, sive ea potius super lingua teneatur, feliciter succedet vocis restitutio.

§. 3. Vbi tamen semper ad causas respiciendum, ut, pro earum varietate, etiam medicamenta varient, & præmissis universalibus, localia tum loco affecto, tum nuchæ & collo necessaria applicantur. Quæ à Practicis perantur.

Bæti atque balbi sermonem non articulatè explicant aut linguæ brevitate, aut crassitie nimia, aut alio naturali vitio conformationis: nonnunquam & affluentis humoris copia modo ex humidioribus cerebro, modo ex ebrietate: nonnunquam immodica siccitate

Balbuties.

CAP. LXXXIV.

§. 1. Balbuties difficulter tollitur.

Gustus autem perit aut imminuitur nervis mollioribus, qui à tertia cerebri conjugatione exeunt per frigens aut quadamtenus obstructis, aut certè ea cerebri parte affecta unde illi originem habent. Depravatus verò gustus qui absurdi alienique saporis perceptio est, accidit quum vel linguæ corpus, vel quæ ipsum vestit membrana vitioso atque terro humore imbuitur, qui vel solus, vel liquore eorum qui bibuntur edunturve dilutus, in linguæ corpus mollesque nervos penetrat, suisque vitis eos perfundit: nunquam vel salis, vel amarus, vel acidus, vel aliter absurdus sapor gustu percipitur, tanquam à cibo potuque esset inductus. Is autem humor atque vapor sæpè ex inferis sedibus elatus, œsophagum linguam-

que proluit, nonnunquam & è cerebro defluit

Gustus vitia.

CAP. LXXXV.

§. 1. Gustus si amarus est, corrigitur aut esu radicis cichorii conditæ, ejusve salis, aut affrictus radicis zedoariæ vel gentianæ.

§. 2. Si abolitus est vel imminutus gustus, primum tundatur vena sub lingua.

§. 3. Deinde utatur hoc *gargarismate*. R. Herbarum malvæ hortensis manip. Flor. rolarum, herb. prunelle, veronicæ, salviæ, ana manip. semis. Rad. polypodii querni drach. duas. Coque ex aquæ puræ libris quatuor & aceti vini uncis sex ad casum transversæ pollicis. Cola cum levi expressione.

§. 4. Fiat quoque talis *mixtura*. R. Spir. vitrioli drachm. semis. Spiritus vini unc. duas. Mellis unciam. M. f. instat linimenti. Hoc linimento, post adhibitum gargarisimum, illinatur lingua, & imminutus gustus paulo post redibit.

Tonsillæ sæpe tument imbutæ destillatione frigida: ac tum quidem sub maxilla tumor tactu visûque intus animadvertitur, hicque ceu frustulum quoddam faucibus inherescens mole sua premii, obstatque ne cibus, potus & saliva facile exorentur idque sine siti sine ardore. Sed & interdum inflammatio tonsillas exercet, quæ partis nomen etiam sortitur. Hæc tumoris notas præ se fert, præterea vero dolorem, ruborem, ardorem atque sitim. Concocta materia interna cuticula facile dirumpitur, abscessuque facto pus in os & in fauces emanat. Hinc ulcus sequitur sordidum ex quo graueolens sit exspiratio. Oriitur ejusmodi ulcus frequenter citra phlegmonem ex humore salso vel acri, qui molles, humidus, calidusque tonsillas prorsus excidit: nonnunquam & ex contagionis labe incipien-
ti lni

ti lni venerea familiare est. [Fernelius.

Tonsillarum tumor.

CAP. LXXXVI.

§. 1. Tumori *tonsillarum* ex causa frigida conveniunt, saltem extus, *inunctiones* ex oleo amygdalorum dulcium, cujus uncia sit olei ceræ scrupulus immixtus: intus vero *gargarismi* ex pipere longo in aqua communi decocto.

Tonsillarum inflammatio.

CAP. LXXXVII.

§. 1. Inflammationi *tonsillarum* medetur *gargarisma*, quod exhibui cap. lxxxv. 3.

§. 2. Inunctio olei amygdalorum dulcium per se, sine oleo ceræ.

§. 3. *Cataplasma* ex mica panis triticeæ cum melle, cito inflammationes sistit.

§. 4. His omnibus prævalet menstruum acetosi dissolutum, aut raphani sylvestris folia foris applicata.

Tonsillarum abscessus.

CAP. LXXXVIII.

§. 1. Abscessum *tonsillarum* mundificat & consolidat, *gargarisma*, quod proposui cap. lxxxv. 3. præsertim si reliquis adjiciantur folia plantaginis. Ita enim ipsius usus in ulceribus internis maxime utilis est.

§. 2. In sordidis vero recurrendum est ad mundificationem potentiolem, qualis expectanda est ab aqua illa viridi secunda, quæ exstat cap. lli. 5.

§. 3. Consolidat autem hæc ulcera decoctum veronicæ cum melle,

*Sed & columella è palati extremo propendens ple-
rumque molesta est. Laxior enim longiorque evadens,
in fauces & œsophagi caput illabitur, irritatione mo-
lesta, qua qui afficitur, hac perpetuo vorare frustra
contendit, metuitque nejus impetu stranguletur. Hoc
vitiū nascitur quum ea humore multo superne defluen-
te madet atque perfunditur. Quinetiam columella seu
gurgulio interdum (at certe raro) inflammatur tu-
mescitque cum rubore & ardore. Ac tum in fauces illa-
psus majore tadio quam relaxatus, suffocationis me-
zum concitat. Quum per inflammationem illius pars
ima crassa summa vero tenuis & nigricans apparet,
supulā, inquit Hippocrates, id est una nominari so-
let. Siquidem figurā, colore atque magnitudine est
vna acino persimilis. [Fernelius.]*

Laxitas uvula.

CAP. LXXXIX.

§. 1. Laxitati uvulae medetur primum gargarisma
propositum cap. lxxxv. 3. præsertim si uvularia adje-
cta sit. habet enim signaturam.

§. 2. Deinde ℞. Piperis longi scrupulum. Succo
acaciæ, radicis tormentillæ, ana scrup. M. f. pulvis.
Hujus aliquid affletur uvulæ post usum gargarisma-
tis. Instrumentum, quo afflati debet, vide sis apud
Fabr. Hildanum.

§. 3. Etiam remedio est, capillos verticis sursum
& fortius & paulatim trahere, donec faciant soui-
tum: eoque facto parum aluminis usti vel seminis ro-
sarum uvulæ adspargere: ita enim laxitas remittet.

§. 4. Quod si hæc omnia parum præstituerint, ℞.
ovum recens ad duritiem coctum, medioque, ut mo-
ris est, scissum vertici quam calidissime impone, atq;
alligatum relinque per aliquot horas, donec laxitas
sublata fuerit.

Inflam-

Inflammatio uvulae.

CAP. XC.

§. 1. Inflammationi uvulae medetur quodvis gar-
garisma, dummodo habeat aliquid nitri fixi. Sic aqua
prunellæ stillaticia, cui quid salis prunellæ mixtum
est, si gargarisatur uvula, inflammationem tollit. Mi-
rifice vero operatur gargarisma totiens laudatum &
exhibitum cap. lxxxv. 3.

Columellæ ulcera.

CAP. XCI.

§. 1. Ulcera columellæ simplicia curantur facile;
quemadmodum & linguæ, & totius palati, ac fau-
cium. Curantur autem per decoctum aut veronicæ ex
aqua admixto melle, aut saturæ in vino. Hæc enim,
post debitas gargarisationes, perfecte curant.

§. 2. Potus sit, quod notandum, non aeris, sed
saccharo conditus. Hoc enim descendente cum
potu putrilaginem absorbit.

§. 3. In contumacioribus recurrendum est ad spi-
ritum vitrioli. Qui istis vel aquis vel decoctis mun-
dificantibus si additur ea quantitate, ut vix percipia-
tur (per se enim usurpari numquam debet) celerio-
rem & efficaciorum curam præstat præsertim si aquæ
plantaginis permistus offeratur.

§. 4. Denique è moris vel sirupus, vel potius suc-
cus, aut sal, multum hisce curationibus confert pro-
prietate, qua refertur ad os, & nomen *Maulbeer*,
apud Germanos meruit.

§. 5. In ulceribus putridis, & malignis quum ista
non sufficiunt, recurrendum est ad aquas virides,
supra cap. lxx. 4. 5. præscriptas. Hæ omnem putre-
dinem & exulcerationem funditur tollunt, simul &

potenter consolidant. Adhiberi vero & heic, & in quibusvis oris ulceribus interioribus, cum linamentis debet, & caveri, ne noctu hæc deglutiantur.

§. 6. Victus esto commodus, ne recrudescant ulcera.

§. 7. In ulceribus ex lue venerea, in quacunq[ue] oris fauciumve parte fuerint, opera danda primo, ut cognoscatur morbus, de cujus signis vide in sequentibus, ubi de Lue venerea. Secundo, ut, quæ iste morbus quod ad universalia & particularia requirit, rite administrantur. Sic enim una abeunt ulcera, quæ in istis locis consistunt. Si non, devenire ad topica oportet, sed primum mitiora, gargarismata nimirum & decocta usitata.

§. 8. Quod si ne sic quidem malum coerceri possit, deinceps aquæ virides, cap. III. 4. 5. descriptæ, ita sunt applicandæ, ut penicillo tantum tangatur locus affectus, & gargarismate postmodum abluatur. Sic enim facile cedunt.

§. 9. In his vero omnibus mirabiliter operatur Spiritus mercurii rubeus: cujus præparationem & usum docebimus infra de lue venerea.

At verò angina affectus est fauces, id est summas gula gutturisque partes per quas tum cibi potiusq[ue] tum spiritus introitus est, præcludens. In hac spiratio fit difficilis, deglutire vix licet, ac proinde potus resiliit in nares, dolor acerbis fauces occupat. Atque hæc quidem omni angina communia sunt signa. Singulis autem ejus differentis alia peculiaria existunt. Et enim angina alia vera, alia notha est: vera & legitime quatuor sane differentia. Una quam omnium periculosissimam censuit Hippocrates, ubi neque in faucibus, neque in cervice quicquam apparet. Huius quippe inflammatio penitus abstrusa, graviora infligit

git symptomata, non sine metu præsentis strangularis. Hac sæpe vidimus sublatum ærotum horis octodecim, constanter mente integrisque sensibus. Altera est quum interiores laryngis fauciumque musculi manifesta phlegmone tentantur. Hæc æquè ac superior symptomatis sæva est, sed minore tamen sit periculo, quod manifesto se proferat tumore, qui & remedia promptè, admittit, & in os expurgari potest. Tertia fauces interiores una cum cervice occupat, in qua foris tumor atque rubor est conspicuus, cum calore ac dolore. Symptomata huic nihilo sunt quàm cæteris leviora, sed tamen spes salutis melior, quod inflammatio foras proficiens evocari digerique possit. De hac scripsit Hippocrates, Ab angina habito si tumor fiat in collo, bonum: foras enim morbus proferitur. Quarta omnium levissima atque tutissima censetur, quæ non interiores fauces, sed solam cervicem ejusque musculos prehendit, quorum tamen tumore interiores etiam laryngis musculi comprimuntur: introitusque omnis coarctatur. Omnium causa est fluxio biliosa aut sanguinea, quæ è venarum jugularium ramis eò pertinentibus in hæc sedes influens vel erysipelas vel phlegmonem parit. Evidentes verò causæ varia, frigus potius quàm æstus, idtus, ossa piscium imprudenter vorata, per media paristhonia trajecta, frigida potus, temulentia atque quavis repletio nimia. Præter communia anginarum signa memorata adsunt præterea in his tumor, rubor, calor atque febris, quæ omnis vera angine comes est assidua. Angina verò quæ notha nuncupatur, febris est expers. Hæc autem fit quum pituitosa destillatio in fauces cervicisque musculos decumbit: ac tunc fortasse tumor inest, sed sine rubore, ardore & febre: quocirca inter acuos morbos habenda non est. Huic finitima est ea angina species, quæ

nullo quidem sit proprio faucium affectu, sed quoniam
cervicis vertebrae intro luxatae, fauces à gula guttu-
risq; introitus premunt & arctius coangustant. Noscitur
hinc quod signorum, quae in aliis prodita sunt, nul-
lum apparet, quodq; cervix non excavatur, aegreque
& cum dolore inflectitur: casus quoq; aut ictus ante-
cessit: vel humor praeter naturam vertebrarum vincu-
la laxavit, vel eas sua copia de propria sede disiecit.

Angina.

CAP. XCII.

§. 1. Anginam, sive incipientem, sive confirma-
tam, praesertim si febris urget, subito tollunt vomito-
ria, imprimis aqua benedicta. Sic enim inflammatio
cedit, & apostema rumpitur. In his vero omnibus
respiciendum est ad naturam patientis & virium ro-
bur.

§. 2. Vomitoria ergo si habere locum nequeunt,
statim currendum est ad *specifica*: quae nihilo secius
etiam post vomitoria locum habere debent.

§. 3. Paracelsus in tract. de pestilentia ad Strazin-
genes laudat hoc. ℞. Cancros vivos (canceri enim
insigniter refrigerant) sex vel octo. Sedi majoris
manip, tres quatuorve. Ex simul contusis in morta-
rio exprimatursuccus, atque eo lingua & fauces fo-
veantur. Quin licet ejus non nihil, ad paucas scilicet
guttas, in liquore convenienti deglutire.

§. 4. Alterum Ant. Kutzmans, civis Augustani, ex-
perimentum est. Succo sedis majoris librae adde salis
ammoniaci unc. semis. Fac hic in loco humido se in
succo solvat. Deinde distilla per alembicum. Hac
aqua saepius tepide linguam abluet. Probatissimum
est. Vide Conradinum de lue venerea.

§. 5. Tertium est illud *gargarisma*, de quo cap.
lxxxv. 2. Sed, quod notandum, simul aliquid sedi
majoris

majoris subligandum plantis pedum.

§. 6. Quod si gargarizare nequeat, siphunculo in-
jicere qui gargarismatis oportet. Post singulas vero
gargarisationes corium laridi duos digitos latum, lin-
guae impone ea parte, qua lardo haeret, & jube ali-
quandiu sic tenere, ac subinde renovare. Sic enim
nigerrima linguae cuticula resolvitur, & tandem dis-
cedit, & curatio sequitur celerior.

§. 7. Collo applicetur calide *emplastrum*, quod
sit ex nido hirundinum toto & albo graeco pari por-
tione in aqua fabrili coctum.

§. 8. Potui nullum vinum, sed aquam fontanam
da, in cujus mensura sit vel pitri vel salis prunellae
uncia soluta.

§. 9. Anginae conferunt ea, in quibus sal nitrosi
ammoniacum delitescit. Cujusmodi est stercus al-
bum canis ossa vorantis, si ex aqua probe coctum &
melle mixtum exhibetur. Vel detur rasurae dentis
apri drachma cum oleo amygdalorum dulcium &
saccharo. Aut cinis cancerorum, hirundinumve.

§. 10. Conferunt etiam consolidida media, pru-
nella, uvularia, cervicaria, mentha crispa, rubus
idaeus.

§. 11. *Amuleti* vicem caput viperæ siccatum &
collo appensum commendatur.

§. 12. Spiritus nitri, tum in extinctione inflam-
mationis, tum in resolutione apostematis, pluri-
mum valet. ℥. Aque fontanae uncias tres. Spiritus
vini & nitri ana semidrachmam. M. f. haustus. Vide
Crollium.

§. 13. Egregium est & hoc *gargarisma*. ℞. Aquae
sempervivi, prunellae, ana libram. Salis ammoniaci
drachmam. M.

§. 14. Lapis prunellae (quem anodynum minerale

vocant, quod linguæ inflammationi, itemque faucium & vicinarum partium asperitati unice medeatur) ad drachmam semis vel integram in aqua aliqua appropriata solutus & gargarisatus mire confert.

§. 15. Cujus mixturæ etiam quid deglutiri, saccharo addito, potest. Vel, si mavis, sali prunellæ vulgari modo præparato, adde sacchari canti tantundem vel amplius, & coque cum aquæ rosarum q. s. donec gutta, lamellæ stannæ superfusa, consistat: tum effunde: in concham, & relinque, donec instar lapidis induruerit: tandem exime, & in frustula diffringe, vel in pulverem redige. Hoc utere sapius.

§. 16. Abscessum denique rumpit mirabiliter noturnæ cum plumis ustæ Pulvis, si parum ejus in guttur dimittitur.

§. 17. *Notha* puerorum *angina* curatur emplastro, quo proposui §. 7.

Pulmonum quidem appellatione omnia etiam quæ in eis sunt vasa, ipsamque asperam arteriam notamus. Affectus autem qui eò incidunt numerantur intemperies simplex, obstructio, peripneumonia, vomica seu abscessus & tabes. In ipsa verò thoracis capacitate, humoris collectio, & suppuratio. Simplex intemperies maximèque frigida, deinde etiam sicca gutturis arteriam exasperans, tussim excitat siccam, qua nihil humoris expulsi, respirationem raram facit, & ad calidi aëris potiusque desiderium stimulat. Calidior vero intemperies frigidum tum aërem tum potum expostulat, & respirationem crebram efficit: qua validior fuerit intemperies, dolorem inferet. Atque hæc quidem omnia de intemperie inæquali audienda sunt. Nam quæ jam æqualis evasit, quum voluti afovitia quadam natura sit, nullo penitus dolore cruciat. [Fernelius.

PVLMO-

PVLMONVM AFFEVS.

Inflatio pulmonis.

CAP. XCIII.

§. 1. Pulmones *flatibus* distentos, atque impeditos respirare, restitunt essentia ex carminativis, eoque ad locum affectum cito penetrant. Inter quas præstat balsamum fœniculi, cujus descriptio est in Crollio.

§. 2. Sal stipitum cerei si dextre, hoc est, per sulphur calcinetur sic, ut exposui cap. xxv. 1. & cum sale communi sumatur, ab hoc morbo præservat & curat.

§. 3. *Specificum* in curando est radice ari vel pulvis vel fecula ad drachmam data cum sirupo & vino vel aqua appropriata, aut in cibo. Præservandi causa quotidie à scrupulo semis ad integrum detur, non amplius nisi caute & raro.

Flatus in pulmone præter naturam coarctatur quidem, sed admodum raro: autem ambientes partes distendit, & si aguetur, dolore afficit, ac interdum violenter erumpere deprehenditur.

Obstructio autem frequens est magnique momenti. Ea sissimè invehit, & oppressionem, & spirandi difficultatem, quæ tanto gravior est, quanto & ipsa obstructio major. Hujus causa varia, humorum copia, lenior atque crassities, grando, lapis & crudum tuberculum, de quibus ut præcipuis affectorum pulmonum causis sigillatim tradendum.

Humorum copia in solam membranam guttur succingentem destillatione profluens eamque imbuens vocem obscurat ac raucitatem infert. Hanc etiam gutturis seu arteria asperitas nimia parit, si ve a sunt,

sive à clamore, sive sit à frigore contracta. At si destillatio in gutturis cauum ductumque incidit, tussiculam cum quodam irritantis acrimonia sensu, sin in pectus ac in pulmones, veram tussim ex imo pectore erumpentem mouet. Hæc enim sit quum natura uehementi spiritus efflacione eusque erumpentis impetu, niuitur quicquid acrimonia aut obstructione molestum est, excutere: quemadmodum & quum inter bibendum edendumve, quippiam in guttur illabatur. Verum enim vero quod in pulmones destillat, si admodum tenuo est, tussiendo difficile rejicitur, nam occurrentis spiritus uehementia repulsum atque subleuatam mox disrumpitur delabiturque in pulmones. Sed multo quoque difficilius expellitur ac extruditur, quod nimis crassum lentumque est: nec enim abstergi nec dimoueri, nec sursum efferris spiritus vis facile potest. Quæ recens est atque etiamnum ruit destillatio, eius acrimonia guttur ardet ac corraditur, frequensque tussicula fatigat, qua nihil aut tenue quiddam effertur: quum vero ea consistit, hincque pulmonibus, rarior est tussis, qua sine gutturis ardore crassius quidam ex imo ducit pectore. Quum porro pauca leuisque est destillatio, lenia quoque comitantur symptomata: quum vero magna grauisque impeturu ruit præfocans, quadam spirandi difficultas angit, crebra, celeris & magna est respiratio, sed qua paucus aër attrahitur, sensus quidam grauitatis percipitur ad pectus & ad spinam protensa, quo loco pulmones membranis figuntur & barent. Calidus autem an frigidus humor sit qui destillat, ex acrimonia, ex siti atque ex siti atque ex iis perspicendum qua de destillationum signis tradita sunt. Porro autem humor crassus & lentus pulmonem eiusve arteriam occupans, arida tussi uehementissime exercet, qua vix quicquam extunditur: spirituum diffici-

difficilem reddit inter spirandum stertorem quandam aut sibilum elidit, quod pulmonum bronchiis pertinaciter sit impactus, & vias coarctet per quas spiritus euadit: destillationis nota antecesserunt vel à cerebro vel à vicinis sedibus.

Hic humor quum non totus expuitur, reliquum bronchiis aut pulmonum cauis in qua subiit firmitus inhærescens quam vi euelli possit, tempore magis magisque crassescit atque siccescit, dum vi caloris in vitream aut etiam in gypseam pituitam abeant. Quumque destillationibus multis circuitu redeuntibus, ex unaquaque nonnihil crasse huius & gypsea pituita relictum fuerit, sensim magna eius copia in pulmonum fistulis atque cauernis cumulata, verum tandem fit asthma, cui opportuni esse solent, qui destillatione atque tussi frequenter tentantur, maxime vero senes & qui angustis sunt pulmonibus. Ab asthma fit orthopnoea qua difficilius nec nisi recta ceruice spiritus dicitur, quantiter & eos spirare dixi quos angina uehementer premit.

Malo ingrauescente, lentus humor in grandinem concrefcit, atque hæc tandem in veros calculos, quibus interdum dissectos pulmones confertos deprehendimus, aliosque in his pradueros ac solidos, alios veteris casei constantia, incipientes alios gypsea pituita duritie: omnes quidem propria cysti obductos. Sed etiam non ita pridem vir occurrit, qui quoties exercitatione incalescit, concitata tussi calculos è pulmonibus edit pradueros, eosque excreat modo hordei modo pisti magnitudine. Bona tamen is ualitudine fruicitur, præterquam quod paulo difficilius respirat, & in medio thorace grauitatis cuiusdam pondus percipit. Atque hæc quidem aliis sine dyspnoea, aliis cum suspiriosa orthopnoea obinquant, qua qui conflantur uehementi

angustia pressi propè suffocantur, alioque & suspiria fo spiriū multum & frigidum aërem ducere contendunt, quo plurimo cor ad refrigerium indiget. Omnes ita affectos verè asthmaticos, id est anhelatores & suspiriosos appellamus, qui jejuni & in quiete & sereno cœlo facilius spirare solent: ac quoties causa & materia inus condita frigido humidove cœlo, aut etiam multa crapula humescens, & quasi tumens diffunditur, nova dyspnœa quasi accessione consistantur. Multoque magis si fortè recens quadam destillatione in arterias veteri malo jam impediatis ingruit.

Sæpe fit ut graviores & repentino utriusque causæ impetu ager promptè juguletur, eaque destillatio ab eventu catarrhus præfocans appellatur. Galenus neque à destillatione, neque à peripneumonia, neque à pulmonum tuberculo, neq; à suppuratione quenquam repenti strangulari posse existimavit, sed à sola angina in qua neque in faucibus neque in œervice quicquam apparet. At verò quibus jam diu & multum pulmones infarcti erant, ut in veteri asthma, multam repentinamque destillationem plerosque ingula esse testamur. [Fernelius.

Dyspnœa, asthma, orihopnœa

CAP. XCIV.

§. 1. Difficultas respirandi sub istis affectibus nunquam non magna est. Quæ facile tamen curatur vomitoriis, & imprimis aqua benedicta, vel infusione florum antimonij. His enim non solum ventriculus evacuatur, sed & commota natura in materiam morbificam potentius insurgit. Raro tamen uni alterive vomitorio malum cedit, si inyeteravit.

§. 2. Pls

§. 2. Plerique vero abstinentum à validioribus rati, potius à purgante, coque leni, inchoate curationem malunt.

§. 3. Deinde sanguinem incisa vena mittere, si plethoricus est: & in hoc ipso tamen parcus.

§. 4. Ulterius autem depurgando corpori vel simile medicamentum alternis repetunt, vel hoc præscribunt. ℞. Rad. ellebori nigri præparati, & iridis florentinæ, ana sesquidrach. Herb. pulmonaria maculosa & tussilaginis cum radice ana manip. semis. Coque s. a. in q. s. decocti pectoralis ad sesquilibram. Colaturæ duabus partibus infunde agarici & rhabbari ana drach. duas. Cinamomi drach. semis. In reliquo colaturæ ebulliant folia senæ ad drachmas duas. Colaturis hisce mixtis adde vel sirupi alicujus pectoralis uncias tres, & fiat apozema: vel sacchari q. s. & decoquendo fiat sirupus longus. Hujus duas, illius quatuor uncias mane sumat.

§. 5. Quod si ex hoc alvus non satis respondet, ℞. Mechoacana, agarici trochiscati, ana scrupulum. Dactydii gr. octo. Cinamomi electi gr. sex. Olei anisi guttas duas. Fiat pulvis tenuis. Cujus tertia pars vel dimidia detur cum dosi præcedentis.

§. 6. Præparato corpore, à crassis deinde humoribus, pulmonum bronchia obstruentibus, eos omnino liberat succus aut fecula radices iridis nostratis. Cujus semidrachma in conveniente liquore, malvatico præsertim, data citissime humorem crassum expellit. Si ratio postulat, etiam ad alteram drachmam dosis augeatur.

§. 7. Simul autem & corpus purgat & pulmones liberat pulvis asthmaticus Rulandi. ℞. Fol. cardui benedicti, senæ mundatæ, radices an. siccata, feminis carthami, ana drachm. duas. Piperis longi

drachmam. Anisi drachmam semis. Dacrydii scrupulæ semis. Fiat pulvis tenuis, & distribuatur in duodecim partes æquales. Harum una jejuno detur, altera vero pomeridiana tertia, idque cum vino albo aut jusculo, & sic continuis diebus.

§. 8. Inter expectorantia vero palmam merentur aqua rubi aut raphani, oleum anisi, extractum helenii, lac aut flores balsamifve sulphuris, flores benzuini, crystalli martis. Quæ quomodo vel præparari vel exhiberi seorsum aut mixta debeant, perspicui ex sequentibus poterit.

§. 9. *Aqua ex moris rubi* distillata & cum rob nucum sumta ad placitum, asthma mirabiliter solvit: præsertim si cum ea detur elixir proprietatis Paracelsi à guttis sex ad duodecim, Quod ipsum offerri cum aqua aut decocto hyssopi vel tussilaginis poterit, si ad manum prior non est.

§. 10. Potentior tamen est *aqua*, quæ ex *raphani* taleolis una cum sacchari tantillo paratur agitatione inter duas patinas. Parari autem semper recens debet, & protinus sumi. Post horam quippe unam alteramve fœtet. Exhibetur autem mane & sero ejus cochlear unum.

§. 11. Ex *floribus sulphuris* præstantiores sunt albissimi. Quorum præparationem vide sis in Tentzelii Exegeti chymiatrica. Dantur hi, uti & vulgares, vel per se, vel additis necessariis. V. gr. ℥. Florum sulphuris & rad. iridis florentinæ aut pulv. diatragacanthæ frigidi ana. Hujus drachma sumatur in ovo sorbili. Vel ex iisdem fac *electuarium*, addito rob. nucum: quod & ipsum singulare est in hoc morbo remedium. Vel fiat *linctus* cum saccharo & spiritu vini, aut aqua rubi: vel *lochoch* cum rob ex moris ejudem rubi: vel

sirupus

sirupus longus talis. ℥ Siruporum è praffio, hyssopo, glycyrrhiza, ana sesquunciam. Succu glycyrrhizæ semidrach. Flor. sulphuris scrupulum. Aquarum tussilaginis & vëtonicæ ana unc. duas. M. & sumat mane ac tribus à prandio horis duo vel tria cochlearia,

§. 12. Parari potest & talis *pulvis*. ℥ Sulphuris vivi vel potius florum ejus unciam, & atæ dulcis si ve benzoës drachmam. Hujus scrupulus cum momento salis exhibeatur pluribus diebus.

§. 13. Si vis *rotulas*, ℥ Florum sulphuris drachmam. Extracti helenij scrupulum. Sacchari albissimi, aqua tussilaginis soluti, sesquunciam. Olei anisi guttas tres. Fiant scilicet rotulæ. Vel ℥ Pulv. diatridis simplicis drachmam: diatragacanthæ frigidi, balsami sulphuris, ana semidrach. F. rotulæ, eaque illinantur oleo anisi.

§. 14. *Lac sulphuris* exhiberi etiam cum lochoch è pino aut pulmone vulpis, aut quod sanum & expertum vocant, admixtis trochiscis bechicis, speciebus diatragacanthæ, & saccharo penidio. De *lacte* autem illo adi ad notas in Crollium.

§. 15. *Crystalli martis* ita fiant. ℥. Limaturæ martis subtilis & puræ q. v. Ei affunde olei sulphuris per campanam q. s. stillatim tamen protinus enim incalescit mars, totusque solvitur. Vbi refrixerit, intra bihorium dabit crystallos. Hos aqua distillata solve, solutos filtra, & vaporata aqua donec vetula in summo coeat, redire in loco frigido in crystallos sine. Quibus exemis & aqua rursus vaporata, alios crystallos expecta: etiam tertiâ quartaque vice. Dosis horum est ad grana duo vel tria in lochoch aut sirupis pectoralibus.

§. 16. Prodest quoque benzoën vel solam vel pa-

ri florum sulphuris mixtam imponere prunæ, & *sumum* ore admittere.

§. 17. Quod si contumacior morbus est, aliquamdiu intermittere curatio est, ac postea repetenda, & usque ad morbi decessionem continuanda.

§. 18. Quod si respirandi difficultas ab aquoso catarrho est, præstari curatio debet, quæ ipsum fontem exhauriat: de qua dictum est cap. XXI.

Angustia pectoris.

CAP. XCV.

§. 1. Angustiam *pectoris* morbosam mirabili præ aliis virtute expedit *bryonia succus*, singulari modo comparatus. Sumitur crassissima, quæ haberi potest, radix, eaque si excavatur, ut concidere in se non possit, & operculo ex se facto tegitur ac reponitur, mense Majo, Junio, Julio, in loco frigido humidoque, ubi intra paucas horas radix aqua repletur. Quæ effusa, eodem modo alia & alia colligitur tandem, donec nihil amplius succi supersit. Qui, quia ex facili expirat, statim misceri, & probe reicivari debet in frigido. ubi diu solet durare: quamquam non ultra annum. Miscetur autem ejus unciis sex vel octo, uncia fenis vel spiritus vitrioli vel olei sulphuris per campanam. Datur autem singulis diebus cochlear unum. Pulmones, ut dixi, impunitatibus repletos mirifice expedit Ideoque & in asthma ejus usus utilissimus est: ut & in hydrope. nam serum omne ex corpore educit.

Spirituum partium symptomata, quibus maxime laborantes vindicari expetunt: hæc numerantur: vocis læsio, dyspnæa, tussis & spiritum cruentum. Vocis instrumenta sunt, guttur, larynx, musculi & nervi eo inserti: quemadmodum loquela organa sunt lingua, labra, dentes, palatum, gurgulio atque
nares

nares. Itaque affectis aut musculis qui laryngem claudunt aperiuntur: aut nervis recurrentibus, qui è sexa sunt conjugatione: aut cerebri parte à qua hi procedunt offensa vel animal obmutescit, vel obscuram vocem, vel exilem edit. Raucessit verò quum gutturis succingens interior membrana humore multo, ut per graves destillationes madescit, & quum ingenti clamore exasperatur. Vicinarum quoque partium affectiones ut gula, œsophagi, cervicis & luxata spina efficiunt voci. Præterea verò & quicunque affectus respiratori obsunt, quod citra respirationem vox liberè elidi non possit.

Difficilis spiratio *multiplex*: magna qua plurimus spiritus irahitur, hæc ingentem calorem sine obstructione subesse denunciat vel in corde ut per febres, vel in pulmone ut in peripneumonia: eadè simul frequens est, & spiritus calidus ac fervens ab ore & naribus efflatur. Magna aliter respiratio qua thorax & scapula plurimum attolluntur, meatum angustiam ostendit vel ab angina, vel à multa destillatione pulmonis arterialis opplente, vel à tuberculo duro pulmonis, vel à suppuratione. Parva & frequens respiratio aut impedimenti, quod vel pulmonibus insidet, ut in peripneumonia vel thoraci, ut in pleuritide, vel diaphragmati, ut quum ventriculi, jecoris aut lienis mole premitur, vel musculis abdominis, qui omnes respiratori subserviunt. [Fernelius.]

Peripneumonia.

CAP. XCVI.

§. 1. Peripneumonia vera curatur ut pleuritis. Vomitoria itaque ab initio multum juvant, præsertim aqua benedicta: post hæc expectorantia. de quibus dicemus ubi de pleuritide.

Vomica pulmonis est abscessus exiguus, & puris in pulmonis quadam parte collectio, quod membrana propriaque cysti arctè adeò concluditur, vix ut quicquam de se tetrum in cor expiret. Hæc frequens est in tabidis, sed & plerumque sine tabe fit, quum sanguis ex aperta, rupta, aut exesa vena in parvam quandam pulmonis regionem secedens, illic putrescit sensimque mutatur in pus, ac per summa siccescens sibi cystim efformat. Latens profecto & in primis abditiuum vitium, sæpe nec laboranti nec Medico notum, quo laborans ipse nec consueta munia intermittit, nec se morbo teneri putat, causamque interitus sui nesciens intus gerit sub pectore. Si affecti sublivido ferè sunt faciei colore, eisque lingua lentore quodam est oppleta maxime quum longe à cibo absunt: & corporis agitatione aut potu cibovè calidiore urina facile tingitur & pulsus citatur, circa tamen ullam spirandi difficultatem. Interdum vero post concitatio-rem corporis motum pillula parva & globuli instar pisi exigui redduntur è pulmone membranula conclusi, qui contritiis digitis pus reddunt foetidissimum, quale è cavo purique & corrosivo dente interdum expurgatur. Adolescens quidam à paulo vehementiore exercitatione, quum acerba tussi nullo puncto temporis intermisso torqueretur, vomicam integram columbini ovi magnitudine excreavit, in qua aperta pus exquisitè album & æquale deprehensum est: cruenta excreatio integram biduum perstitit magna febre magnaue corporis perturbatione. At nihilominus servatus is est atque sanitati restitutus. Non pauci inopinatio è vivis hora quadrante erepti sunt, in quibus dissectis non alia mortis causa comparuit, quam repentina vomica disruptio in pulmonibus, è qua pus in cordis arcem penetraverat ipsius vim ex-

tinguens

tinguens atque obruens. Quinque ex his duo Medici essent percelebres, atiamen nec febre, nec inappetentia, neb alio illo symptomate impendentem sibi diem vitæ supremum præfererunt. Id mihi quidem per sepe eius loci memoriam rescripserunt, quo inquit Hippocrates, Quibus suppuratio in corpore abditi non innotescit, ea propter crassitudinem vel puris vel loci delitescit. Etenim haud raro efficit obvolvantis membranæ densitas, ut nihil tetrum à pure in cor vitæ fontem inspiretur. Omnibus tamen sic affectis multo tempore antequam vomica rumpe-rietur, cruenta excreatio processu è pulmonibus, ea-que cum tussi: adfuitque spiritus gravis ac foetidus, corporis gravitas pectoris levis oppressio & spiritus difficultas, quibus tabes raro comes. Sed hæc quidem signa aliorum quoque affectuum communia sunt. [Fernelius.

Pulmonum vomica.

CAP. XCVII.

§. 1. Vomica pulmonum consumendæ laudatur aqua valerianæ cum spiritu vitrioli aut olei sulphuris per campanam sic temperata, ut gratum acorem sapiat. Quæ si quotidie mane & vespere bibitur, insensibiliter malum consumit.

§. 2. Sic antimonium diaphoreticum aut ejus flores fixi si quotidie quinquies vel sexies in vino ad semiscrupulum sumuntur, paulatim vomicam & omne interius apostema, ubi sit, lente quidem, sed efficacissime resolvit.

Tabes autem pulmonis est exulceratio, qua sensim corpus universum liquefcit. Hæc incipiente frequens tussis molesta est, qua cruentum aliquid sine sensu doloris extunditur: hoc interdum subsistit, tussique sordidum quiddam editur, deinde purulentum,

rum febricula levis adoriur, cuius nulla sit intermissio: qua tandem heclica facta, mox à cibo aliarum more invalescit. Ulcere magis magisque serpente & sordescente pus excreatur, sique quod dixit Hippocrates. A sanguinis spuro puris sputum. Hoc quum Sincerum est, aqua injectum minime alterius riu innatat, sed (si purum est) in imum descendit subsidetque. Ac nihilominus quoties vel labore, vel tussis impetu, vel exandescencia ulcus puris lentore obdudum refrigeratur, cruenta excreatio redit. Confirmato ac jam inveterascente vitio puris pulmonis portio interdum exit, & sputum carbonib. injectum aut etiam per se graveolei saepe id etiam halitus contagione imprudentes tabefaciat: capilli desluunt, idque alimenti penuria: toto corpore exaresceto & invalescente febre vnguas in manib. curvantur, mala livescunt tetro vapore eo sublato, costarum extrema siccitate sursum convelluntur, dum tandem corpus omne consumptum contabescit, calorque nativus exhausto pabulo intereat. Magna inter Scriptores controversa est, possitne quis circa cruentam excreationem tabe resolvi. Nonnulli post solam excreationem humoris liquidi & sublati, levi febricula correpti tabescere coeperunt, ac multo post tempore cruoris exiguum quiddam cum pure rejecerunt. Sed non paucos etiam animadverti tabe sensim sublato, in quibus nihil omnino cruoris toto morbi decursu comparuit. Atque horum quidem ratio mox proferetur. Tabis causa duplex, una quidem pulmonis vitiosa constitutio, altera humor exedens vitiosam constitutionem appello, non intemperiem, sed mollem, tenellam ac corruptioni paratam pulmonum substantiam, de qua alibi fuse disserui. Sic plerique jam ab ipso ortu & a parentibus latente pulmonum vitio tenentur,

quo

quo tandem omnes contabescunt, etiamsi nulla aut certe minima destillatio è cerebro aut aliunde procumbat. Qui tabida stirpe sati sunt, quasi hereditaria jure omnes necessario tabe in marcescunt. hocq; malum saepe vidimus in omnes ejusdem familia ordine grassari. Et qui natura peclus angustum atque depressum obtinent, hi sunt in tabem procliviores, horumque natura, ut inquit Hippocrates, ad phthisim vergit. Non hinc certe quod pulmones angusti sint, (hoc enim duntaxat in asthma deduceret) sed quod ij fere languidi adeo sint & imbecilli, ut tempore sensimque flaccescant ac sponte corrumpantur. Ac proinde qui ab ortu vitiosos nati sunt pulmones, alij cruenta screatione, alij circa hanc tabidi decesserunt. Causa tabis altera acris est & excedens è capite destillatio: aut humor acer è cordo in pulmones, ejectus, qualis maxime autumnò cumulat, aut pus in thoracis capacitate conclusum, de quo statuit Hippocrates, Empyos, id est purulentos qui intra dies quadraginta screationi non purgantur, in tabem transire. Haec igitur cause valentissimos quosque pulmones sensim & sine sensu doloris exulcerant: quibus etiam accedunt quacunque id caca proprietate ut lepus marinus prestare possunt.

Iam vero pulmonum vena casu, labore, clamoribusve rupta: aut astu, balneis, vini potu alimentisve calidis & multis, vel etiam suppressorum mentisium (quod interdum fit) eo confluentium multitudine reserata, magnam saepe sanguinis copiam excreatione profudit, quam nulla tabes est insequuta, ac ita affectos plerosque vidi diu postea vitam nullo incommodo exegisse. Non enim simplici vena reptione (modo reliqua pulmonis substantia integra sit) quisquam contabescat. Aut si qua illinc tabes inse-

L 4

sequitur, id sane sit quod sanguis ab ulcere in pulmonum substantia diminet, inflammatusque ac demum putrescens eam labefaciet. Id postremo de omni affectu internoscendum, in utro pulmone consistat. Si alter duntaxat obstructione vel peripneumonia, vel vomica, vel ulcere tenatur, inspiratione magna atque etiam tussi gravitas aut offendiculum est in affectu latere, è quo & nonnunquam spiritum corradit ac educi percipitur. In affectum latus decumbenti spiratio difficilior tussisque crebrior evadit: contraque accidia quam in vera pleuride, & in jecoris aut lienis inflammatione & in nephritide: sub his enim tolerabilior laborante utro pulmone molestior est in latus affectum decubitus. Quum porro his morbis lateris dolor comes accedit, isque interior fixus & permanens, affectum pulmonem membrana costas succingenti jam adhaerescere suspicio est. Id autem sit interventu pituitæ aut saniei cujusdam lenta quæ è leso pulmone dimanans eum contagione lateri agglutinat, ac demum putrescens latus pulmonemque labefaciat.

[Fernelius,

Phthisis.

CAP. XCVIII.

§. 1. Phthisis autem si successerit pulmonum vomica, curari pectoralibus debet, præsertim iis, quæ humectant & refrigerant, propter præsentem febrim. Sit autem ægrotanti decoctum aliquod pectorale pro potu ordinario, eoque semper tepido utatur.

§. 2. Assumat deinde frequenter aliquid florum sulphuris, vel ejusdem balsami vel lactis cum essentia mellis. Sic autem paratur. *essentia mellis.* Misce mel cum arena bene lota, ut fiat instar massæ. Huic affunde spiritum vini ad duos digitos. Digerendo tinctu-

tincturam omnem extrahe rursusque abstrahere spiritum vini ad consistentiam mellis, ac utere.

§. 3. Ore teneat continuo hanc opiatam. ℞. Conservæ rosarum rubrarum sesquunciam. Sacchari rosati & penidij, ac troch. bechicorum alborum, ana semunciam. Pulv. diatragacanthæ frigidi sesquidrachmam. Sirupi violacei q. s.

§. 4. Pectus sæpe inungatur unguento convenienti, & tegatur emplastro pectorali, aut cataplasmate in rem facto.

§. 5. Roborandi causa detur pineolatum aut martius panis cum solutione perlarum. Vel fiat talis *pastila regalis.* ℞. Amygdalorum ambrosinorum & nucleorum pineorum ana unc. tres. Sacchari rosati & violati ana lib. semis. Sem. anisi & papaveris albi ana sesquidrachm. Sem. bombacis & pulv. è pulmone vulpis ana drachmam. Carnem pectoris capi aut pedicis bene tritam, M. f. s. a. pasta. Vel ℞. Carnis testudinum & cancrorum fluviatilium ana unciam. Nucleorum pineorum in aqua rosacea maceratorum unc. duas. Pulv. diamargaritum & diatragacanthæ frigidi ana drachmam. Florum sulphuris & rad. iridis florentinæ ana semidrachmam. Sacchari in aqua capilli veneris soluti q. s. F. s. a. pineolata.

§. 6. Pectore purgato à materia purulenta, utiliter deinceps exhiberi potest *decoctum consolidans.* ℞. Plantaginis totius libram. Rad. consolidæ majoris, & minoris sive buglossæ, fæniculi, prunellæ totius, dictamni cretici, stor. buglossæ, hyperici, violatiæ, ana unc. quatuor. Cinamomi sesquunciam. F. s. a. decoctum. Vel potius affundatur lac caprillum ad tres digitos, & macerentur aliquandiu. Deinde per alembicum distillentur ad siccitatem.

§. 7. *Consummatum* facere si vis, eandem potes

herbas addere: vel cum his ipsis distillare vituli vitalia, cor nempe & pulmones atque hepâr. Quod in magno est apud nonnullos pretio.

§. 8. Quænam admodum & bezoardicum animale. Vipærarum, quot vis, sola cera cum corde atque jecore lota primum aqua, deinde spiritu vini, in umbra vel balneo sicco siccetur usque eo, ut pulverari queat. Hujus pulveris unciæ misce salis, multa fusione præparati, drachmas duas. Sumatur cum cibo, loco salis mercurij.

§. 9. Maximum vero phthisicis præsidium est in essentia perlarum, si ejus quotidie guttæ quatuor ad octo sumantur, præsertim cum guttæ olei cinamomi. Hoc enim ex toto morbum tollit, & pristina illos sanitati restituit.

§. 10. Phthisis autem si hæreditaria est, fere nunquam, & semper quam difficillime curatur propter altius impressas naturæ & ab avis interdum acceptæ constitutionis radices. Quæ etsi curatæ interdum inducias velut afflictionis faciant in totum tamen se tolli non patiuntur.

§. 11. Quia vero transplantatæ tabis plerunque comites & causæ sunt distillationes, experientia compertum est, radicem rheumaticam (vide supra XXI. 5.) ex collo gestatam, multum ejusmodi tabescentibus profuisse, si bonam simul dietam observarent. Quamobrem desperandum non est, ejus usu tabem hæreditariam aut minui posse, aut impediri saltem. Cetera vide, ubi de sputo sanguinis.

Tabes.

CAP. XCIX.

§. 1. Tabe incipiente, siquidem à distillationibus acribus est, vix dici potest, quantum vomitiones profint,

profint, præsertim ab aqua benedicta.

§. 2. Simul autem cerebrum, tamquam membrum mandans, suis specificis & confortativis diligenter in suo vigore conservari debet.

§. 3. Deinde curandum quoque, ut humores, qui in pulmones sunt illapsi, aut mundificativis expectorantur, aut; si tenues sunt, incrassantibus do-mentur.

§. 4. Quod si nihilominus exulceratio pulmonis (quæ exactam phthisin constituit) suborta fuerit, quamdiu recens est, vomitiones multum juvant, ad pectoris saburram sublevandam.

§. 5. Mundificantia, heic necessaria, sunt hydromeli & ex iis composita omnia, quæ pectus purgant. Quo ex lectione auctorum addiscenda familiaria usu quotidiano reddenda sunt.

§. 6. Expectorant autem loeh sanum cum floribus sulphuris, ejusque flores albi aut lac, balsamus fœniculi, & alia quamplurima.

§. 7. Inter ea, quæ pulmonis ulcera consolidant, præstantissimum censetur balsamus sulphuris. Flores ejus albos sublima adhuc semel atque iterum ab aloë, myrrha & olibano, quemadmodum Crolius docet. Ex his tincturam cum oleo anisi vel spiritu terebinthinæ balsamico extrahe sine ebullitione, & acquies balsamum rubicundissimum. Hujus à sex ad viginti grana exhibe in decocto pectorali quotquot diebus, mane & vesperi, augendo dosin procedente morbo. Pulmones putridos & exulceratos, præmissis tamen mundificantibus & expectorantibus, mirabiliter restituit, ulcera consolidat, & ad perfectam curationem unice disponit.

§ 1. Adhæſio pulmonum difficulter curatur in adultis.

Pleuritis phlegmone est ejus membrana quæ costis subienditur. Latus varij dolores exercent, qui tum ſitu, tum materia diſtant. Siu quidem quod alius cauſam habeat inter coſtas & membranam quæ intus illa ſuccingit: alius in muſculis meſopleuriis: alius in muſculis qui extrinſecus coſtis incumbant. Poſſimus hic dolor non vique exquisita ſed nothâ pleuritidis est: qui vero vel in muſculis meſopleuriis, vel inter hos & membranam ſuccingentem, vel in vramque ſedem incidit, ex ſitu vera & exquisita pleuritis est. materia quoque dolores hi diſtant, quod alius à phlegmone, alius à deſtillatione, alius à flatu ſuſcitur. Fit autem phlegmone raro ex craſſo, ſapius ex tenui bilioſoque ſanguine qui ex vena cava cordi aſſidente in eam qua azygos nuncupatur, ac deſc in tenues coſtarum venas impetu quodam incurrit, ex quibus apertis aut diſruptis exiti, inciditque aut in muſculos meſopleuriis, aut inter coſtas & ſuccingentem membranam, illicque collectus phlegmonem vramque pleuritiim parit. Quum vero ſanguis in externos thoſtæ muſculos effuſus fuerit, idque per ramum qui à vena cava mox ut è thoſtæ in alam emerſit delabitur propagaturque in partes thoſtæ externas, ex materia quidem veram, at ex ſitu notham pleuritim facit. Quamquam autem hæ phlegmones ſitu diſtant, magna tamen ſocietate connexa ſunt: ac ſape interioris in externam, aut contra tranſitus est: quod ut in anatome docui, interiorum venarum extrema ſoras emergant, & externarum ora intro ſubeant. Cauſa porra quæ ſanguinis fluxionem impetumque

que movet, aut illius immoderata eſt copia, aut tenuitas, aut efferveſcentia & exagitatio ab æſtu, à balneis, ab exercitatione, ab excandefcentia, ab iclu, à ſubita refrigeratione, aut à poſitione frigida, que concalſactum agitatumque ſanguinem variè depellit ac diſſicit. Ad has cauſas accedit lateris imbecillitas, qua fluxio non quidem allicitur, ſed promptius excipitur. Dolor autem pleuritiicus non perpetuo vniuſmodi eſt, ſed ut ſanguis inciderit varius & ſitu & loci amplitudine, ſic & dolor ſape vehementia variat: nam a tenui bilioſoque ſanguine qui phlegmonem eryſipelatodem gignit atrocior, à puro aut pituitoſo minor. Ab his enim aut ſimplex phlegmone fit, aut qua œdematodes uncupatur. Lateris dolor è deſtillatione contractus externas etiam partes occupat, oriturque humore frigido è ſummo capite per cervicem in ſcapulas & omoplatas, tandemque in lateris externos muſculos modo priores, modo poſteriores illapſo: Hic tamen ſi nequaquam pleuritiis eſt, perſeuerans tamen veram interdum pleuritiim que etiam ſpuium cruentum emolitur accerſit, ſeu quod ſenſim alius penetrans tandem ſe in meſopleuriis & ſuccingentem membranam inſinuet, ſeu quod illius dolor novam fluxionem eo proritet è venis. A flatu lateris dolor etiamnum fit admodum vehemens, quoties is inter membranas aut externas aut interiores ſeſe infert, eaſque diſtendit divellitque à vicinarum partium adheſu. Ad hæc hiſce membranæ viſcerum pondere & gravitate deorſum retractis ſape diurni inſunt dolores, quo ut jecoris vitio & mole fieri traditum eſt, ita & lineis occaſione diu protrahi animadvertimus. Neque prætereundum eſt ex iclu aut caſu ſape laterum dolores relinquere diurnos atque contumaces, multoque magis ſi vel coſtarum luxatio, vel fractura

sic insequuta. Hac genera jam signis discernenda sunt. Lateris dolor quocunque pertineat spiritum interceptit, nec libere & magnum spirare sinit, quod latus atque thorax ad respirationem conferat motuque irriteretur. Distant tamen quod dolor à flatu ferè vagus est, nec diu eadem sede persistit, sed calore & fomentis mitescit atque etiam sapius discutitur: ortus quoque est à frigore, aut ab aliis causis flatulentis, hisque evidemibus. Dolor ex destillatione prægressam habet & manifestam causam: in cervice, vel scapula primum afflixit, deinde in latus delapsus est, in quo pressu contradique exacerbatur, fomentis non tollitur. Atque horum dolorum nulla febris comes est, nisi aliunde forassis accersita. Tam vero externe atque etiam vera pleuritiidis hæc communes nota sunt, febris assidua, respiratio difficilis, frequens atque parva: dolor pungens atque distendens: tussis initio sicca qua nihil prorsus emolitur. At multum inter se distant, quandoquidem externa dolor tactu pressuque excandescit: molestus est in latus agrum decubitus, in sanum facilis: pulsus quidem frequens & inæqualis, sed neque tensus neque durus. Interioris & vera pleuritiidis febris assidua acutior est, quod affecta sedi magna visit vicinitas cum corde: spiratio difficilior, frequentior & minor: dolor pungens atque distendens, quasi membrana costas succingens parte superiore inflammatur, ad jugulum, sui inferiore ad hypochondrium pertingit: neque lateris tactu, neque pressu inoravescit, estque in agrum latus decubitus quam in sanum facilior: materia siquidem inter costas & membranam succingentem collecta adverso decubitu propendens, membranam magis distendit atque divellit, unde dolor, dyspnœa, atque tussis acerbior. Pulsus frequens & inæqualis, durus est atque

tensus,

tensus, idque magis quam membrana succingens, quam quum soli muscoli mesopleurij inflammantur. Tussis interdum initio sicca, sed mox fere humida, cuius deinde sputum coloratum existit. Primum enim liquidum & album rejicitur, quum è solo pulmone pituita, nondum autem ex affecto latere quicquam excidit: deinde flavum, quum sanies quædam tenuis idlabitur: postea rubrum ac verè cruentum, quum jam patentiore via sanguis purus emanat: hinc purulentum insequitur maturata phlegmone. Hæc autem omnia ex affecto latere per succingentem membranam vel pertusam, vel quovis modo rationem factam excidunt effundunturque in thoracis capacitatem. Et enim dum expirando thorax deprimitur, ac multo magis dum in tussi vehementer comprimitur, humorem qui in capacitatem est cogit rejicitque in asperas pulmonum arterias: in quas facillè recipitur, quod earum ora cartilagina & semper patentia desinant in extremum pulmonis tenuissima membrana obditi. Ex his sensim in majores subeunt, dum tandem frequente tussi in eam qua gutturis est arteriam, ac tandem foras exigantur. Hæc thoracis vitia sunt, quorum hoc loco meminisse oportuit. Nam vulnera, contusiones, ulcera, abscessus, erysipelata & quæcunque foras erumpentia vel dolorem inferunt, vel respirationem interpellant, seipsi conspicua sunt & aliam contemplationem pertinent.

Diaphragmatis vitia non alia symptomata instigunt, quam que interiora thoracis obsidere diximus, atque ipsam ferè signis præterquam doloris sui se produunt. Tumores duros diaphragmatis radici infixos nonnunquam deprehendi, qui sensim tæbe laborantes consumpserunt, citra ullam delirij speciem. [Fernelius.

Pleuritis.

CAP. CI.

§. 1. Pleuritis vera si accidit, protinus in curatione hujus, ut cujusque alterius inflammationis, danda opera est, ut sufflaminetur influxio, ut evacuetur quod influxit, & sedetur dolor acumine urgens.

§. 2. Ego ante omnia, & quidem sub initio, & adhuc tertio, imo quinto die exhibeo aquam benedictam ad ciendum vomitum. Per hunc enim humoris influxus & inflammatio sistitur, atque pectus ipsum ab impuritatibus liberatur. Aqua autem benedicta exhibetur iuxta dosi cum aqua cardui lactei vel papaveris erratici.

§. 3. Aliquando vero etiam ad *vena sectionem* descendendo: si plethora scilicet jussit, & morbus vomitione solutus non videtur. Quandoque vero sanguinem prius mitto, quam vomitum procuro.

§. 4. Quod si vel natura ipsa vomitionem renuit, vel ægrotus non admittit, ut influxio prohibeatur, statim medicus, quum accessit, *clystere* premisso, *venam* cordis, hoc est, basilicam *secari*, aut medianam jubeat ejus lateris quod affligitur. Quin &, si magna est & influxio & tensio, *cucurbitula* brachiis & femoribus apponantur. Vt vero in his præsidium sit, accedere medicum ante tertium oportet.

§. 5. Quia vero in ipso initio urget dolor, statim *fomentum* lateri adhibeatur ex anodynis & temperatis. Itaque vel *cataplasma* aliquod ex iis, quæ apud practicos multa occurrunt, vel *epithema* adhibeatur ex melle & lacte simul coctis, vel *℞. chamæmeli, meliloti, rosarum, malvæ, fœnigræci, ana.* Coque ex lacte aut vino & aqua. Alterutro vel vesica suilla impleatur, vel spongia imbuatur, & eo latus calide foveatur.

§. 6. A fo-

§. 6. A fomento latus tegatur calefacto panno, cui inducta sit theriaca, non nimis nova aut vetus, insperfo rursus diambra pulvere. Vel illinatur unguento dialthææ, aut oleo amygdalorum dulcium, aut quo simili mitigata dolorem apto. *℞. Olei amygdalorum dulcium, chamæmeli, ana semunciam. Croci semidrachmam. Ceræq. s. M. f. unguentum.* Vel *℞. Vng. resumptivi, dialthææ, ana unc. semis Olei scorpiionum drachmam. Vel ℞. Olei amygdalorum dulcium, butyri recentis & loti, ana unciam. Pinguedinis anatis vel, ea deficiente, olei chamæmeli semunciam. Olei iini & croci ana semidrach. Ceræ parum. M. f. unguentum: coque mane & vespere pectus inungatur. & superimponatur emplastrum diachylon.*

§. 7. Die tertio, si satis depleta plethora non est, & adhuc dolor urget, iterum *vena secetur*. Quin &, si ferant vires, sequenti die purgetur infuso agarici ac rhabarbari cum electuario benedicto laxativo aut è foliis senæ, aut sirupo aliquo magistrali.

§. 8. Bibat autem pro potu ordinario hoc *julapium*. *℞. Aquæ papaveris erratici libram. Sirupi endiviæ & violarum ana unc. duas. Spiritus vitrioli gutt. sex. Aut ℞. Aquar. papaveris, petroselinii, haliacabii, ana libram. Sirupi è quinque radicibus lib. semis. Spir. vitr. scrup. semis. Vtrumlibet urinas & sudores citè: præsertim si totum ebibere intra horam possit.*

§. 9. Martutinis vero sumat sirupi è quinque radicibus & è cichorio cum theo ana unciam cum aquæ veronicæ uncis tribus. Vel *℞. Oxymelitis simplicis aut scyllini sesquunciam. Sirupi è glycyrrhizæ, hyssopo, jujubis, ana semunciam. Milce vel cum aquarum tusililaginis & capillorum veneris ana s. libram. vel cum decocti pectoralis libra. Sumat hoc nō tantū*

mane, sed & à prandio, & quum placebit. Faciunt enim ad expectorationem. Vel ꝛ. Sirupi violacei unc duas. Seminis urticæ pulverati serupulum. Detur linctui.

§ 10. Quod si febris & symptomata per ista non remittunt, confero me ad magis appropriata. Inter hæc laudatur *spumans saliva*, quæ equis, è puro gelidoque fonte bibentibus, effluit ex ore, si quam recentissima bibatur.

§ 11. Parabilior est *mixtura* ex spiritus vini & nitræ aquis partibus. Hi duo enim spiritus ita se mutuo corrigunt, ut tuto assumi etiam hoc casu possint. Dosis eius à drachma ad quatuor summum. Detur cum aquæ papaveris rhœadis tepidæ duabus tribusve uncis, & se patiens in lecto componat ad sudandum, quantum potest.

§ 12. Ejus mixturæ loco dari ex eisdem aquis spiritus tartari potest: vel sulphur vitrioli anodynum cum sirupo violarum & aqua cardui aut lactei vel papaveris erratici. Hoc enim egregie contra morbum potest.

§ 13. Pro quo, & interdum protinus, exhibeo diaphoretici in peracutis drachmam cum aqua cardui lactei vel papaveris erratici. Robustioribus vero *oleum lincum*, ab una ad quatuor uncias.

§ 14. Est & hæc *tragea antipleritica* remedium singulare. ꝛ. Salis prunellæ, sive anodynæ universalis, & pulverum florum papaveris erratici, ana sesquidrach. Coralli rubri præparati drachmam. Sacchari violacei semunciam. M. & cum aqua papaveris erratici offer drachmas duas quavis vice.

§ 15. Maxime vero commendantur istæ *rotulae*. ꝛ. Florum sulphuris drach. decem. Aloes hepaticæ drachmâ. Myrrhæ rubræ & croci ana semidrachmam. F. pul-

F. pulvis. Quem aut per se dare à semidrachma ad integram, aut cum saccharo in aqua cardui lactei soluto formare in rotulas potes. Vel fiant rotulæ ex floribus sulphuris & tragacantha, atque illinantur oleo ainfi.

§ 16. Specifica vero proprietate pleuritidem solvit rasura dentis apri. Cujus tamen magisterium efficacius est. Ab eadem facultate laudantur priapus cervi aut tauri, & decoctum papaveris erratici. De illo vide sis Valleriolam Observ. v. 10. De istis vero Joëlem III. Pract. 1. 6. p. 25.

§ 17. Si hisce specificis morbus non cedit, sed nihilominus protrahitur, adire ad ea oportet, quæ sputationem procurent & promoveant, tum materiæ, si tenacior est, incisione & detensione; si vero liquidior, in crassatione: tum viarum apertione, & naturæ excitatione. Illi rei consultum exhibere subinde dosin mercurii purgantis. Reliquorum medicamentorum farrago à practicis repetenda.

§ 18. In *pleuritiide notha* eadem plerumque fieri debent præterquam quod à vino ægios abstinere sit necesse.

§ 19. In *flatulenta* autem mirifice valet cymini pulvis, si brassicæ foliis butyro illitis adspargitur & dolenti loco foris applicatur. Hoc in filiolo meo Christophoro sum ulus.

§ 20. Observandum autem, quæcumque pleuriticus assumit, calida esse, saltem tepida debere. Frigida enim, quæ inter bibendum ad pulmonem veniunt, potos cogit impeditque resolutionem.

Apostema pleuriticum.

CAP. CII.

§ 1. *Apostema pleuritiidi* succedere si percipitur, dare operam oportet, ut foras evocetur, si qua fieri ratione potest. Rumpendo autem abscessui præ-

teris valet *cataplasma* ex herba kali, & albi lili radicibus cum axungia porci. Quod lateri applicatum brevi puris vel extus vel intus promotione procurat.

§. 2. Hederæ vero folia pulverata & cibus mixta suppuratum feliciter sanant. Potentius tamen hederæ atcanum est, si in convenienti aqua ejus grana quatuor aut quinque quotquot diebus assumantur.

Suppuratio est puris in thoracis capacitatem collectio in cujus illuvie pulmo totus immergitur. Eò autem confluit vel ex angina, vel ex peripneumonia, vel quod frequentius contingit, ex pleuritide. His enim tussi nõ bene expurgati abscessus exoritur, è quo tandem rupio p̄s sape universum in thoracis capacitatem influit: eoque etiam diu postea è sordido ulcere stillat, dum tandem ingens ac penè suffocans copia emuletur. Interdum ex abscessu pus sursum in os irrumpit expuiturque, ac unum suppuracionis periculo liberat. Est quidem suppuratio omnis puris tum confectio, tum collectio, quacumque parte sit corporis; ac proprie ea est que vel thoracis vel abdominis spatio fit. In alia vero quavis corporis parte, si majuscula est abscessus: sin minor, vomica nuncupetur. His autem notis suppuratio deprehenditur. Ex progressa angina, aut ex peripneumonia, aut ex pleuritide, vehementi nihil pene laborans expuit. Pulmonis gravitas aut faucium aut lateris dolor similisq; febris vehementia subito remissa est: novum gravitatis sensum in imo thoracis ad diaphragma surrectus ager percipit, decumbens vero aut in alterutrum latus se convoluens, iransfluere quiddam & fluctuare: tussis valida perseverat, sed sicca & qua nihil aut minimum rejiciunt: febricula perpetua, languida, inordinata ac verè hecica: perseverans enim suppuratio phibissim accersit. Quoniam autem thoracis capacitatis discepto (quod mediastinum appellant) media dirimitur, neque

que dexteri lateris cum sinistro ulla societas est, contingit quidem ut aliàs suppuratio alterutrum duntaxat latus, aliàs utrumque occupet, quod magna est observatio dignum. Ab angina & à peripneumonia suppuratio in utrumque serè capacitatis latus influit: à pleuritide in alterutrum duntaxat, in id quippe quod dolore vexatum est. Latus porro in quo uno suppuratio reconditur, hinc nosces quòd & gravius & calidius existit. Decumbens ager in latus sanum omnis sentit pectori incumbere, quòd & angustia vehementer premis & tussim exasperat. In latus agrum decubitus hæc omnia mitigat, pure nimirum in costas recumbente. [Fernelius.]

HYDROPS PECTORIS.

Suppuracioni affine interdum malum est, in quo magna thoracis capacitas seroso, pituitoso, eoque tenui humore scæret, qui aut è cerebro per asperam arteriam & pulmones tenuitate sua affluit irruens, aut è reliquo corpore, aut etiam ex abdominis capacitare (quod sape in hydropicis animadversum est) cæcis ductibus redundans eò penetravit. Tum suppuracionis signa atque symptomata insunt, nisi quòd neque febris affligit, neque suppuracionis efficientes causas præcesserunt. Ea proinde affectio, non suppuratio, sed suppuracioni finitima est.

Raro agnoscitur, frequens tamen est: A capite destillare tantam copiam probabile non est, sed vel generatur in thorace vel transfinitur. Inventis vasis Lymphaticis primum est originem illorum vitio adscribere. Adest in effectis dolor gravans pectoris. Sonitus cum movetur corpus. Tussis sicca, suffocationis metus imminet ingruente somno, sitis, appetitus prostratio, color faciei pallidus, intumescunt pedes: Vix curationem admittit, Semel cura

tu, cito in hydropem abdominis relabitur. Aqua per vices vacuanda, per hydragoga. Hippocrates sectionem thoracis instituit visceribus integris. Per diuretica curatum ferunt Maximilianum ij Imperatorem per annos xx. cūque impediretur ille motus fuisse suffocatum. Craio Epist. 137 Sennertus in principio instituit sectionem. Vide de hoc morbo Hippocr. Car. Pisonem. Riverium. Wilisium.

Empyema.

CAP. CIII.

§. 1. Empyicis, præsertim ex pleuritide, quam citissime promoveri suppuratio, & pus aut sanies educi debet. De quibus consulantur practici, imprimis Rondeletius & Benedict. Faventinus. In his autem chymica videntur deficere, cum omnia lenioribus, tam intus quam extus, sint peragenda.

§. 2. Multos curat decoctum guajaci cum pectoralibus. Quod efficacius operatur, si flores antimoni fixi singulis, non diebus, sed septimanis semel cum illo ad drachmam propinetur. Sic enim & maturatio & ruptio apostematis promovetur.

§. 3. Rupto autem apostemate, ut sanies expectoretur, recurrendum est ad *abstergentia*. 32. Aquæ hordei distillati libras duas. Mellis rosacei unc. quinque. Radicis althææ unciam. M. & ebulliant ad consumptionem tertiar. Colatura detur linctoi. Hoc ulcus abstergitur & pus partim cum spiritu expectoratur, partim ad inferiores partes corporis transfertur. Idem valet sirupus ex althæa Fernellii.

§. 4. Interea, dum hæc fiunt, patienti quater vel quinque in die calide propinentur aquæ hederæ terrest. is, suo sale acuti, uncia tres quatuorve, singulis vicibus. Quin folia hederæ terrest. is pulverata & cibus mixta, suppurationem egregie sanant. Felicius

cuis succedit, si ex hederæ terrestri fiat arcanum, ejusque quatuor aut sex guttæ exhibeantur in aqua propria. Hoc enim negotium absolvit.

§. 5. Serum in pectore fluctuans egregie per vomitum purgat succus bryoniæ, aut iridis nostratis, ad semiscrupulum datus. De succis his dictum cap. xcvi.

§. 6. Plura autem ad *empyematis* curationem pertinentia vide infra, ubi de spūto sanguinis.

Raucedo.

CAP. CIV.

§. 1. Raucedo à clamore sanatur rotulis diatraganthæ frigidi oleo anisi illitis, si ore detineantur & paulatim deglutiantur.

§. 2. Quæ à frigore est, ea tollitur haustu vini calidi & saccharo temperati.

§. 3. Si à distillatione est, quamvis inveteratissima, sit eam tamen sirupus ex crysimo Lobelii expugnat.

Tussis *expiratio* est valida qua quicquid spirandi instrumentis molestum est excutere natura conat. Instrumenta autem ea sunt fauces, aspera arteria, pulmones interioraque thoracis: His interdum molesti sunt humores præter naturam illapsi qui ferè humidam tussim excitant: interdum & alii affectus, ut refrigeratio, exculceratio, tuberculum, quorum materis expelli minimè potest, fitque ab his arida tussis. Quænam autem in parte hæreat affectus, tussendi ratio ac modus ostendet. E palato & è faucibus quicquid infestum est screatu eruitur: ex arteria vero tussicula, illicque tiillatio ac sæpè proritans ardor percipitur, è pulmonibus valida tussis. Quæ porro tussis quibusdam intervallis, ut bis terve anno affligit, ex irruente distillatione proficiscitur: quæ verò continenter valet aut minima intermissione fatigat, aut vitiosa

monum affectionem, aut obstructionem veterem, aut aliam stabilem intus causam habet. [Fernelius,

Tussis.

CAP. CV.

§. 1. Tussim, siue recentem siue inveteratam, si non semper, plerumque tamen curant *vomitiones*, si aqua benedicta procurentur. Hac enim ratione prima regio ventris ab omnibus impuritatibus liberatur, ditillationes sustantur ita, ut, si post eas convenientia pectoralia intus & extus adhibeantur, rarissime redeat.

§. 2. *Internæ* sunt omnis generis Loch siue sirupi pectorales, qui vel expectorent, si opus, vel confortent, & pulmones atque pectus ab humorum illapsu præservent. *Expectorant* oxymel & acetum scyllinum mixtum siupio jujubino & è prassio. *Confortant* sirupus acetosæ, hyssopi, violarum, glycyrrhizæ, dialthææ Fernelii.

§. 3. *Externæ* sunt unguenta varia, passim ab Prædicæ scriptoribus prodita.

§. 4. Tussim mirabiliter resolvit *liquor ille sacchari*, quem propotui cap. lxxii. 7. Ut & hoc *oleum sacchari magistræ*, quod vocant. Super saccharo canto albo iter vini spiritus semel correctus per aliquot horas: deinde accendatur, & saccharum cum phlegmate reliquo in crassum liquorum abibit. Qui in tussi, etiam inveteratæ, assumptus expectorationem promovet, asperamque arteriam & pulmones leniendo corroborat; præsertim, si admisceantur aliquot guttæ extracti seu essentia croci. Efficacior is liquor erit, si vini spiritus extracto helenii tingatur prius. Idem valet *pulvis Rulandi*. de quo cap. xciv. 7.

§. 5. Infantium & puerulorum tussim sedat *pulvis diatrachanthæ frigidus in rotulis*. Præsertim si pedes

pedes quotidie bis vel ter ituris cubitum laventur in cerevisia calida, & à lotionem pedum plantæ inungantur pinguedine piscis lucii. Quibus adde flores & lac sulphuris.

§. 6. A tenui distillatione ortam & jam inveteratam tussim sistit laudanum opiatum. Hoc vero etiam reliquis tussibus utile est, modo dextre adhibeatur, & pectore vacuato à pituita tenaci.

§. 7. *Præservativum* à tussi mirabile est in zizyphis, siue majoribus illis uvis passis, quas *Eibebe* Germani, vocant. Ea macerantur in spiritu vini, donec turgeant. Tum una vel altera mane & vespere sumpta à tussi præservat.

Succedit his malis cruenta expuitio, per quam è locis admodum variis sanguis exir, quos tamen peculiaribus notis internoscere licet. Qui enim expuitur sanguis, si è gula aut è ventriculo est, vomitione: si è gingivis, lingua & palato, expuitione simplici: si è faucibus & gurgulione, scream: si ex gutture, tussicula: si ex pulmone & thorace, tussi rejicitur. Et qui tussi sit tenuis, floridus ac spumosus, atque sine sensu doloris efferitur, ex pulmone est: sin vero crassus, grumosus ac nigricans, simulque pars qua dam thoracis dolitet, è thorace. Per omnes autem expuitiones cruentas etiam atque etiam animadvertendum, num sanguis nuper fluxerit è naribus: illinc siquidem saepe in fauces relabitur, interdum in pulmones aut in ventriculum, sed qui postea grumosus evadat atque crescat. [Fernelius.

Sputum sanguinis.

CAP. CVI.

§. 1. *Sputum sanguinis*, è pulmonibus præsertim, curat semen hyoscyami mixtum pectoralibus & adstringentibus in tabulis. vide Platerum in praxis & observationibus.

§. 2. Si vero copiosus fertur sanguis, efficacius adstringendum. ℞. Aquæ radice urticæ majoris (diligenter parandæ & asservandę) unc. tres ad sex. Olei vitrioli q. s. ad mediocrem acotem. M. & detur frigide. Vel ℞. Olei vitrioli scrup. semis. Aqua plantaginis unc. tres. M. Hoc subito sanguinem à pulmone sistit. Sed cave guttur exulceratum sit.

§. 3. Ei, qui ex alto cecidit, febrim accedere, signum est, putrescere sanguinem vasis effusum. Quo casu vena quidem recte secatur: nihil melius tamen aqua benedicta, si cum chærefolii aqua propinetur, Febrim quippe & inflammationem subito tollit, ac totum corpus ab impuritatibus liberat. Potest eadem exhiberi, etsi nulla adhucdum febris adsit, & quidem statim ab initio. Facit enim, ut ne febres facile succedant.

§. 4. A vomitu statim exhibeantur, quæ sanguinem coagulatum dissolvant. Qualia sunt, essentia sanguinis hirci, lupi, mumix: imprimis vero oculi cancri, aut ex iis magisterium. Carbores itidem tilię ad drachmam vel alteram in aqua chærefolii vel aceto dati: vel ipsum chærefolium detur in cibis.

§. 5. In casu multum prodest ex his iste pulvis. ℞. Carbonum tiliæ, oculorum cancri, herbę chærefolii, ana. F. pulvis. Dosis drachmę duæ in aceto.

§. 6. Diaphoreticum in peracutis, vel quę alia aqua theriacalis, ut & spiritus tartari, singulare hoc in casu est, si sudores provocentur. Hi enim admodum necessarii sunt, & externis interdum promovendi.

§. 7. Si diaphoreticis nihil aut parum proficimus, corpus totum involvatur lodice immerfa vino adstringenti leviterque expressa. Hinc enim hoc casu mixtice sudores in lecto promoventur: præsertim si metus est contusionis in viscerum aliquo. Felix Wurtzizus heic mercurium præcipitatum laudat. vide sis Chi-

Chirurgię III. 8. Sunt & alii ad casum utiles pulveres descripti à practicis, quos adi.

§. 8. Est & in bellide minore singularis facultas ad omnem sanguinem coagulatum non tantum resolvendum, sed & per insensibilem transpirationem educendum: præsertim si extractum ejus vel arcannum detur.

Cor morbi omne genus obsidet, maxime vero simplex intemperies, plegmone, erysipelas, omnisque præter naturam tumor, ulcus quoque ac vulnus, sed hæc sane rarius. Cerebrius autem atque proprie venenatus humor, qui tota substantia est insensus vitali robori. Intemperies omnis vires dissolvit, corpusque languidum reddit, quod sub hac vitalis calor ac spiritus laboreet, cujus affectus & offensa in omne corpus redundat. Calidæ intemperici signa sunt, pulsus frequens & velox ac interdum magnus: similis quoque respiratio, febris plerumque comes & exspiratio calida. Frigidæ intemperiei contraria adsunt omnia. Humidæ pulsus plenus est, mollis & languidus. Sicca exilis, tensus ac durus. Cordis autem intemperies que jam multum increverit, manifeste paritib. quoque similaribus inuritur, quæ principi consentientes supra modum incalescunt vel inarescunt, vel frigescunt, vel multo humore madent, dum pedetentim mors obrepit. Reliquos cordis affectus incipientes quidem nosse difficillimum, invalescentes vero facile, qui & antequam conspicui sint, syncopis magnis frequentesque inserunt, quibus fere repenina mors comes assistit, sitque quod ab Hippocrate liceris prodium est, Qui sæpe & vehementer sine causa manifesta deficiunt, ij derepente moriuntur. Vulneca cordi inflicta, que non alte in ventriculos penetrant, non proinus interimunt: & in quodam qui sensum conturbescens & liquefcens de medio tandem sublatus est, iria

ulcera in corde reperi non parum cava & sordida, multo ante jam tempore contracta. [Fernelius,

CORDIS AFFECTVS.

Ulcus & erysipelas.

CAP. CVII.

§.1. *Ulcera cordis, ejuſque eryſipelata, incurabilia ſunt.*

Quæ hinc præcipue naſcuntur ſymptomata ſunt, ſyncope & cordis palpitatio. Syncope præceps eſt virium lapſus. In hac pulſus aut nullus eſt, aut extremæ rarus & obſcurus, corporis ſumma frigent, tempora, cervix & thorax frigido ſudore madent, facies pallet, totumque corpus quaſi eneruatum jacet, mens omniſque ſenſus deficit. Syncopeſ autem inferunt cordis affectus omnes, præter ſimplicem intemperiem, ſæua animi parhæmata, ut timor grauis, voluptas maxima interdum & mæſtitia foris. Dolor atrocis, labor, inedia, vacuatio immodica & quæcunque calorem natiuum ſpiritusque diſſoluunt atque diripiunt: cuiuſmodi cauſæ ſunt, febres magna & ardenſes & maligna quantis. Omnis vero que in os ventriculi (quod eximi) ſenſus eſt & cordi vicinum in primisque conſeniens) incidit grauis offenſa, in eam ſyncopeſ conſicit quam ſtomachicam vocitant. Idem præſtat & inflammatio, & eryſipelas, & à bite compunctio, & venenatus humor ſiue illic in hæreſcit, ſiue in crure vel in bubone, vel in utero, vel in inteſtinis, vel in quouis viſcere concluſus terrum de ſe vaporem in os ipſum ventriculi aut in cor eruat exhalatque.

Lipothymia.

CAP. CVIII.

§.1. *Lipothymiam ſolunt, quæ aut naribus adhibentur, aut per os infunduntur. Prioris generis ſunt acetum ſambucinum rutaceum, caryophylleum: aqua cinamomi: oleum ſuccini albi: baſſamus caryophyllo-*

phyllorum, cinamomi, rutæ. Sic ambra & moſchus feliciter lipothymias tollunt, præſertim in vitis Poſterioris autem generis præcipue ſpiritus corallorum eſt. de quo vide notas ad Crollium.

§.2. *Lipothymia ſi à ſtomacho eſt, profunt vomitivum & confortantia, ut zedoariæ oleum, vinum & extractum, eſſentia meliſſæ cū ſpiritu vini & aliquot guttis olei juniperi. Hæc enim è ventriculo pituitam craſſam educit. Confer mihi dicta cap. 1. 12.*

Syncope.

CAP. CIX.

§.1. *Syncopen curant meliſſæ folia & flores, ſi inſuantur ſacculo, & iſ ſpiritu vini conſperſus calide applicetur mammillæ dextræ.*

§.2. *Aqua ſimul perlarum exhibeatur. ꝛ. Aquarum quatuor cordialium ana unc. duas. Aqua Langii, ſacchari perlati, ana uuciam. Magiſteri perlarum drach. ſemis. Succini albi ſuper mammore lævigati ſcrup. duos. M. detur cochlear ſemis.*

Cordis palpitatio immoderata eſt concuſſio vehementi diſtole atque ſyſtole moleſta. Huius tanta vis eſt ut ſepe ſit animadverſa thoracis vicinas coſtas eſtrefreſſiſſe. Sæpe & eas que ſupra mammam ſunt de propria ſede depulſiſſe: ſepe etiam arteriam foras dilataſſe in aneurysina contracti pugni magnitudine, in quo & tactu & viſu conſpicua erat pulſatio. Ita quidem affecto corde arteria omnes vehementius pulſant ac interdum dilatantur, præcipue vero que ſupra jugulum ſunt. Nonnunquam ac præſertim in quiete intermittit hoc ſymptoma, ſed vehementer exaſperatur immodica exercitatione. æſtu, balneis, venere, crapula meracioris vino & excandefcentia. Huius cauſam omnem veteres vel in ſanguinis exuperantiam reuulerunt, vel in humorem copioſiorem pericardio inſiſcunt. Cæterum in iis quos modo exempli gratia recensui,

phyllo-

palpitationem em peperit reitorrida bilis, quæ alias sponte vacuari consueverat, in arterias effusa. Hanc in duobus qui à valida pile exercitatione repentina morte sublatis sunt, illic deprehendimus in tophi nigri specie concrevisse. In cæteris verò causam animadvertimus bilem esse perassatam, interdum in præcordiis, sæpius in liene congestam. Quamobrem in hoc symptoma plurimum propensi sunt qui hypochondriaca melancholia laborant, & quibus lien bilis atra copia turgescit. In his etiam circa lienem & pæcreas conspicua & mota percipiuntur arteria palpitatione: ex eoque loco per arterias quibus multis lien perfusus est, rarer atæque vapor prompte in cor vicinum subit, cuius vi & malignitate irritatum, vehementiori pulsatione nititur quod noxium est excutere: haud secus atque cerebrum in epilepsia. Ne quam autem confusionis obscuritatem pariat longior ac male distincta rerum productio, partium quæ supra diaphragma sunt morbos hoc libro concludam, reliquos qui sub diaphragmate consistunt, in proximum relaturus. [Fernelius.

Palpitatio.

CAP. CX.

§ 1. Palpitationem cordis, à quacunque causa fuerit profecta, memorabili facultate curat lapis bezoar genuinus, si ejus grana duo vel tria cum magisterii perlarum & corallorum ana granis sex quotidie, usque ad remissionem morbi, exhibeantur in aqua cinamomi vel cordiali composita.

§ 2. Exterius applicentur inunctiones ex balsamis cordialibus, & epithemata tum calida tum frigida.

§ 3. Inveteratam penitus aufert mumia hominis sani, aliquoties ex aqua cinamomi vel theriacali Crollii sumta: ut & theriacalis camphorata Crollii, vel liquor margaritarum cum spiritu guajaci præparatus, vel oleum cinamomi in rotulis.

Vermi-

Vermiculi in corde aut capsula ejus.

CAP. CXI.

§ 1. Vermiculos & in corde & in capsula ejus gigni, extra dubium est. Morbus hic virginibus familiaris est. Cognoscitur tum ex puncturis & doloribus cordis, tum ex lumbricis excretis vel non excretis. Signum diagnosticum est convulsio.

§ 2. In curando nihil aut parum possunt cordialia, sive vulgaria, calida aut frigida sive specifica fuerint. Initio, antequam convulsionem adint, aliquid potest lapis bezoar, si cum sale tanaceti aut dictamni cretici vulgarisve sumitur dosi gr. quatuor ad octo.

§ 3. Cura specifica est talis. Expurgentur primo lumbrici per hoc. ꝛ. Mercurii vivi purgati & mortificati cum saliva jejuni vel succo limonum temperati usque ad scrupulum. Conservæ rosarum unciam femis. Benzoes pulveratæ gr. duo. Quod si quis ipsum assumere reformidet, solummodo drachmam vel duas infundat aquæ frigidæ per noctem, & defundat mane, bibatque. Vel aquam ex cepis alliove distillatam ad unc. duas vel tres sumat. Hæc enim lumbricos certo, si non expellit, saltem interficit.

§ 4. Lumbricis quidem excretis, sed convulsionem paroxysmis recurrentibus (quod certissimum signum vermiculi cordialis deprehenditur) extracta specifica exhibeantur, ut allii, raphani sylvestris, & nasturtii aquatici, singulorum pondere unius scrupuli, ex brodio vel jusculo, in quo raphanus sylvestris fuerit præmaceratus. Ab hac cura citissime curantur. Extracta si ad manum non sunt, omnium succi & parimentura miscantur, & cochlearia duo aut tria dentur omni mane. Sed & idem præstant eorundem sales rite parati.

Venena.

CAP. CXII.

§ 1. Venenorum præservationem & curationem quod attinet, de iis diligenter notentur, quæ Crollius habet. neque enim efficaciora antidota dantur.

§ 2. *Balsamus vite* Lichtenackeri, & *bezoardicum minerale solare* meum plurimum valent: ut & *marrhozes radix*, ex Indiis nuper allata.

MAMMILLARVM AFFECTVS.

inflammatio.

CAP. CXIII.

§ 1. Inflammationem *mamillarum* præcipue sedant *epithemata*. Cujusmodi est, quod ex thure & myrrha coctis in aceto & vino tepide applicatur. Cui, si dolor est vehementior, addantur laudani opiati gr. duo ad quatuor. Sic enim prosperius inflammationes incipientes tollit.

§ 2. *Vernix* præparata & emplastri modo applicata non modo inflammationem tollit, sed & abscessum prohibet.

§ 3. *Cicuta* solummodo contusa inflammationem à copia lactis ita sedat, ut suppurari non sinat.

§ 4. Ex *internis* subitam auxilium ferunt *specula pavonis*, sive extrema pennarum caudæ. Habent enim signaturam mammarum. Eorum tria aut quatuor minutissime conscissa & ex aqua menthæ potæ statim possunt.

Abscessus.

CAP. CXIV.

§ 1. Abscessibus *mammarum* adhibeantur primo discutientia, deinde maturantia.

§ 2. Ulcera facilius non curantur, quam oleo nucis juglandis expresso atque leniter in sartagine inspissato ac eum turundis applicato.

§ 3. Præ-

§ 3. Præstantissimus est *balsamus sulphuris* Rulandi. de qua vide sit Cent. 1. 29. ℥. Sulphuris aut florum ejus unc. duas. Olei papaveris expressi libram. Vini boni unc. tres. Macera per octiduum leni igne, aliquoties movendo. Postea fac bullire super igne carbonum lenissimo, donec vinum consumptum sit, semper movendo. Tandem cola per laneum, & serva.

§ 4. Balsamo illito imponatur *emplastrum diasulphuris*. ℥. Balsami sulphuris unc. tres. Cerae unc. semis. Colophonix drach. tres. Myrrhæ ad pondus omnium. Cerae & colophonix oleoque liquefactis paulatim inspergatur myrrha subtilissime trita, igneque leni coquantur, semper spatula agitando, donec bene fuerint permixta: tum depone ab igne.

Cancer.

CAP. CXV.

§ 1. Cancer *mamillarum* plerumque mensium obstructiones sequitur. Quod si aliunde ortum habuerit, deterior suppressis menstruis evadit.

§ 2. Non exulceratum satius est intactum relinquere. Dum enim nihil profici auxiliis potest, malum exasperatur. Mitius fit, si menses natura vel medicamentis revocati redeant.

§ 3. Curatio inchoanda ab his, quæ corpus cacochymum purgent. In his præstant specificum purgandi Paracelsi, & mercurius dulcis. Sed & alia melanagoga cum chymicatum vulgaria esse ex usu queunt.

§ 4. *Ulceratio* quæ curatio debeatur, ubi de *cancro* in genere, dicetur.

Lactis luxuria & caseatio.

CAP. CXVI.

§ 1. *Lactis luxuriam*, ut & *caseationem*,

N

cicuta vel menta contusa & imposita tollit. Quæ curatio quia fluentibus menstruis est prosperior, operam dari postulat, ut natura vel arte eant.

Lactis penuria.

CAP. CXVII.

§. 1. Lactis penuria succutrit fœniculum sapius comestum. Quin & fœniculi radix gestata.

§. 2. Singulari vero facultate lac augere deprehenditur crystallus mineralis, si in subtilissimum pulverem redactus pondere scrupuli semis vel integri aliquoties ex aqua aut lacte detur, cui vel herba ipsa vel semen fœniculi sit incoctum.

Fissura.

CAP. CXVIII.

§. 1. Fissuras papillarum consolidat pinguedo illa, quam è cochlearibus culinariis elicere docuit cap.

69. 1. Idem facit pomatum ex pinguedine capi.

O œsophagus cibi potusque viararo morbis tenetur, quod in eo nihil quod perlabitur diutius moretur aut tardet. At interdum vel intemperies. vel tumor aliquis præter naturam obstruens, isque modo frigidus, modo inflammationis pariceps, nonnunquam & ulcus male afficit. His omnibus devorandi actio præpediur, sed quodam discrimine. Quum simplex est intemperies, esculenta potulentiaque tardè delabuntur, toto œsophago aquabiliter affecto sine ullo angustia dolorisve sensu: quod iis etiam commune est qui nausea fastidioque cibi vix devolare queunt. Verum si scirrhus aliisve præter naturam tumor duras ac frigidus œsophagi viam intercludat, sive is in œsophago, sive in cervice extuberet, difficilis quoque ac tardus transitus est sed cum parvis cujusdam angustia. Quum verò phlegmone inhaerescit, præter vorandi tarditatem & loci angustiam, dolor quoque lancinans excruciat,

excruciat, cum calore, siti magna & febre. Hinc tempore pus vel screatu vel vomitione exit. Ulcus tandem his accedit, à quo dolor in affecta parte acerbior evadit, qui mirum in modum exacuiur, si vel acre, vel salsum, vel acidum, vel acerbum quippiam voratur. Omnis porrò œsophagi dolor in dorsi spinam incumbit, in quam gula quoque reclinat & adherescit.

Similibus quoque affectibus os ventriculi tentatur, quos & iisdem licet nois deprehendere: præterea vero & mentis alienatione ob eos nervos quos è sexta cerebri conjugatione suscipit. Mulierem vidi gravidam cui tuberculo duro eoque ingenti ita os ventriculi obturabatur, ut quicquid indebatur atque ventriculi ore mox remearet atque redderetur. Sic astantium omnium iudicio nihil obvi potuisse bimestri tempore vel conatu maximo ea voravit. Tandem morbo, desipientia febreque confecta decessit edito parvi quævis viæ superstitem reliquit.] Fernelius.

VENTRICULI AFFECTUS.

Angustia stomachi.

CAP. CXIX.

§. 1. Angustia stomachi conjuncta deglutiendi difficultas est. In hac curanda antecellit rob. nucum. In cujus uncia si salis gemmar gr. sex ad decem summum solvantur, & tæpe ejus aliquid deglutiatur, omnem hanc difficultatem tollit, sive sit morbus ipse, sive symptoma.

§. 2. Quod si scirrhus hanc difficultatem faciat, emplastrum ex succo cicutæ & oleo chamæmelino ac cera factum & cordi impositum ac gestatum diutius, scirrhum resolvit. Quod si nihilominus maneat deglutiendi difficultas, rob nucum temperatum, ut

dixi, absolvit quod reliquum. Confer ad Cardanum & Hildanum.

Laxitas stomachi.

CAP. CXX.

§. 1. Flacciditatem stomachi, sese à sumpto cibo claudere non valentis, corrigunt confectio anisi, fœniculi, coriandri, vel ante cibum sumptæ tabulæ ex speciebus diatriumpiperum. Optimum vero est oleum piperis.

§. 2. Purgantia hic locum non habent.

§. 3. Extus cordi adhiberi in sacculo potest basilicum majus.

Ulcus sive ex abscessu derelictum est, sive ex assumpto caustico aut septico medicamento, sive ex humore qui simili facultate polleat eò se infigente. prorsus exitiale censetur: quemadmodum & omnis corruptio & labes qua illi ex toxico aut ex venenata portione iniuriur. Dolor quidem plerumque subest, interdum tamen & sine dolore natum clanculum serpiit. Alui dejectio aut vomitio fatigat, quum præsertim ex aliena qualitate inducitur. Febris lenta eaque assidua laborantem conficit, tum pulsu crebro ac frequenti: apparentia, concoctio omnisque ventriculi functio languet, corpus malè alitur sensimque liquefcit dum tandem infusio calore pabuloque deficiente vita privetur. [Fernelius.

Ulcera.

CAP. CXXI

§. 1. Ulcera ventriculi difficulter curantur: ideoque providentia naturæ ratio occurrunt.

In ventriculi morbis numerantur intemperies tum simplex tum qua humoris particeps est: inflammatio hunc raro exercet, rarius abscessus, aliquando tamen

tamen ulcus. Quum intemperies calidior est, suis est diuturna, qua expleri nequit: cibi potusque frigidi appetentia ejusque facilis concoctio: frigidis tum sumptis. tum admotis ventriculus juvatur recreaturque: meraco vino & quovis potu ciboque calido offenditur ac plurimum exæstuat editque ructus nidorosos. Quòd si humor præterea calidus biliosusque redundans, his insuper notis accedit nausea, oris amator, cibi fastidium, & rossonis cujusdam sensus. Frigidam ventriculi intemperiem testantur, suis nulla, cibi potusque calidi desiderium, tarda concoctio, frigidis tum sumptis tum admotis offensio, horror, perfrigeratio, & ructus acidus. Atque si humor crassus frigidusque qualis pituitosus inhaerescit, gravitatis cujusdam sensus ventriculum premit, sine ipsius demorsu, sine oris amarore: adhuc nausea, languor atque dissolutio. Humidum ventriculum delectat ac firmiorem reddit cibi solidioris sicciisque usus: at immoderati potus humidiorisque cibi copia hunc ita obviundit, ut quasi dissolutus languascat: atque si pariter humor aquosus multus innatat, aut ventriculi tunicis impactus est, saliva multa in os exurgit, qua frequentem expulsiorem sine tussi promovet. Ventriculi siccitatem comitatur potus humidiorisque cibi appetentia usisque facilis ac jucundus, solidioris sicciisque cibi radium difficilisque concoctio, sed nulla erosio, nulla gravitas, nulla denique nausea aut vomitio. [Fernelius.

Intemperies.

CAP. CXXII.

§. 1. Intemperies ventriculi cum humore, sive à causa frigida sive à calida sit, corrigi præmissa leni vomitione debet. Sic enim ex ea vix unquam non gigni solitam saburram facilius exterminamus, quam si purgantibus per inferiora utamur. Quin &

ista ratione melius tum plicæ ventriculo adhaerens humor detergitur, tum intemperies, modo nec innata sit, nec admodum inveterata corrigitur.

§. 2. Si humor nullus accessit, quamquam non sit à ratione absonum, si ferre possunt, vomitum imperate, præstat tamen ab eo abstinere. Turtius enim progredimur ad leviter purgantia: pulverem putridiæ laxativum, extractum mechoacanæ, panchymagogon vegetabile, mercurium dulcem.

§. 3. His præmissis exhibenda sunt *confortantia specifica*. Inter hæc, & in intemperie, tam calida quam frigida, præstat spir. vitr. acidus, inprimis veneris, de quo in notis ad Crollium.

§. 4. Præstantior semper tamen deprehensus est spir. vitr. philosophicus, horis duabus ante partum sine motu, vel una cum motu exhibitus convenienti vehiculo, & quidem prævalente caliditate, cum tinctura rosarum vel extracto aut, quod melius, arcano centaurii minoris: prædominante vero frigiditate, cum extracto calami aromatici aut zedoaria, vel vino apsinthite aliove quo generoso.

§. 5. In senibus, præsertim pituitosis & catarrhois, essentia melissæ aut pulegii cum spiritu vini extracta multum, imo plurimum potest, si quotidie ejus cochlear sumatur. Utraque tamen essentia interdum, antequam offeratur, fortificanda est particulis aliquot calami aromatici conditi aut olei juniperi guttis duabus tribusve. Sic enim pituita egregie dissolvitur.

§. 6. Quod si spir. vitr. philosophicus essentis istis admiscetur aliquot guttis curationem facit feliciorem.

Inflammatio

Inflammatio autem qua in ventriculi substantiam invadit, originem habet è sanguine per venas quibus alitur è poris jecoris derivatas, immoderatus inter illius membranas effuso. Ingens ex partium divulsione dolor excitatur atque tumor, atque is contactu maxime interdum & visu conspicuus. Hic purefcente sanguine vehementer lancinat, quod pars affecta eximio sensu prædita sit: febris ardentissima, magna corporis jactatio & inquietudo, suis inexpleta: assidua ingestorum aut vomitio aut dejectio, nisi quum forte ejus osculum aut pylorus obsidetur, his quippe coarctatis nihil elabitur: animi frequens exolutio: vigilia & plerumque deliria. Hinc plurimum affinis est inflammatio que vel summum jecoris lobum quo ventriculus obtegitur, vel incumbentem illi abdominis regionem occupat. Tumor enim promittens & circumscriptus cum dolore in ventriculi sui inest, & febris & suis & reliquarum notarum plurima: ut proinde vel experientissimos medicos interdum fallat. Distinguitur sola symptomatum vehementia & pernicie: quandoquidem in ventriculum omnium sevisima incidunt.

Abscessus si forte insequitur, non foras quemadmodum qui in abdomine est, sed vel in ipsum abdominis spatium, vel in ventriculi cavum pus eriscat, aut vomitu aut dejectione conspicuum. [Fernelius:

Inflammatio.

CAP. CXXIII.

§. 1. *Inflammatio ventriculi, sive oris, sive ipsius, brevissime sanatur lapide prunella, si ejus scrupulus unus vel alter dissolvatur in aqua menthæ vel cichorii vel apsinthii, & sæpius pitillando sorpta deglutatur.*

§. 2. *Idem, & certius, præstat spiritus saturni.*

si una alteravegutta ejus ex hac aut illa, quam nominavi, aqua offeratur. Vitandus tamen frequenter ejus usus est. Notum quippe, quam sit.

Frigida saturno non bene juncta Venus.

Imbecillitas.

CAP. CXXIV.

§. 1. Imbecillitati *ventriculi* ante omnia convenit adhibere *vomitivum* ex vitriolo albo aut extracto ellebori. A quibus si ager abhorreat, detur dosis mercurii. Quo facto, ventriculus tam adsumptis, quam admotis roborandus: repetita tamen sæpius ægri evacuatione.

§. 2. Inter ea, quæ assumuntur, vulgaria inprimis sunt, species aromatici rosati, diarrhodon abbatis, rosatæ novellæ, diagalangæ, diacalaminthæ: conservæ menthæ crispæ, apsinthii cum pontici tum romani, rosarum: myrobalani & nuces moschatæ conditæ: pulvis aronis, Quercetani, aliaque multa, apud praticos requirenda.

§. 3. Pro potu ordinario prodest vinum apsinthii, inprimis tempore verno præparatus. Pro eo misceri etiam familiari potui spiritus apsinthii potest.

§. 4. Assumatur quoque cremor tartari sæpius, & interdum spir. vitr. Aut destilletur aqua vitæ ex vino malvatico aut alio generoso, in cujus libris duabus præmaceratus fuerit pulegii siccati fescuimani pulvis. Ejus cochlearia duo exhibeantur cum olei vitr. rot guttis, quot ad gratum acotem requiruntur. Quo assumpto se aut in loco calido contineat, aut exerceat ager, ut incalescat ad sudorem usque.

§. 5. Prodest etiam subinde assumere cochlear *sirupi* è canella aut *caryophyllis*. ℞. Cinamomi, aut caryo-

caryophyllorum, fescuilibræ. Contunde & affunde vini generosissimi libras tres. Stent in cineribus calidis per triduum. Deinde, ubi leniter ebullierint, cola. Colaturæ adde partes æquas sacchari albi, & f. a. sirupus.

Cruditæ.

CAP. CXXV.

§. 1. Cruditatem *ventriculi*, si ætas & vires suadent, aufert *vomitus*, aqua stillatitia nucum & raphani cum pauxillo aquæ benedictæ procuratus.

§. 2. Deinde aliquamdiu vel ante cœnam vel post mediam noctem dentur aut vulgares pilulæ aloeticæ cum extracto myrrhæ, vel balsamus aloeticus, ad drachmam vel duas. Ex his enim ventriculus & purgatur & roboratur. Vel ℞. Aloes succo rosarum septies lotæ partes duas. Rhabarbari optimi & myrobalanorum emblicarum ana partem unam. M. f. massa: ex quad etur drachma semis hora ante prandium.

§. 3. Deinde offerantur, quæ ventriculum tantum corroborent. Cujuscemodi intus quidem sumenda sunt omnia acida, nominatim vero spiritus vitrioli philosophicus cum conserva rosarum, acetosellæ, menthæ, similibus mixtus. Senibus multum prodest essentia melissæ aut pulegij. Coctionem quippe tam ablatam aut viciatam, quam tardam in ipsis mirifice juvat. Qua in re etiam præstans est oleum mastichinum, si ejus guttæ duæ vel quatuor in convenienti liquore, vel vino, aliove quo composito exhibeantur.

§. 4. Vel sumat à pastu pugillum hujus *pulveris*. ℞. Spec. diatrium santalorum sine camphora, diarrhodon abbatis confectionis fœniculi, & carei, ana semunciam. Glycyrrhizæ, cubearum, ana drach

drach. duas. Nucis moschatæ scrup. quatuor. Acori scrup. duos. Macis scrupulum. Caryophyllorum scrup. semis. M. f. pulvis.

§. 5. Quæ vero singulariter commendantur, tria sunt. In quibus primum est *Sal ammoniacus depuratus*. ℞. Salis ammoniaci bene triti & limaturæ martis ana libram. Misce diligenter & ex cucurbita vel retorta in arena sublima, aucto in fine igne, ut quod purum est, ascendat in collum retortæ vel cucurbitæ, sæces vero cum limatura in fundo remaneant. Quod sublimatum est, iterum per se sublima. Hujus sublimati & salis communis decrepitati ac fusi ana partes æquales tere simul & sublima. Atque hoc fac septies, semper abjiciendo caput mortuum & sublimato partem salis decrepitati quantitatem addendo: eritque specificum præparatum: Cujus gr. tria vel quatuor in vino apsinthite vel decocto lassastras per aliquot dies continuos propinata, ita tamen ut sudor à sumto medicamento promoveatur, ventriculum perfecte curant. Optimum autem, ut ante hujus usum tum ventriculus, tum reliquum corpus ab omnibus impuritatibus sit liberum.

§. 6. Alterum est *aqua stomachica*. ℞. Galangæ unc. tres. Nucis moschatæ, caryophyllorum, cubebatum, ana sesquunciam. Cinamomi, macis, zedoariæ, granorum paradisi, ana unciam. Piperis longi drach. sex. Florum tunicæ, rosarum rubrarum, buglossæ, menthæ, ana manipulum. Herb. menthæ, pulegij, apsinthij utriusque ana sesquimanip. Tritis terendis & confractis confringendis adde medullæ panis tritici uncias decem. Deinde matracio vitreo inditis affunde vini optimi ad duos digitos. Digere per octiduum. Deinde adde emulsi ex amygdalis lib. semis, Mellis opt. unc. tres. Distilla ex B,

ex B. ad siccitatem. Hujus aquæ cochlearia duo in quavis ventriculi imbecillitate propinantur.

§. 7. Tertium est *balsamus fœniculi*. ℞. Extracti sem. fœniculi cum spiritu vini unc. duas. Cera albæ aut mannæ calabrinæ unc. semis. Salis fœniculi sesquidrach. M. super igne leni, ut fiat massa. Cui adde olei fœniculi drach. tres aut quatuor. M. & serva. Dosis à scrupulo semis ad integrum, cum aqua rosatum aut menthæ.

§. 8. *Exterius ventriculus mungatur* oleo mastiches stillatio. Post inunctionem applicetur vel ceratum stomachicum Galeni, vel emplastrum pro stomacho, aut è mastiche, aut, quod omnibus præstat cacamahaca super alutam extensa.

§. 9. Vel præcordiis inunctis applicetur *sacculus* ex apsinthio, mentha, pulegio, & gestetur continuo.

§. 10. *Scutum stomachale* ℞. Styracis calamitæ sesquidrachmam. Olei macis, menthæ, apsinthij, ana drachnam. Pulveris caryophyllorum, macis ana scrupulum. F. s. a. massa, quæ inducatur alutæ & tegatur syndone rubro, & præcordiis imponatur pro scuto stomachali, sed prius inunctis hoc *linimento*. Olei mastichini drach. sex: apsinthij, menthæ, ana semunciam: juniperini drachmam. Pulv. castorei drach. duas: nucis moschatæ drachmam: caryophyllorum drach. semis: zedoariæ grana tria M. f. linimentum.

§. 11. *Inunctiones* fiant ex oleo apsinthij, mastiches, menthæ: iisque, in ditionibus, distillatione: in pauperibus, expressione aut coctione præparatis.

§. 12. Si vero, ut sæpissime & tantum non semper fit, hepar est calidum, & periculum imminet, ne dum

uni medemur, alteri nocemus, ventriculo quidem calida offerantur, hepatis vero refrigerantia applicentur, quibus fantali, trochisci è camphora, similiaque sint admixta.

Fluctuatio.

CAP. CXXVI.

§. 1. Fluctuatio *ventriculi* eandem cum ructu curationem habet. Laudantur præterea, essentia coriandri ante pastum, oleum cymini, & corticum aurantiorum.

§. 2. Hippocrates: venter diu inflatus minatur tympanicidem.

Inflatio.

CAP. CXXVII.

§. 1. Inflationi ventriculi, præmissis præmittendis, prodest balsamus vel oleum feniculi, si guttis aliquot inconvenienti vehiculo exhibentur. Idem & efficacius præstat oleum carei, si assumitur, vel cordi illinitur: præsertim si simul præcordiis *epithema* ex carminativis applicatur.

§. 2. Plurimum vero potest antimonium diaphoreticum, eiusve flos albus fixus, si aliquoties singulis diebus in aqua feniculi detur. Etenim specifica quadam proprietate jvant: ac magis, si aliquantum ab iis sumtis sudor provocerut. Non minoris virtutis est diaphoreticum in peracutis, seu mixtura simplex, semel atque iterum in vino apsinthite sumtum.

Ventriculum porrò dolor exercet plerumque immanis, cujus causa aut status est in illius capacitate coarctatus nimio pere distendens haud secus atque in colico dolore, aut humoribus acer & mordax tunnicis impactus, aut humor præter naturam aut vlcus. Intemperies vero sola dolorem vix insiguit. Indoles-

cit & nonnunquam ventriculus incubantium viscerum tumore, aut humorum decumbentium copia: atque hic etiam dolor contractu pressuque exacuitur. Cause his notis internoscendæ quas in aliis jam sæpe recensui [Fernelius.

Dolor.

CAP. CXXVIII.

§. 1. Dolores *ventriculi* oleum è mastiche, aut chamæmeli sapphirinum (de quo cap. cxxxvii. 3.) guttis aliquot datum in sirupo dialthææ vel conserva rosarum, oxalidis, acetosellæ, menthæ. Si à causa frigida est, oleum cinamomi aut zedoariæ confert.

§. 2. Extus foveatur ventriculus floribus chamæmeli frixis & sæpius renovatis.

§. 3. Quod si ab istis omnibus parum levaminis obtigerit, iusta suspicio est latere quid in ventriculo. Hoc igitur per vomitum ablato, deinceps restaurare ventriculum oportet pilula una vel altera ex olibani lacryma.

Singultus convulsivus est ventriculi motus, quoque in proprium corpus impacta sunt excutere conatur. Sæpius autem ex intervallis ut & iussis repetit, dum quod molestum est extundat. Hunc perinde atque convulsionem vel ab inanitione vel à repletionem fieri censuit Hippocrates. Ab inanitione quidem ut ab immoderato sanguinis effluvio, & ab immodica purgatione. A repletionem ut pueris & iis qui crapula addicti sunt: ut etiam quum vel piper voratum est, vel bilis vel aliud quidvis acre & mordax in tunnicas ventriculi sese penitus infixit: id quippe ventriculis interdum singultu, interdum & sternutamento, quod plerumq; a singultu liberat, disicere contendit.

Hæ singultus causæ tradi solent, præter quas tamen & aliæ graviores existunt, Et enina sæpe vapor malignus in os ventris effusus deteriorem quam quivis humor acer & mordax singultum inflixit, quatem sæpissime comperimus malignis & pestilentibus febribus atque etiam jecoris inflammationi supervenire, & maxime quum spes in angusto posita est & cor morbi malignitate obruitur. Sed & quæ extrinsecus os ventriculi premunt, singultum ingenerant. Quidam tres continuos menses singultu vexatus nullis consuetis remediis ante potuit expediri, quam costæ extremum, quod tunc primum deprehensum est contorqueri, altiusque in ventriculum nullo sensu doloris insigi, blandæ ac mollior erectum sit. Confestim namque singultus affligere desit: qui tamen repetebat quoties costam denuo incurvescere contigisset. In aliis dein non paucis eandem sæpè singultus causam agnovi. [Fernelius.

Singultus.

CAP. CXXIX.

§. 1. Singultui assumtu conducunt bolus armenia, terra sigillata vel filesiaca, lapis bezoar orientalis verus, oleum cymini.

§. 2. Applicatur vero emplastrum è crusta panis, aut baccis lauri, aut quod simile. Vel hoc epithema. Cineres quernos vino malvatico tempera, & super lanæum extende, atque ventriculo applica: sæpius, si opus, repetita cinerum madefactione.

§. 3. Extemporaneum remedium est thoracis compressio. *Dihe ob die hosen vvol gebunden.*

§. 4. Singultus à repletionem, curatur vomitu.

Ructus strivusque vel sursum erumpens vel intus cum rugitu strepituve conclusus, omnis denique ventriculi flatulenta distensio cruditatis, soboles est, atque

que isdem ex causis originem habet, maxime vero ex cibo statulento & ex immoderato fluctuanteque potu: præsertim quum bilis flava vel atra ventriculo substernitur, ut in hypochondriaca melancholia: tunc enim liquidi statulenti que cibi pars maximè concoctione calorisque vi successit in statum. Quam autem tum flatus tum cruditatis causa præcipue subsit, ex iis notis intelligitur quæ ventriculi demonstrant affectus. [Fernelius.

Ructus.

CAP. CXXX.

§. 1. Ructibus sedandis vulgo commendatur vinum apsinthites. Plus præstant tamen apsinthij spiritus sal. arcanum.

§. 2. Si ructus fuerint fœtidi & nidorosi, in primis vero æruginosi, primum subsidium peti à vomitu debet, ilque procurari per aquam benedictam cum aqua anisi, fœniculi, menthæ. Sic enim oportet saburram ventriculi eliminare, cumque cruditate liberare.

§. 3. Quo vero minus deinceps molesti sint ructus, post vomitum sufficit illa vel sola vel præcipue sumere, quæ ex apsinthio fieri diximus.

Ventriculus porrò ut cibi promptuarium est & prima coctionis officina, aliis rursum symptomatis premitur, quæ hæc fere sunt: cruditas, bradypepsia, vitiosa concoctio, ructus, rugitus, inflatio, singultus, nausea, vomitus tum simplex tum cruentus, cholera, dolor. Cruditas coctionis est privatio, bradypepsia tarda difficultisque concoctio. Harum causæ sola vi & magnitudine distant. Ex autem sunt intemperies omnis modo simplex modo ex humorum vitio: tumor præter naturam, omneque morbi genus quod ventriculi concoctionem necessario pervertit. Sæpe

etiam jecoris, lienis aut mesenterij vitia vel integrè sani ventriculi concoctionem sympathia quadam & affectus communicatione præpediunt. Sic hepaticis & quibus calidum jecur multa bile scatet, ventriculus contractu imbecillior, non tamen (quod multi prædicant) continuo frigidior evadit: quod non omnis illius imbecillitas ex intemperie frigida procedat. Sic & melancholicis & hypochondriacis & quibus cunque venter inferior abscessu aut gravi humorum vitio laborat, ventriculus male concoquit si vitiosa illa qualitate laceffitur. Crudelitatis effectrices etiam causa sunt cibi potusque exuperantia, quam naturæ calor moderari nequit: aut prava illorum qualitas quæ nec superari nec mitigari potest: aut intemperstius illorum usus, quem vel potus vel cibus novas ingeritur priore nondum confecto: aut somnus brevior, aut immoderata vigilia, aut balnea, aut exercitationes mox à cibo, quæ hujus descensum accelerant. Cibum vero corrumpit aut aliena ipsius qualitas, aut vitiosi humoris permistio, aut vitendi ordo præposterior, ut quum persica mala, fraga, alijque fructus horarij, cotoneis malis aliisque solidioribus cibus posterior eduntur. [Fernelius.]

Ablata concoctio.

CAP. CXXXI.

§. 1. Ablatam concoctionem in morbis chronicis, quibus plerumque supervenit, panis tum essentia tum oleum restituit tandem, si & cetera tam intus quam extus recte administrantur. Oleum quippe panis signatura sua repræsentat sanguinem. Neque frustra factum videtur, quod, cum cetera esculenta omnia sano creare fastidium longiore usu soleant, solus panis id faciat nemini unquam, quin sit præcipuus vitæ scipio. Ille ergo in essentiam & oleum

& oleum dulcissimum (quo natura maximè, præsertim essentificato gaudet) chymice redactus & paucissimis guttis sumptus, tantum non à vestigio in sanguinem convertitur. Unde & aptissimus est ad hominem in vita diutissime conservandum, & concoctionem paulatim reducendam.

§. 2. Sic & essentia carnis, sola ebullitione, sine aqua, in vase clauso extracta, nutritionem omnem absolvit ac pedetentim in pristinum statum ventriculi concoctionem revocat.

Imminuitur aut omnino prosternitur appetentia, cibique fastidium adest, quum corpus universum multo luxuriat alimento, nec hujus quicquam partes cateræ sugunt è ventriculo. Hic enim utili multo humore persusus alium respuit. Idem quoque obtingit, quum os ventriculi pingui adipe, aut per morbos humore lenio aut aliter vitioso obiunditur. Sæpe quidem fit ut quum cibi fastidium est, gustus nihilominus (ut qui in lingua consistat) integer permaneat & rectè diiudicet. [Fernelius.]

Inappetentia & fastidium.

CAP. CXXXII.

§. 1. Inappetentia & fastidium cum fiant vitio acidi in ventriculo consopiti, excitari hoc acidis postulant. Quo in genere sic auxiliatur spiritus vitrioli philosophicus, ut ejus effectus satis laudari nequeat. Exhiberi autem debet in aqua menthæ, acetosæ, vino, brodio, aliisque convenientibus.

§. 2. Externe confert crusta panis irrorata vino malvatico & aceto ana, ac conspersa, si imbecillitas ventriculi accessit, pulvere caryophyllorum, si aliquoties calide super ventriculum ponitur.

§. 3. Idem, & in chronicis præsertim, facit unguentum ex butyro capræ & oleo caryophyllorum

Stillatio, si præcordiis inungitur. Plura vide sis cap. CXXXIX.

Pica verò & malacia quibus vitiosi alienique cibi, ut terra, caro cruda, carbones, fructus acidi & acerbissimi expetuntur, gravidas sæpe mulieres infestant, nonnunquam & viros. Tanta malacia vis est ut vir quidam nobilis edenda calcis viva desiderio jamdiu pressus, illam tandem pugni magnitudine voraverit, sique omnino recreatus, nulla ventriculi, nulla viscerum offensione. Fit autem quoties oris ventriculi tunica vitioso quodam humore vel excremento oblita sunt. cuius longa consuetudine similia etiam vitiosa expetuntur: quanquam quum ingens & morbosum jam omnino vitium inest, contrariorum appetitus urget. [Fernelius.

Pica.

CAP. CXXXIII.

§. 1. *Pica prægnantium* tam purgationem quam vomitionem respicit: quin, quæ corroborant, unice requirit. Hoc genus præcipua sunt aqua vel sal cinamomi & corticum aurantium vel citriorum cum magisterio corallorum & perlarum,

§. 2. Si res cupita denegetur, ne quid incommodi accidat fœtui, protinus bibenda prægnanti detur aqua pampinorum viris albæ sive bryoniæ.

Canina quoque vocata appetentia modo ab eisdem fit causis, modo ab humore frigido & acido, osculo ventris impacto: qui adstrictione alimenta in ventriculi fundo compellens, famem accersit. [Fernelius.

Appetentia canina.

CAP. CXXXIV.

§. 1. Appetentiam caninam facit bilis præfusa, seu succus vitriolatus nimius. Vomitus ergo imperantibus non est, ne moto humore sequatur cholera. Neque

Neque danda sunt acida, quo ne malum augeatur: §. 2. Curationem ordiri ab his oportet, quæ materiam morbi, per inferiora depurgent: extracto rhabbari puti, aut mechocanæ, vel panchymagogo vegetabili, quod singulariter heic commendatur.

§. 3. Deinde sæpius detur essentia mellissæ, spiritui vini extractæ cochlear, cum aliquot guttis olei carei.

§. 4. Vitelli ovorum aqua indurati sæpius comesti à specifica proprietate *nuvopegias* solvunt.

Bulimus autem, id est vehemens fames magnam consequitur inanitionem & alimenti penuriam ex inediis: quandoquidem exhausto pabulo pars ventriculi summa exquisitè sentiens efflagiat quod est sibi necessarium. Est enim fames ex penuria sensu oris cibi appetentia. [Fernelius.

Bulimus.

CAP. CXXXV.

§. 1. *Bulimus* est ex succi vitriolati defectu. Patitur autem os ventriculi maxime. Unde &, quæ contra ipsius passiones præscripta sunt, etiam hic locum habent. Cetera igitur si respondent, vomitum citissime humores maligni evelluntur, & vis sua ventriculo, ab impedimenti liberato, redditur.

§. 2. Quod si vomitus vel non requiritur vel non conceditur, prostratis vitibus, protinus ire ad acida vitriolata oportet. In quibus præstat spiritus vitrioli philosophicus. Qui ex vino granatorum aut sirupo limonum vel acetositate citri, aut tinctura rosarum datus aliquoties, morbum hunc perfectissime sanat.

Sitis demum est frigidi humidique potus appetentia. Hæc nulla prorsus est, quum os ventriculi humore dulci, frigido multoque perfunditur: immoderate

quum id ipsum quasi humore prorsus exhaustum inaruit, idque vel potus penuria vel magna corporis dissolutione ab astu & balneis: aut quum illius tunice vel humore salso vel calido & acri imbuta sunt, ut ex salforum ciborum & condimentorum esu, ex meracioris vini potu, maximeque per febres arden-tes. [Fernelius.

Sitis.

CAP. CXXXVI.

§. 1. Sitim, à quacunq; causa provenierit, præfertim vero in febribus, potenter restinguit lapis prunellæ, aut spir. vitrioli, ex aqua & julapio rosaceo aliove refrigerante datus.

§. 2. Sic & aqua aluminis per B. distillata, sitim & fervorem quemvis sedat.

§. 3. Peregrinantibus ætate & sole fervente conducit non bibere, etiamsi sitis urgeat. Et interim restinguendæ faciunt locustæ (*die oberste gibelgen*) prunellorum silvestrium, si ore manducatæ teneantur. Quod & facere præstat, quam quodlibet potionis genus ingerere.

§. 4. Quibus hepar calidum & ætate iter facere necessum est, his urgente siti magno solatio est hic *pulvis*. ℞. Glycyrrhizæ unciam. Piperis & feminis anisi ana scrupulum. Rad. iridis drachmam. F. pulvis subtilissimus: cui misce sacchari puri libram. Hujus quantum bis terve caltri mucrone potest accipi, misce cum fontana, sæpius transfundendo è vitro in vitrum. Potus hic, præterquam quod suavissimus sit & sitim sedet, etiam interiora corroborat. Huic addi, in febribus præsertim, aliquid salis prunellæ potest.

Car.

Cardialgia. Vide c. 128.

CAP. CXXXVII.

§. 1. Cardialgiam incipientem, vel utcumque progressam ita curat vomitus, si cieri potest, ut ægrum penitus absolvat. Procuretur ergo per aquam benedictam vel gillam Theophrasti.

§. 2. *Inveteratam*, præsertim in senibus, in quibus vomitiones satis tutæ non sunt, longiore usu curat tandem situpus vel, quod efficacius, arcanum è chamæmelo, præsertim romano, si ex aqua menthæ quotidie exhibeatur.

§. 3. Præstantissimum est *oleum chamæmeli saphirinum* Thurnheyseri. Terebinthinæ cypriæ q. v. solve in aqua & affunde floribus chamæmeli romani q. s. atque post diei macerationem distilla ex vesica. Olei hujus guttæ tres ad sex dentur cum aqua menthæ, vel chamæmeli, vel florum sambuci, aut prunellæ sylvestris.

§. 4. Fortis applicetur *epithema* ex emollientibus & dolorem lenientibus.

Fætor.

CAP. CXXXVIII.

§. 1. Fætozem hunc ambra in vino suspensa curat: ut & oleum vel sal cinamomi.

Nausea inane est vomendi desiderium, quo nihil eiicitur: sæpe tamen sponte nulloque conatu aqua pellucida prostuit ab ore. Vomitus autem est eorum que in ventriculi sunt spatio sursum facta rejectio. Hæc enim que in capacitate ventriculi hærent, singultus verò que illius tunicis penitus infederunt expurgat. Similis est eademque horum symptomatum causa, sed in nausea levior, in vomitione gravior. Et sane est multiplex, una ventriculi imbecillitas tantaque dissolutio ut neque cibum amplexari neque continere

possit. Noscitur hæc inde quod cibus purior nullo humore vitioso permistus redditur. Imbecillitas porrò vel ab intemperie præsertimque humida proficiscitur, quæ & dissolutionem prænuunt: vel à lubrico & in pinqui l. more quo omnia qualia sumpta sunt remeant: vel ab aliena qualitate, qualis præsertim est venenata ac pestilens, qua afflata ferè assiduo vomunt. Altera nausea vomitionisque causa est res quavis præter naturam lacescens ventriculorum ac irritans. Id autem efficit modo copia, ut copiosior ingestus cibus naturæ gravis modo acrimonia ut bilis, modo lenior ut pituita, modo aliena & externa qualitas, ut corruptus putrescensque cibus. Hæc etiam causarum vitia nonnunquam in ventriculo gignuntur, ut quum crudior cibus permanens in pituitam facessit, aut quum exustus vertitur in bilem, aut quum in externam alienamque substantiam corrumpitur. Nonnunquam vitium ex aliis sedibus eo confluit, e jecore, liene, mesenterio & intestinis, cerebro & universo denique corpore per jecoris venas. Iam verò quis humor vomitionem proriuet, etiamsi nondum is erumpat, multis tamen ex notis dignosci potest. Ex ructu atque ex ejus sapore, quia aut acidus aut nidoris amulus, aut amarus, aut acer est: dein ex doloris proprietate, quæ nunc pungens nunc gravans est, idque quodam vel caloris vel frigoris sensu: postremo ex eorum quæ vomuntur qualitate atque substantia, maxime quidem quum noxius illis humor permiscetur: non irritat is interdum ventriculorum cogitque cibos vomere, nec tamen dimovetur ipse, sed inconvulsus subsistit ac latus remanet. An autem humor vomitionis causa in ventriculo genitus sit, an aliunde influxerit, discernitur quod in ventriculo genitus jam dudum eum afficit atque torquet, & in victus ratione aut ordine

ordine peccatum aliquid recens est. Qui verò è jecore, aut è liene, aut aliunde confluit, signa exhibet affecta ejus partis quæ veluti seminarium & origo mali fuerit.

Sanguis quoque interdum vomitione redditur, sed impetu longè diverso quàm in tussi, atque sanè copia majore, quamquam visus est tussi affatum rejectus pelues implere, vena ampliore derepente rupta. Qui vomitione redit, vel cibo, vel potui, vel pituita permistus existit ac ferè concretus in grumos, non tenuis ac rubicundus, sed crassus & jam concretionem nigrescens. Hunc etiam sæpe comitatur dejectio nigra, dum erumpentis ipsius partio in intestina devolvitur, quæ longo illorum anfractu prolapsa ita nigrescit ut vel picem vel cassæ medullam representet. Frequens præterea incidit animi defectio, quod extra venas coercitus putrescensque sanguis, perniciose & venenata qualitate cordi sit infectus. Quisquis autem revomitur è ventriculo prodit, in quem aut è jecore, aut è liene, aut è vicinis partibus confluerat, idque vel aperta vel rupta vel exesa vena, quod ex progressarum causarum animadversione discerni potest. Vomitionem cruentam nullam equidem naturalem esse puto, neque aut in plethora aut in mensuræ suppressione naturam vacuandi hanc viam unquam moliri. [Fernelius.]

Nausea.

CAP. CXXXIX.

§. 1. Nauseam, præter ea quæ de inappetentia & fastidio sunt proposita, citissime zedoaria curat. Proprietate enim adversus omnes ventriculi affectus valet: ideoque ejus frequens stomacho imbecillis esse usus debet, utpote quem successus prosperi comprobant & commendant. Zedoaria autem vel cruda

estur. vel extracta datur. Egregium vero ex ea acetum est.

§. 2. Ne quis in mari vomat, egregie *sal peregrinantium* facit. ℞. Lapidis prunellæ sive nitri sulphure fixati, salis fusi & gemmæ ana semunciam. Galangæ, macis, cubebæ, ana drachmam. M. F. pulvis. Dosis est à gr. quatuor ad octo, maxime jejunò ventriculo. Quem ut egregie confortat, ita & concoctionem juvat, atque à putredine corpus conservat.

§. 3. Nauseam à sumpto medicamento comprimit panis tostus & aceto ac pulvere caryophyllorum conspersus, atque ori vel naribus admotus. Idem cepa præmorosa facit.

Vomitus.

CAP. CXL.

§. I. Vomitus *spontaneus* haud facile sistendus. Fit enim aut à malis humoribus ad ventriculum confluentibus, aut à crapula, aut à copia ciborum pingujum & insuavium. Quæ, dum per superiora exitum quarunt, impedienda non sunt.

§. 2. *Immodicus* qui est, omnino compescendus est, sive sponte obortus fuerit, sive factus arte. Et quidem *spontaneus* vomitus vomitu sæpe curandus est. Hoc postulat, qui crebrius à natura & sine allevatione cietur. *Hyperemesin* vero sistit miraculose *succus cydoneorum*, si crudus propinetur mensura unius alteriusve cochlearis. *Aqua mentæ* semel atque iterum sumpta pondere duarum unciarum. Item valet *extractum* zedoariæ, apsinthii, mentæ, melissæ pulegii, præsertim si simul vel *emplastrum* ex theriaca, vel *epibema* ex apsinthii & mentæ ac lupuli decocto in aqua fabrili vel aceto imponatur præcordiis.

§. 3. Quibus

§. 3. Quibus omnibus nihil proficientibus, confingere ad *laudanum opiatum* oportet, tamquam ad princeps auxilium.

§. 4. *Cruentam* vomitionem cito restinguere optinum. Alioquin, propter spiritum copiosam profusionem sequuntur lipothymia & syncopæ lethales.

§. 5. Hujus *restrictivum* excellens est, quod ex oleo vitrioli & aqua urticæ aut plantaginis propositum cap. cvi. 2.

§. 6. Qua potione sumta simul præcordiis imponatur panis tostus, cui in malvatico vel aceto intincto sit inspersus caryophyllorum pulvis. Vel fiat pulcicula ex medulla panis secalini & vino nigro sive adstringente & aceto fortissimo. Eaque calide præcordiis imponatur, & mane ac vesperi renovetur. Hac enim ratione subito sibi vomitus cruentus potest.

§. 7. A quo si grumosum sanguinem in ventriculo relictum significant præcordiorum distensio & excrementa nigra, instituendæ sunt *purgationes* lenes ex rhabarbari semidrachma, in substantia datis. Sic enim optime, quod reliquum est in ventriculo & intestinis, excernitur.

§. 8. Potest etiam potui dari vinum rubrum, in quo infusæ sint radices urticæ majoris. Vide quæ de hæmorrhagia & sputo sanguinis dicta sunt cap. 59. & 106.

Cholera est bilis tum supernè tum infernè eruptio. Ea quippe vomitur pariterque dejicitur, primum liquidior, deinde crassior atque coloratior: ut primum pallida & citrina, deinde flava, prassinæ, cærulea aut etiã nigra. Affectus hic acer, fere & in prius acutus existit, in quo stomachus & intestina mirè

torquentur & statuum copia distenduntur: suis cruciat: pulsus celer, frequens ac ferè parvus: his & nonnunquam succedit animi defectio. Hujus itaque causa bilis est, quæ tempore vel in suo folliculo, vel in jecore, vel in liene, vel circum pancreas, vel circum intestina stomachumque cumulatur, quumque supra modum aucta naturæ gravis & insensa esse ceperit, huc illucque impellitur ac diffunditur, ut etiam ea percussi toxicum sese bibisse putent. [Fernelius.

Cholera.

CAP. CXXI.

§. I. Cholera similiter cohiberi, nisi immodica non debet. Valent autem eadem heic, quæ in vomitu: imprimis vero aquæ menthæ, semen rotarum, magisterium perlarum & corallorum, ut & tinctura horum, & essentia smaragdi, iisque nihil efficientibus, laudanum opiatum. Datur etiam spongia, quæ innasci salicibus solet, pondere granorum quatuor, in aqua styptica vel vino rubello.

Animalcula.

CAP. CXXII.

§. I. Animalcula ventriculi, undecumque nata, tollunt eadem, quæ proposui cap. CXI. 3. Nempe, præmissis vomitu per aquam benedictam, detur arcanum tanacetii vel asari.

§. 2. Secretum est in hoc casu pulvis secundina primiparæ. Cujus drachma femis vel scrupuli duo cum extracto theriacæ aut aqua theriacali Crollij vel mixtura simplici sumta, quævis in ventriculo animalcula, seu maleficio seu casu nata, citissime necat. Necata vero leni infuso foliorum fenæ vel rhabarbari aut mechoacanæ per alvum exturbare oportet.

§. 3. Multum quoque prodest spiritus cornu cervi, præsertim essentificatus, sive cui spagyricæ unius

tus est suus sal geminus, volatilis & fixus, convenienti liquore elicitus & clarificatus.

Tarda atque pigra alvi dejectio est, qua feces & cibi reliquæ raro nec pro assumptorum ratione descendunt. Per hanc feces necessario obdurescunt, quod diutius cohibita caloris vi continenter siccescant, ab hisque nonnihil succi semper exugant mesenterij vena, non modo in tenuia, sed & in crassiora intestina distributa. Tarda dejectio intestinorum quidem symptoma est, sed quod alios deinceps morbos excitat, quocirca inter evidentes morborum effectrices causas refertur. Illinc siquidem vapore caput tentatur, corpus ingravescit, ventriculi concoctio offenditur, ac reliquæ functiones deteriores evadunt. Sæpe ex vivendi errore nascitur, velut ab esculentis siccioribus, acerbis & adstringentibus, quæ præsertim prima mensa assumpta sint: ad hæc ex immoderata ciborum copia, quam paucis tempore natura neque vincere neque distribuere potest: ex otio denique & decubitu somnoque multo. Cæterum non hanc sed eam quæ morbi soboles est tardam dejectionem perquirimus. Hujus causa triplex statuitur: sensus obusus qualem instigunt veterinus, apoplexia, & paralysis. Stimuli penuria, ut quum flavæ bilis quæ obiter intestina ad excretionem irritat cohibetur, hocque crebro fit in ictero. Intestinorum vel obstructio, vel adstrictio, quæ cæteris est causis frequentior. Adstrictio à mesenterij aut viscerum tumore nascitur, qui intestina pressu coangustat: nonnunquam & ab enterocæle. Obstructio vero vel à duris siccisque fecibus, vel à crassa lentaque pituita, vel ab assidua corruptione cibi & multi, & varij nec consueti multiplicatisque cruditatibus, vel à concreto calculo. In quibus ergo pigra multum ac tarda est alvus,

ut in eo quem novimus non nisi duodecimo quoque die excrementa facesque dejicere, & aliquando citra manifestum corporis functionumque detrimentum dies totos quadraginta nihil prorsus ab alvo reddidisse, causa quidem neque a consuetudine, neque a natura, sed ab iis que nunc recensui vitii pendenda. Quinetiam tumor præter naturam in intestino genitus, id in totum obstruit facisque prolapsum cohibet. [Fernelius.

INTESTINORVM AFFECTVS.

Tarda dejectio.

CAP. CXLIII.

§. I. Dejectionem raram, à quacunque causa procedat, mirabiliter promovet essentia talis tartari per spiritum vini extracta, & ad consistentiam redacta. Cujus guttæ duæ ad octo singulis diebus duabus horis à cæna exhibitæ in haustulo vini aliisque liquoris tandem efficiunt, ut sponte subsequatur alvi lubricitas. Hoc & felicissime usus sum in melancholia hypochondriaca.

Intestina non admodum intemperie infestari solent: horum autem graviores morbi sunt, obstructio, adstrictio, inflammatio, abscessus & ulcus. Obstructio aut alimenti prolapsionem, aut facis dejectionem, que præcipue sunt intestinorum functiones, interpellat. Ea autem interdum sed admodum raro fit à tumore præter naturam in intestini substantia orto, qui nonnunquam eoque increscit, ut ejus ductum viamque impleat. Hic notis elucescet, que mox recensentur. Interdum à resiccatis obduratisque faecibus, que in illorum anfractibus recondita exturbari vix possunt: siccantur vero quoties tarde descendunt, aut quum forensibus negotiis aliisque occupationibus coercita sursum remeant. Evidens hæc causa antecessit:

cessit: nullus subest dolor, nullusque tumor conspicuus. Leviter ac facile hæc soluitur obstructio. Interdum à crassa lenia, vereque gypsea pituita, que sensim copiosior collecta firmissusque intestinis adhaerescens, omnem eorum capaciatem replet. Supervacanea quidem pituita in cerebro, in ventriculo & in intestinis gigni consuevit: sed in cerebro tenuis & aquosa, in his vero crassa atque lenta: hæc enim peculiare est ventriculi & intestinorum excrementum, non sax alvi, quippe quæ cibi excrementum est commune. Etenim quum illorum substantia frigida sit atque membranosa, crassum certe ac viscosum de se excrementum proferet, quale est pituita lenia. Hæc igitur secundum naturam gignitur concrescitque in intestinis: è quibus cernitur alias sponte fecibus circumjecta descendere, alias clystere manifeste deduci, alias dysenteria vi corradit. Quum autem parcius ea vacuatur, sensim aucta caloris vi sic tandem crassescit, ut prorsus obstruens intestina quasi infarctat, fiatque latentium difficiliumque morborum causa. Caroli Quinti Imperatoris legatus quidam dolore torquebatur, necnon tumore à dextro hypochondrio per viam ventriculi in sinistram exporredito. Huic quum sexennio toto remedij genus omne tanquam emolliendo scirrho adhibitum fuisset, injectio tandem acriori clystere durum ac firmum quippiam medio ductu pertusum pedis longitudine detractum est: quod ille intestini portionem esse metuebat. Sed quum repente levatus videretur, adhibitio consilio iterum ac tertio clystere prolatus est, rursusque simili evulsa materia continuo pristina est valetudini restituta. Alieri cuidam similis, sed gravior affectus alvum prorsus cohibuit: qui tandem venire supra modum intumescente decessit è vivis: inven-

tumque est colum intestinum usque adeo infarctum pituita concreta, ut solidum prorsus censeretur, nihilque omnino facis in alvum delabi sineret. Vera hac esse testamur, que tamen Galeno non admodum probabilia videntur. Crassior porro hac pituita in cæci aut coli intestini cellulis diuini coërcita, nonnunquam concrescit in calculos: quales sæpe vidimus instar nũcis juglandis, & in quodam magnitudine castanea quario aut sexto quoque die dolore nullo exturbari. Hac igitur mala concrescens pituita efficit qua exuperante animus viresque languent, ventriculi cruditas adest, tarda que alvi dejectio, status plurimus obmurmurat, venter friget, ac nonnunquam colico dolore premiur.

Obstructioni affinis est intestinorum coarctatio & angustia. Ea autem fit eorum vi qua ingeruntur: siue cibi sint, ut cotonea mala: siue adstringentes clysteres. Quinetiam à mesenterij aut viscerum tumore intestina premente: hocque frequens admodum est: Fit & ab enterocæle, quum intestinum in serotum devolvitur, eoque quasi vinculo coarctatur. Horum unumquodque seipso non aliis indicis percipi debet. Præter institutum non erit exemplum memorabile hoc loco interserere. Septennis puella diarrhæa correpta, quum per dies complures subaldinam ac purerem olidamque materiam indolenter alvo redderet, diurnitatis suavis ejusmodi pertusa ejus avia, consilium de cobibendo cum aliis mulierculis cepit. In eam rem, cydoniato larga manu exhibitio sic est ejus esu alvus repressa, ut eo die & sequenti nocte nil omnino reddiderit, sed excitatis savissimis ventris doloribus & tortionibus usque eo innumuerit ut hydropica derepente evasisse putaretur. Accitus Medicus quid rei esset suspicatus, clysmatis primum levibus,

lenibus, dein etiam acrioribus idem iniectionibus hærentem alvo noxiam materiam foras evocare; sicut dolores lenire tentat: sed id frustra. Invalescentibus quippe doloribus immanibus cum crebris animi deliquis tandemque liquidioris stercoris vomitione intra biduum miserabiliter extincta est. Aperto corpore cæcum intestinum coangustatum constrictumque adeo obhærescente interioremque ductum obstruente cydoniato deprehensum est, ut illac nullo modo prorsus quicquam posset pervadere: unde accidit ut acris illa & corrupta materia meatu prohibita objectaque mora restagnans inusitatum sibi viam in abdominis spatium patefecerit, paulo supra obstructum locum pereso perforatque intestino, quo velut emisario & cuniculo actò excidens abdominis totam capacitatem repleverat. Hinc acerbissimi dolorum morsus, hinc distentio, hinc animi defectiones, obortioque sædo vomitu crudelissima mors brevi consecuta. Hac historia ad eos valebit qui redundantem nocentemve humorem, undecunque is profluat, intempestive sistere atque coërcere properant maximo agrotantium malo. Fernelius.

Obstructio alvi.

CAP. CLXIV.

§. 1. Obstructio intestinorum, si à pituita est, solvitur medicamentis passim apud auctores obviis. Mirabilis est essentia mellissæ ad drachmam sumpta cum olei aut spiritus juniperini guttis tribus. E vestigio quippe solvit pituitam. Quam tum protinus expurgare oportet extracto colocynthidis aut agatici cum spiritu vini vel aqua cinamomi, vel resina scammonij aut panchymagogo vegetabili.

§. 2. Ex suppositoriis laudabile est quod fit ex mellis uncia, & radicis ellebori nigri drachma. Hoc

quoque in pueris utile. *Clysterem* si vis, ℞. Croci metallorum drachmam aut sesqui. Incoque in decocti mercurialis libra: decocto adde butyri recentis, vel olei olivarum, uncias duas. Hujus etiam usus est in fæcum duritie.

§. 3. Si alvi obstructio est à fæcibus induratis, *enemata* valent. Vel omentum cum intestinis vituli (*Halber krosâ*) coque cum multo brodio, veit impositurus mensæ. Quod si fervens sellæ supponitur & vapor ano excipitur, paulo post scybala ejiciuntur & obstructio solvitur: quæ deinceps emollientibus expediri in totum debet. Inter quæ vel primum locum habet cremor tartari, si aliquot diebus sæpius in jusculis exhibetur ad drachmam vel sesqui.

§. 4. In summa obstructione alvi, plumarum minutissime concisatum pugillum misce cum mica panis & fac pilulas. Vel olei ceræ à scrupulo ad drachmam subjice cum enemate emolliente. Cui præterea addi fel tauri potest, ad imitationem naturæ, quæ felle facultatem expultricem irritat. Etiam umbilico illita zibetta alvum solvit.

§. 5. Quod si a tumore est, *enema specificum* fit ex lactis & olei olivarum ana libra semis.

§. 6. Quod si ab enterocæle est, emollientia quæcumque, externa pariter & enemata, adhibeantur.

Iam vero inflammatio in gracilia intestina non sepe incidit: at in crassiora quæ sanguine multaque carne prædita sunt, frequenter maximè que in id quod rectum appellant. Dolor in primis acer isque lancinans, non ut in dysenteria aut corradens, aut vagus, aut intermittens: sed in una eademque sede defixus constansque premit. Febris quam in dysenteria ardentior, eaque dum pus conficitur exasperans

exasperans & in aquali rigore fatigans. Desidendi cupiditas inanis, & qua præ obstructis tumoris magnitudine nihil minimumve dejicitur: in dysenteria verò nonnihil atque etiam creberrime. Dolorem vel anodynus clyster mirum in modum exacuit, quod tumorem comprimat: in dysenteria compefcit atque demulcet acri humore deterfo.

Abscessu factò ruptoque pus primum saniosum, deinde album & concoctum à podice exigitur: idque vel seorsum ac syncerum, vel paulum ante fæces. à quibus detergi impellique solet. Tum dolor, febris aliaque symptomata mifcunt, & alvus impedimento sublato libere exit.

Ulcus tum ex abscessu, tum etiam ex dysenteria aut tenasmo relinquitur. Huius dolor fixus est, cujus sensu debilitata intestina, sæpius onus suum deponunt, eructantque modò cruentam modò purulentam saniem. Id si cavum est, quoniam in parte humida confistit & excrementis pervia, diu sordidum manet, vixque tandem cicatrice obduciitur, & nisi diligenter præcaveatur, fere vel in fistulam, vel in cancerum desinit.

Inflammatio, abscessus, ulcus, cancer.

CAP. CXLV.

§. 1. Affectus isti in intestinis curantur *enematis*, quamvis cancer vix.

Colica.

CAP. CXLVI.

Colum intestinum amplum quum sit & laxum, anfractibusque multis sinusum, varias sine materias excipit, quarum exuperantia distorquetur, dolorque fit, quem ab affecta sede colicum nuncupamus. Ha au-

tem materia sunt flatus crassior, humor aut lentus ac pituitosus, aut acer & mordax & vere biliosus, qui interdum etiam inflammationem accendit, e qua pus in colo fieri interdum solet. Flatus in colo intestino plurimus gigni cumularique solet, in quo saepius rugire vel murmurare obauditur: neque enim aliud natura condidit excipiendi flatus receptaculum, quem tamen prima ventriculi concoctio maxime progenuit. Itaque flatus in hos intestino copiosior congestus, se propter obstructionem a duris resiccatisque facibus aliove de causis erumpere nequit, intestinum vi distendit atque divellit, magno certe & immani cruciatu magnoque sensu doloris. Cohibendi flatus consuetudine non paucos dissectione animadvertimus, quibus dilatatum colon intestinum brachii amplitudinem adequabat: alios quibus ex imo ventre flatus toto anfractu in ventriculum resiliens ructu emittebatur, & quibus pro crepitu ructus erat: alios quoque aliis ex causis hoc symptomate continenter affligi, ut his plures ructus quam verba essent. Flatulentus dolor colicus ventrem distendit, vagus est & instabilis, in variisque ventris sedes se contorquet: saepe obmurmurat, & arte conclusus, nec ab ore nec ab alvo erumpit: hunc causae flatus effectrices praeserunt. At crassa lentaque & praesertim a vitrea pituita, quae non modo huic intestino adhaerescit, sed & ipsum corradit, dilacerat atque in id plerumque perforans terebelli more se infigit, colicus etiam dolor exercet. Hic saepe fixus est ac excruciat, nauseam & pituita vomitionem citat: neque ructibus neque flatibus emissis demulcetur: habuitque originem a crampula & otio, quae exudatam crassimque humorem progignunt. Ab acri vero erodenteque humore, aut etiam ab inflammatione quisquis ortus fuerit dolor colicus

colicus, fixus etiam est, sed cum febricula, ardore, siti & vigiliis: irritatur esculentis potulentisque calidioribus, a quibus etiam sumpsit originem. Atque hi quidem vere colici dolores facile mitescunt ceduntque iustis remediis. Nephruici dolores in quibus nec arena nec calculus exturbatur, saepe colicorum specie eludunt.

Alii insuper cruciatus, quadam similitudine & vehementia colici nuncupantur, quibus tamen non in colo intestino sedes est, sed vel in peritonaeo, vel in membranis quae abdomini ventrisque paribus obtenduntur. Hi sane gravissimi sunt & admodum diuturni, ac neque clysteribus, neque medicamentis, neque fomentis, neque iis remediis, quibus qui vere sunt colici dolores, delineri solent. Eorum materia aut flatus est tenuis, aut humor acerrimus & aruginosus membranarum spatii conclusus, e quibus derivari vix potest. Succedunt diuturnis febribus aliisque biliosis morbis, quorum est difficilis solutio. Natura quippe crisis noxique humoris depulsionem in alvum molitur, quam nusquam vacuandi viam promptam & expeditam nancisciunt, illum e venis & visceribus in membranas saepe avertit, ubi dolores exurgunt prioris morbo graviores. Observavi & continuas & tertianas, saepius vero quartanas febres hisce doloribus finiari, qui diu circuitu cerio exacerbantur parumque accessionum ordinem reinebant. [Fernelius:

§. 1. Colica passio fieri a varia materia solet: frequentissime tamen a flatibus ac pituita: subinde etiam ab acris humoribus, vel alvo constipata. Una decumque orta fuerit, opera danda, ut alvus sit appetita. Quare si respondet, bene: si non, aperienda: Ut aperiatur autem, omnino validis catharticis abstinendum est, utendumque potius suppositoriis &

clysteribus.

§. 2. *Clyster* fiat ex decocto brançæ urfinæ & oleo chamæmelino vel anethino. Vel ℞. Jutis piforum unc. tres. Extracti esulæ sesquidrach. Ferveant ad solutionem extracti. Hinc adde olei lini unc. quatuor. Salis gemmæ drachmam. Salis communis scrupulum aut semidrachmam. Misce & subcalidus in jiciatur.

§. 3. Per os dari hoc *emolliens* potest. ℞. Extracti mercurialis cum spiritu vini à drachma ad duas. Extracti foliorum senæ à scrupulo semis ad integrum. Misce.

§. 4. Si à *statu* est, quod ex borborygmis ante auditis potest intelligi, *enematis* addi carminativa debent, ut & anodyna. Quin & accepto clystere bonum est ægrum demittere in *balneum emolliens*, cujusmodi infra, tibi de calculo, præscribimus.

§. 5. Umbilico imponatur *cucurbita magna*, vel *magnes*, & statim cessabit dolor. Vel *inungatur* ille *ballamo apoplectico* aut oleo è nuce moichata expresso, quorum alterutri admixtum sit granum vel alterum zibettæ.

§. 6. Abdomen *inungatur* oleo chamæmelino & amygdalino dulci, cui additæ sint aliquot guttæ olei stillatitii anethi, chamæmeli, aut philosophici. Inuncto simul imponatur vel *sacculus* calidus ex fursure & milio, vel *tegula calefacta* & linteo involuta: vel, urgente dolore, *emplastrum* ex laudano vel solo vel aliis mixto.

§. 7. Inter *exhibenda* multum initio valet tinctura corticum aurantiorum cum spiritu vini extracta, & ad cochlear data. Hanc plerumque sufficit semel aut iterum dedisse.

§. 8. Si non, in malvatico bibat oleum amygdalinum

linum dulce ac recens à drachinis duabus ad unciam Vel sumat thæriacæ mediæ ætatis & pulveris castorei ana semidrach. Laudani opiatî grana quinque. Pro castorei pulvere admiscuisse ejus extracti grana quatuor sufficit. Vel aliquid aquæ theriacalis cum paucis guttis olei stillatitii aini, carei, fœniculi sumat.

§. 9. Quod si neque sic discutitur flatus, exhibe spiritus terebinthinæ drachmam summum, & simul fascia ventrem liga arctissime, ita ut ter circumducatur & à duabus personis validis arctissime constringatur: ita enim facile cedit.

§. 10. *Specificum*, & quidem extremum, quo usus sum in quættore quodam, est *mixtura hæc*. ℞. Spiritus vini drachmam. Spir. nitri à scrup. semis ad semidrach. Aquæ fontanæ unc. tres. Sumat & bene tectus ad sudandum se componat, quietumque contineat. Quiescere enim vel imprimis opus, quamvis difficile sit. Valet hoc potissimum, quum flatus sunt inter membranas conclusi.

§. 11. Si à *piuita* est, ea primum sic expurganda est, ut simul flatus, qui plerumque adsunt, digerantur. Ex purgantibus dari agaricus vel mechoacana vel elect. diacarthami debet cum decocto anisi, fœniculi, dauci, Vitæ autem rhabarbarum & myrobalanos, itemque senam & cassiam oportet: priora, quod adstringant: posteriora, quod flatum generent.

§. 12. Purgato humore, reliquæ tollendæ mithridatio, theriaca, aqua theriacali, spiritu terebinthinæ vel nitri, aliisve id genus calefacientibus & digerentibus.

§. 13. Profunt & hæc *rosula*. ℞. Spec. diacimini, diacalaminthæ, aromatici rosati, ana semidra-

chmam Sacchari aqua cinamomi soluti uncias tres, Aqua cinamomi drach. Olei anisi scrup. semis. succini guttas sex. M. f. rotulæ. Sumat maxime jejunos & cum cibo.

§. 14. Si à *pituita vitrea* est, valet oleum zedoariæ aut chamæmeli sapphirinum à guttis tribus ad scrupulum aliquoties exhibitum. Ante tamen purgari materia debet per essentiam trochiscorum alhandali sive spiritum vitæ aureum Rolandi. Detur hæc ab uncia semis ad sesqui.

§. 15. Si à *biliosis & acris humoribus* est, proptinus hi *purgandi* sunt extracto rhabbari aut panchymago vegetabili. Reliquiæ deinde extergendæ sunt clystere ex libra lactis & unciis quatuor mellis mercurialis. Vel assumat aquam hordei, in qua rosæ aut violæ aut malva bullierit, cum elect. diaprunum simplici aut diahebesen. Vel, si necesse, detur cum infuso rhabbari sirupus rosatum solutivus aut diaprunum solutivum.

§. 16. Biliosis istis excretis, si nihilominus dolores perseverent, semel aut iterum detur malvaticum cum amigdalino dulci. Hoc enim & dolorem sopit.

§. 17. Valet etiam mixtura simplex, quæque ex spiritu vini & nitri supra proposita est §. 10. præfertim si æuginosi humores dolorem fecerint.

§. 18. Quibus dolor si non cedit, exhibendum laudanum opiatum Hoc enim quiete conciliata naturæ facit, ut recrudescentes subito dolores feliciter hæc comprimat, somnoque leniat humores acres.

§. 19. Si à *fecibus* diu retentis & induratis est, injiciatur primo *clyster* emolliens, & ingrediatur in *balneum* aquæ dulcis cui incoctæ sint herbæ emollientes. Postea *purgans* detur validum. Quibus si nihil

nihil proficitur, folle *inflentur* intestina, ut discedant à fecibus, & mox subjiciatur *clyster* validus, cui immistus sit sal gemmæ à drachma ad duas.

§. 20. Ultimo loco monendum, à quacunque causa dolor colicus extiterit semper iis, quæ propria facultate adversus eum valent. Cujusmodi sunt pulvis intestinorum lupi vel stercoreis ejus, & aqua ex fimo junioris bovis distillata. Quæ & per se usurpata conveniunt: si nempe pulvis prior in vino detur ad drachmam, vel posterior cruribus & pectini alligetur: vel aqua bibenda porrigatur ad unciam.

Iliaca.

CAP. CXLVII.

Hæc causa quum supra modum increverint, excrementorum via proorsus occlusa, miserabilem ileum edunt, in quo facies alium præter labi nequeunt. Hunc per sepe committit intestinum, si cum resicatio stercore vel in scrotum vel in disruptum umbilicum prociens retrudi nequeat. Interdum & sterco durum, & intestini tumor præter naturam: alia verò causa rarius. Sub hoc omnino neque cibus descendit, neque iniectus clyster ascendit. Atque per initia intestinorum murmur inest, dolor circumnectus, ructus in anis, nausea atque ventriculus nimium humidus. Hic dein accedit pituita bilisque vomitio, quicquid estur bibiturve, tamen si in intestina provolvitur, hinc tamen postea remeat inquinatum stercoreis nidore: ac postremo horrendum visus sterco ipsum morituris vomitione reicitur, frigescente quidem iam corpore & oborto sudore frigido. Fernelius. Vide p. 143.

§. 1. Iliaca, siue inflammatio intestini, si causa doloris est, primum *alvus* liberetur à fecibus, deinde *vena* secetur, tum *clysteres* injiciantur refrigerantes.

tes & emollientes, vel, si biliota inflammatio est, ex lacte, cui sint refrigerantia incocta, & saccharo rubro ac oleo violatum. Per eos quoque sumatur, quæ refrigerent.

§ 2. Ileo statim solvendo valet mercurius crudus, si à scrupulo ad drachmam misceatur oleo communi & saccharo in forma boli. Sic enim & alvum solvit & dolorem lenit. Quo facto, quod reliquum, purgantibus expediendum.

§ 3. Dolor huic sedando efficax remedium est, si post pilulam laudani opiatam sumtam, etiam olei saturni, quod è sale per deliquium fit, guttæ quinque aut sex ex vino albo bibuntur, & simul venter inungitur ejusdem balsamo, parato ex olei illius partibus duabus & rosacei parte una simul mixtis in marmore. Quod cui non conveniat, vix ulla inflammatio est.

Diarrhœa.

CAP. CXLVIII.

Diarrhœa quanquam dici potest omne alvi profluvium, id tamen proprie designat quo syncerioros humores defluunt, sive vehementi sensu doloris. Alias enim seorsum pituita, alias bilis flava, alias atra purior apparet. Pituita crassa & mucosa ex intestinis crassioribus fere corraditur, in quibus cumulari & concrefcere solet: sæpe & ex mesenterio in quo ea plenior congesta, œdemata scirrhusque progignit, thincque fere pituitosum omne profluvium originem sumit. At nihilominus tenuem spumofamque pituitam censuit Hippocrates è capite in ventriculum inque intestina prolabi: dulcem vero atque diluta ex universo corporis habitu derivari. Qua ratione etiam restatur diarrhœam solvere leucophlegmaticam, esseque

que balbis familiarem. Diarrhœa biliosa est quæ bilis flava aut citrina ardens ac plerumque spumans emanat, idque sine magna ventris torsione quod libere per laxas patentisque vias defluat. Ea sæpe è calidiore jecore aut è cysti fellis profunditur in intestina: nonnunquam & ex mesenterio in quod supervacuum omnem humorem oppressa natura solet recondere: nonnunquam sed rarius è venis majoribus atque etiam ex corporis habitu. Sic enim diarrhœam statuit Hippocrates surditatem aliosque ex bile morbos solvere. Melancholica diarrhœa aut è liene aut mesenterio prodit, quod oppressa natura vel naturalem melancholicam, vel bilem atram in alvum excutit exturbatque. Hac autem cæteris multo est insolentior, Atra nonnunquam usque adeo apparet dejectio, ut vel cum diluta pice vel cum cassia medulla conferri possit, quæ multos melancholicæ similitudine fefellit. At illa certe è sanguine fit, qui quoties aperta, rupta vel exesa præcordiorum vena in intestina incidit, longo sinuofque prolapsu ita præassatur ac nigrescit, ut pitem plane referat. Discernitur autem quod inintincta limba rubescant, quodque cruenta vel comitetur vel præcesserit vomitio. Fit & quum post diuurnum idletum jecore infarctu scirrbove laborante aut aliter male affecto, bilis flava proprio folliculo diutius coërcita virorem tandemque nigrorem ustione contrahit, quæ vel in artos calculos spherularum è gagate specie ibidem concrefcit, vel urgenscens & natura molesta irrumpit in intestina: tumque excrementa illa nigra atro sanguini similia existunt, quæ Hippocrati habentur pessima, nimirum quæ non ita multo post agrotanti sunt perniciem allatura.

Sed & intestinorum colliquatio ad diarrhœam re-

ferri potest : in qua quod inferne procedit. quasi adipe vel oleo perfusum cernitur. Hinc autem fit quod recens concreta pinguedinis carnisve aut etiam (diu protrahente vitio) solidarum partium substantia liquiescat destuatque in alvum. Familiare hoc quidem profluvii genus pestilentibus febribus & causo colliquanti & hæctica, & phthisi, & atrophia. nonnunquam & viscerum inflammationibus.

§. 1. Diarrhœa, sive profluvium alvi, alia est spontanea, alia non. Spontanea est, quæ ab errore externo est. Quæ si, qualia oportet excerni, excernat, confert, & facile ferunt. unde nec curationis eget.

§. 2. Non spontanea vel morbi vel morbus est. Quæ morbi est, vel critica vel symptomatice est. De critica quoque audiendum est, quod de spontanea dictum est.

§. 3. Symptomatice est, quæ alicui morbo supervenit, ut peripneumoniæ vel phthisi. Hæc, si potest, reprimenda est: certe retinenda. Quod fit, si purgamenta alvi clystere primum vel lenitivo eluantur: si deinde vel esui diacydonium vel miva cydoneorum composita, vel potui detur poculum lactis fervefacti & chalybeati cum scrupulo terræ sigillatæ, idque mane ac vespere quatuor ante cibum horis. Simul autem venter inungatur oleo cydoneorum, mastichino, nardino, apsinthino, è menta.

§. 4. Quæ morbus est, semper à ventriculo: est ideoque hujus, ut partis mandantis primo habenda ratio est, nisi nimium fluxus urgeat, & vires dejiciat. Initio igitur vomituvacuandus ventriculus, & sursum velut revellendus fluxus est. Deinde utendum his, quæ abstergant intestina, elvantque sordes. Denique adstringentia ac roborantia præscribenda.

§. 5. De-

§. 5. Detur igitur ter in die succus prunorum sylvestrium cum granis decem croci martis. Vel ℞. Mivæ cydoneorum drachmam. Hepatis lupi & mithridatii ana scrupulum. Boli armenicæ, cornu cervi philolophice calcinati, magisterii corallorum, mastiches, ana scrup. semis, Aquæ tormentillæ unc. quatuor: cichorii unc. duas. Misce.

§. 6. Conveniunt itidem sirupi ex rosis siccis, myrrinis, & è corallis Quercetani; robberberorum & ribesiorum: cornu cervi ustum, & intestina gallicæ lota astringenti aqua & siccata ac pulverata.

§. 7. Ventri applicetur emplastrum è theriacæ veteris & terræ sigillatæ pari pondere.

§. 8. In cibum sæpe utatur oryza ex jure aut lacte cocta. Potus sit aquæ chalibeata, cui incoctum sit aliquid cornu cervi usti, aut spodii, coralli, tormentillæ, bistortæ, nucis mochata, corticum citriorum aut granatorum, aliorumve id genus.

Cita Alvi dejectio Coeliaca Lienteria.

C A P. CXLIX.

Cita alvi dejectio contrariis fit ex causis, quum videlicet cibus vel liquidus vel lubricus vel pinguis nimium est, quum is sua copia ventriculum & intestina quasi pondere gravius onerat: quum quadam acrimonia eum pungit atque vellicat, sive ea ex medicamentorum genere, sive cibus sit corruptus, sive biliosus & acre corporis excrementum sit, aliunde eo confluens, aut etiam illic genitum. Hæc quippe citam alvum reddunt, quæ & liquida & sæpius quam ex consuetudine dejicit. Ex iis autem que ex eum proluviorum differentia statui debent. Quum ab alvo continenter cruda destillant, aquosa nempe diluta, hu-

mentia, colore subalbida vel cinerea, graveolentia, idq; solo ventris rugitu vel murmure, nullo manifesto torminum dolorisve sensu, aut lienteria aut cœliaca est affectio. Si enim lavia & equalia sui que similia & quasi chyli aut cremoris specie profluunt, cœliaca; sin vero inequalia & dissimilia, in quibus cibi nec obtritii nec confecti substantia aperte cognoscitur, lienteria est.

COELIACA AFFECTIO.

Cœliaca affectionis causa non cruditas est, non imbecilla ventriculi concoctio, sed chyli imperfecta malaque distributio, quam mesenterii, lienis aut jecoris obstructio, vel trahentis facultatis imbecillitas, vel alimenterum maximè que fructuum sugacium & potus immoderata copia peperit. Hac enim distribuit tota nequit, sed maxima ex parte in abdomine subsistit. Ab his causis multa congeritur illuvies, qua sensim in tenuioribus intestinis aucta, vel in ventriculo, vel in mesenterio, vel circum viscera, tempore corrumpitur. Quinque sua copia gravis esse cœperit, vel sponte infra interdumque supra prorumpit, vel à datura lacessita propellitur: nonnunquam levissimo clysteris medicamentive irritamento exit. Pulsus frequens & celer existit tanquam febris affligeret, & dejecturis leviuscula animi defectiones obrepunt. Ante eruptionem abdomen distenditur, ventrè que prominere: hisque succedens spontanea periurbatio, cœliaca est affectio. Vacuato humore omni supervacuò humore profusivum sponte conquiescit, interdum eodem quo cœperat die, interdum postero aut tertio.

In Cœliaca orta à venarum lactearum obstructio-
ne conveniunt. Aperiencia ex marie, Essentia eius
aperitiva

aperitiva, Essentia maris liquida, Tinctura Tartari. Arcanum Tartari solui.

Si à facultatis retentricis imbecillitate, profuse Hepaticum rubrum, Ebur sine igne, Species dentrio usant. Tinctura flor. lellidis.

Lienteria dicitur intestinorum lævitas, qua qua per alvum defluunt, alimentis tum substantia tum colore finitima sunt. Causam habet non distributionis impedimentum, sed concoctionis primæ imbecillitatem, ob quam cibus crudus nihilque mutatus delabitur: sicut quod imbecillior ventriculus eum non conficit sive quod laxior ille non arte continet dum integre coquitur. Ventriculus autem imbecillior reddiur proprio robore dissoluto, idque bisariam vel suo vel externo seu aliarum partium vitio atque sympathia. Propria illius vitia hæc sunt: refrigeratio, cujusmodi est ab immoderato frigide potu. præsertim quum corpus exæstuat. Laxitas seu emollitio, qualem inducunt aqua tepide, olei, butyri, adipis, prunorum, malva atque similibus usus immoderatio. Aliena qualitas inusta, qualem fungorum, cucumerum, melonum & fructuum maligna qualitate pureulentium intempestivus esus, multoque efficacius haustum venenum induxit, quemadmodum & perversa cœli constitutio, que popularem sæpe lienteriam promovet. Aliarum autem partium consensu lienteria fit, quum ab illis vitium aliquod in ventriculum incidit. Sic piivita è cerebro procumbens, quia refrigerat & emollit: & bilis è jecore profusa ventriculum prostrans, crudos cibos necdum planè coctos in alvum precipitat. Sic sæpe animadvertimus ingentem abdominis abscessum & pulmonum vomitam, & pectoris renū que suppurationem terro malignoque nidore in cor & in ventriculum effuso, gravem periculosamque peperisse lient-

riam, qualem in iis quoque cernimus, qui diuturno morbo confecti jam morti sunt proximi.

§. 1. Lienteria, sive diarrhœa chylosa, majorem ventriculi calefactionem ac roborationem postulat: præmissa tamen vomitione, si multa in eo pituita aquea natat; aut purgatione, si est ab affluxu bilis copiosioris ad intestinum. Quo vero ventriculus cibum melius & diutius retineat, parvam ei imponere *curbitam* convenit.

Fluxus hepaticus.

CAP. CL.

Cruenta alvi dejectio qua cruor sine dysenteria ad sine tenasmo fertur, raro ex jecoris imbecillitate fit, sæpius ex apertis internis hæmorrhoidibus. Qui è jecore imbecillo dimanat, verus cruor non est, sed dilutus & recentis carnis lotura persimilis. Hic idcirco rarissime apparet, quod insolenter admodum sanies ea per mesenterii Venas à jecore prolabatur in intestina. Qui autem seorsum purus à crutibus exit, ex aperta hæmorrhoides est, qua huic proxime è vena cava profundit, modo egestionis initio modo in fine & in ipso egerendi conatu. Interdum & grumus rubens hinc procedit, dum hæmorrhoidis stillat in recti intestini capacitatem, in qua omnino coit. Neque igitur ex apertis mesenterii Venis sanguis multus: neque ex superioribus liquidus ac rutilus descendit, sed ut ante dixi picis instar retorridus ac niger. [Fernelius.]

§. 1. Fluxus hepaticus sive dysenteria hepatica quum ab imbecillitate attractricis hepatis procedat, nec purgantia nec clysteres admittit. Adstringentia autem solum profunt. Tale est rhabarbarum in substantia à scrupulo ad sesquidrachmam sensim aucta dosi cum myrobolanis ac sirupo cydoneorum atque melle.

melle exhibitum ex aqua plantaginis. Idem cum saccharo mixtum & sæpius datum, mirabiliter prædest. Ut & extractum rhabarbari cum spiritu vini paratum. Cujus dosis ab initio fit semisrupulus, & paulatim augetur ad drachmam.

§. 2. Quæ hepar corrigant, studiose sunt in hoc casu observanda. Sola radix cichorii & graminis infusa vino & non nisi semel vel iterum cum cibo sumpta, sed aliquandiu continuata, œconomiam hepatis quadam proprietate juvant: præsertim si postea ulmarie radix simul infundatur.

§. 3. His præmissis, omnem absolvit paginam *corallorum* in aceto forti *solutio*. A quibus menstruo per distillationem ablato, relinquuntur coralli in forma salis. Hic sal corallorum sine ulteriore præparatione ad drachmam in libra aquæ plantaginis solvitur, & quotidie ejus usque ad declinationem morbi ituro cubitum exhibetur initio unum, deinde duo & tria cochlearia. Sic vero fluxum mirabiliter sistit & ægotantem, viribus paulatim redintegratis, restituit.

§. 4. Aliquando, & præsertim post adstringentia vel cum iisdem, dari *aurum potabile* anglicum debet. Potenter enim adstrictionem juvat & sanat.

Dysenteria
CAP. CLI.

Dysenteria est cruenta alvi dejectio cum dolore & ventris torsione: unde & hanc Latini tormina nuncuparunt. Primum quidem intestinorum mucus egeritur, deinde adeps intus illis adherescens exiguo cruore perfusus: eaque prima est dysenteria species. Altera quum interior intestinorum tunica corraditur, cujus pellicula & fibra dejectionibus permixta apparent. Tertia quum altius penetrante & depascente Ulcere

ipsa caro propriaque intestini substantia putris vel exesa procedit. In quo autem maxime intestino ulcus consistat, primum ex sui doloris intelligitur, deinde ex permissionis ratione. Etiam si cruor & quicquid corraditur, facibus alui exquisitè permiscetur, intestina superiora: si vero id purum ac minimè permistum excidit, seorsunque feces alui descendunt, inferiora crassioraque ulcera depascuntur.

§. 1. Dysenteria, sive diarrhæa cruenta, causam habet à corruptis sanguinis, quæ acrimonia sua interit, dum per intestina depelluntur, ea arrodunt & erodunt, nisi tempestive evacuentur & abstergantur, fluxioque nimia sufflaminetur atque ex ea dolor mitigetur.

§. 2. Purgatio fit infusione rhabarbari & myrobalanorum in aqua hordei, cum expressione forti. Quæ medicina semel atque iterum repetenda. Vel ℥. Rhabarbari parum tosti drachmam. Myrobalanorum citrinarum drach. semis. Santali citrini scrup. semis. Infunde in sero lactis vel aqua endiviæ per noctem. Colaturæ expressæ adde rhabarbari tosti sesquidrachmam. Sirupi capillorum veneris unciam. Sumat mane.

§. 3. Clyster fiat primo leniens & abstergens. ℞. Lactis chalybeati sesquilibram. Mellis rosacei uncias tres. Vitello ovorum duos. Misce. Si ad manum non est lac, sume aquam hordei cui incocti sint florum chamæmeli & rosarum ana pugilli duo. Vel ℞. Herb. centinodii, bursæ pastoris, plantaginis, ana manipulum. Equiseti, verbasci, ana manip. semis. Quibus, si magis adstringere velis, adde balaustrorum manip. semis. Myrtilorum, seminis plantaginis & portulacæ ana drach. duas. Florum rosarum rubrapug. duos. Coque s. a. ex aquæ hordei sesquilibra:

Cola-

Colaturæ adde mellis rosacei unc. duas, sacchari rubri aut rosati unciam. M. f. clyster. Qui sæpius injiciendus. Deinde leniens & consolidans fiat ex decocto chamæmeli & anethi ac rosarum, in quo dissolve, juxta cum ovino alterove vitello, sævi hircini à semuncia ad integram.

§. 4. Fluxioni cohibendæ per os exhibeatur dosis mei laudami opiati, quod ut tuto dari, ita & magno cum fructu solet.

§. 5. Vel detur bolus ex conserva radice symphyti cum terra sigillata & sale corallorum. Vel ℥. Conf. hyacinthorum sesquidrachmam. Terræ sigillatæ, aut boli armenicæ, aut trochisc. è carabe drach. semis, Sacchari q. s. M. f. bolus.

§. 6. Vel detur hæc potio. ℥. Theriacæ non antiquæ, confectionis alkermes, ana scrup. duos. Troch. è carabe & è terra sigillata ana semidrach. Sirupi violacei aut rob ribium unciam. Sirupi è rosis siccis unc. semis. Aquæ plantaginis q. s. M. f. potio. Vel ℥. Conf. alkermes, hyacinthorum, ana scrupulum. Troch. è carabe drachmam. Sirupi rosar. rubrarum unciam. Aquæ plantaginis sesquunciam. M. f. potio.

§. 7. Venter foveatur hoc decocto. ℥. Herb. centinodii, plantaginis, ana manip. quatuor: symphyti, equiseti, ana manip. duos. Gallarum, nucum cupressi, glandium, ana unc. duas. Flor. rosarum, verbasci, ana pug. tres. Coque ex aquæ & vini rubri parimentura, sub finem addendo parum aceti.

§. 8. Post forum inunge ventrem oleis myrtilorum & cydoneorum pari portione mixtis, vel unguento comitissæ aut styptico Fernelit: vel applicetur hoc emplastrum. ℥. Empl. è mastiche, olei cydoneorum, ana unciam. Pulv. myrtilorum drach. tres. Misce. Vel ℥. Carnis cydoneorum q. v. Rosarum

Q

rubratum & vini rubri chalybeati, singulorum q. s. Misce & applica ventri tanquam summum arcenum.

§. 9. Crura vero laventur hoc decocto. ℞. Gallarum immaturarum & nucum cypressi ana sesquunciam. Rad. silicis, calcitrapæ, ana unc. duas. Fol. plantaginis, verbasci, ana manip. Decoque ex vino adstringente, & decocto mane ac vespere pedes lava.

§. 10. *Specifica* inter hæc tanquam egregia commendantur. ℞. Succi baccarum sambuci q. v. Imbibat cum mica panis è forno calentis, & exsicca in forno, & repete laborem quinquies, ac denique in pulverem redige. Da omni mane drachmam cum vino adstringente vel granatorum.

§. 11. *Aliud* experimento probatum. ℞. Gummi arabici & ceræ albæ ana drach. semis. Inde in cydoneo excavato & coque sub cineribus, donec mollescat. Exhibe quotiens necesse. Vel malum cydoneum aliudve acidiusculum excavatum imple cera alba rasa cum tribus granis mastiches, & involve stupa ac coque sub cineribus. Detur hora ante cibum & mira operabitur.

§. 12. *Crocus maris*, Limatura chalybis urina pueri vel aqua dulci adspargatur, & sic corrosa infundatur in acetum tartarisatum: quo iterum vaporatione abstracto, forti calcinatione redigatur in alcohol rubicundum. Quod denique aqua pluvia ablutum & siccatum datur à scrupulo dimidio ad integrum. in hoc morbo non solum, sed & in hæmorrhagia desperata.

§. 13. *Oleum croci maris*. Crocum hunc subige cum urina pueri, ut fiat instar massæ. Quam per retortam distilla sic ut spir. vitr., proditque oleum rubrum & aliquantum spissum, ideoque plusculis die-

bus in cineribus digerendum. Vfus idem, qui croci, est. Dosis guttæ quatuor aut quinque. Eiusdem usus est *essentia croci maris* à Crollio descripta.

§. 14. *Sulphur solis*, quod proprietate fixitatis sulphuri microcosmico dissoluto maxime confert. ℞. Nitri & salis communis q. v. v. g. sesquilibram. Boli communis libras sex. Distilla s. a. oleum. Hoc oleo aurum, ante calcinatum amalgamare & sulphure, in cineribus solve in matraccio. Affunditur autem ad solis drachmam olei semunciam. Tincturam separata, & ab ea sapius spiritum distillando abstrahe, & relinquatur solutio solis in fundo rubra. Huic affunde spiritum sive potius oleum vini, & tincturam s. a. extrahe, & extractam distillando reduc ad consistentiam mellis. Hujus quinque vel sex guttæ in vehiculo convenienti datæ & ventris fluxum sistunt & ventriculorum roborant.

§. 15. *Amalgamatio solis*, ℞. Solis q. v. Mercurii vivi sextuplum. F. s. a. amalgama. A quo in crucibulo mercurius vaporet. Hic labor tertium repetatur.

§. 16. *Calcinatio solis*. Soli sic amalgamato adde duplum sulphuris, quod è crucibulo mox deflagret. Hoc fiat sextum.

§. 17. *Aurum potabile anglicum*. De quo vide lib. I. c. 7. 24.

§. 18. *Tinctura sinaragdi*. Hujus fragmenta tere in mortario ferreo primum & mox super porphyrite in pollinem. Ex hoc per urinam puerotum, simplici distillatione preparatam, extrahe tincturam omnem. Aqua collecta & filtrata abstrahe menstruum, & remanebit pulvis griseus. Ex quo rursus cum spiritu vini extrahe tincturam excellenter viridem. Quam distillando menstruum reduc ad consistentiam mellis.

Hujus grana duo ad decem exhibe in aqua plantaginis aut tormentillæ. Sistit dysenterias miraculose.

§. 19. *Tinctura corallorum*, quæ datur à granis tribus ad sex.

§. 20. *Alumen crudum* ad drachmam datum ex aqua plantaginis.

§. 21. *Laudatum opiatum*, si opus quietatione per somnum.

§. 22. *Sudoris* provocatio per terram sigillatam & lapidem bezoar necessarium sæpe & magnum auxilium est.

§. 23. Sæpe & opus est *cucurbitulis* umbilico affixis: atque imposita hepatis *cerato*, ex fantalni unc. quatuor, & olei nymphææ ac rosarum ana uncia, & camphoræ scrupulo semis. Hoc enim egregie convenit, si ab acris humoribus est.

§. 24. *Potus* sit aqua hordei, cui incoctum sit cornu cervi.

§. 25. Cavendum vero, ne vel intus exhibeatur *spiritus* vitrioli, vel extus adhibeatur aliquid adstringens. Carnium quippe condensatione malum augetur. Quamobrem si opus fomento erit aut cataplasmate, aceti aliquid penetrationis causa, addatur.

§. 26. *Dysenteria* in superioribus intestinis plerumque lethalis, præsertim si ventriculus simul aut vomitu aut singultu vexetur. Curatio tamen tentetur exhibitio lacte cum melle aut saccharo rosaceo. Enematis aut nullis aut raris opus.

Tenasmus.

CAP. LLII.

Tenasmus directi intestini ulcus est. Sub hoc assidua

dua desiderandi cupiditas sollicitat, sed qua nihil ferè præter mucosum quiddam & subcruentum egeriur. Dysenteria atque tenasmi causa est pungens acerque humor, qui non recta, sed per anfractus in intestina vi quadam delatus & infixus, ea exulcerat & acrimonia rodit. Is autem vel bilis est flava, vel atra, vel pituita falsa. Nonnunquam & excedentia medicamenta, ut colocynthis & adamantis pulvis: necnon vitiosa & acria alimenta ingesta alius se in intestinum figunt, dysenteriamque cient. Humor porro acer in intestinum irruiit, interdum ex mesenterio, in quo jam dudum cumulatæ erant, ut crebro iis accidit, quibus amplum abdomen prominere: interdum è jecore vel è liene, vel ex vicinis partibus: interdum è venis majoribus atque ex ipso etiam corporis habitu. Hæc omnia propriis signis nosse expedit, ut certa sit curatio. Non omnem dysenteriam febris comitatur, sed eam distinxat cujus humor est acerrimus, isque è visceribus aut è venis magna corporis perturbatione profusus. [Fernelius.

§. 1. Tenasmo convenit decoctum foliorum quercus cum fursute ex aqua chalybeata, & in sacculis ano applicatum.

§. 2. Mirabilis quoque est in hoc casu *clyster* ex jure carnis vervecinæ cum olei ceræ aliquot guttis ad drachmam injectus.

§. 3. Intus vero olei mastiches guttæ aliquot exhibeantur in aqua menthæ, plantaginis, pulegii. Subito enim tenasimum solvit. Ventriculo quippe gratum est, nec inimicum intestinis: ideoque & dysenteriam, & in primis tenasimum sistit.

Excretio purulenta.

CAP. CLIII.

Purulenta excretio si exigua & cum dolore prodit, ab ulcere aut intestinorum aut podicis est, quod vel dysenteria, vel tenasmus, vel phlegmone reliquit: hoc autem antecedens affectus demonstrat. Si copiosior est atque doloris expertus, ex abscessu quodam mesenterii in proxima intestina fertur. Si vero parior pariterque indolens, ea quidem verè purulenta non est nec ab ulcere manat, id quod multos puris specie fecellit, sed mucosa quedam sordes est subalbida & veluti limus saxque sanguinis melancholici quam podicis expuunt venæ, atque multo interdum tempore eructant post diuturnos fere morbos melancholicos duramque & laboriosam equitationem. Nunquam certè aut admodum raro è jecoris aut è lienis abscessu, multoque rarius (quod tamen affirmat Galenus) è purulentis pulmonibus syncerum pus in alvum derivatur. Hanc tamen illi viam comminiscitur, è pulmonibus eructari in sinistram cordis ventriculam, hinc in aortam arteriam, ex hac in minores que per mesenterium feruntur pelli & excidere in intestinam. Avicennas aliam viam confinxit, è pulmonibus in dextram cordis sinum, hinc in venam cavam, è qua in secur & portus, ex quibus in mesenterii venas tandemque in intestina. Ceterum in his signentis fieri omnino nequit, ut tam longo via tractu pus quod sanguinis permistione unctum fuerat, tandem album redeat, secernaturque syncerum. [Fernelius.

§. II. Excretioni purulenta ac dolorifica conducit, tam abstergendi quam consolidandi causa, enema

ex

ex lacte & oleo olivarum ana, vel ex butyro recente. Cui addi, initio quidem aliquid mellis, iposteà vero etiam radix symphyti potest. Nihilominus, quæ emolliant doloresque sedent, assumenda sunt. vide infra ubi de morbis mesenterii.

Lumbrici.

CAP. CLIV.

Lumbrici ex omnibus corporis partibus maximè intestina occupare solent: quamquam & exiguis interdum in renibus genitos vidi cum urina profusos, & in pulmonibus, & in auribus, & in dentibus: sepe etiam in neglectis abscessibus ulceribusque sordidis. Ex crassa lentaque pituita, qua in intestinis frequens corrupta praparataque fuerat, ab uberrimo insito calore suscitantur vitamque sumunt, eorum animalium exemplo qua ex putri materia celestis caloris ope vitam habent. Ut autem varia est putrescentis materiae figura, ita & varia sunt lumbricorum species. Alii longi sunt ac teretes, qui in superioribus gracilibusque intestinis gigni solent: è quibus dum cibus descendit obnituntur & sursum plerumque irrepunt in ventriculum, quem gravibus torquent symptomatis. Inde per gulam os ipsum conscendunt, è quo hiante etiam profiliunt: clauso verò dormientibus per palati cavum obrepunt in nares forasque prodeunt. Alii breviores sunt & lati cucurbita seminis effigie, quorum procreatio est vel in caco intestino, vel in coli cellulis: atque hi sepe mira serie inter se coherent. Interdum mutuo horum adhasu & adunatione crebra contexitur latus ille vermis, quem ob similitudinem Gracivivæ appellant, quod vitis & fasciis mulierum quibus capillum vincunt similis, tam latus ac longus existat, ut per omnia precipue verò crassiora extendatur intestina, in iis præsertim quibus pigrior tardiorque

Abus natura est. Alii exigui sunt & tenues simulque teretes (ascarides appellant) quib. fore sedes est in recto intestino & extremo sphinctere: adultis nonnunquam horum multitudine feces consperguntur. Hos etiam animadverii interdum ab ano pruritu quodam emergere, hincque in femora nateque quoquo versus serpere. Omnibus materiam suppeditant cruditas & crupula, deinde eorum usus, que facile putrescunt, ut lactis, casei, fructuumque dulcium & fugacium. Itaque pueri quam adulti his multo sapius afficiantur, quod illorum calor humidior sit, confortioreque habitum perfundantur. Lumbricorum signa sunt ventris distentio cum murmure atque torsione, hentericum profusivum, corporis dissolutio, faciei pallor, oculorum suffusio vel suffillatio, narium pruritus. Quinque sursum obrepunt, agitati (maxime per inedia & cibi penuriam) intestinum morfu aut tactu feriunt, siccam tussim movent, oris ventriculi præcordiorumque compunctione animi desolationes, syncopas, epileptus: ascensu vero tremorem, devorandi conatum & strangulandi metum inferunt, quibus malis infantes plerique sunt eximii. [Fernelius.

§. 1. Lumbricis è corpore expellendis valent multa. Præcipua sunt, quæ sequuntur.

§. 2. *Extractum turpethi & rhabarbati cum spiritui paracum.* Cujus loco vulgo sunt rotulæ diatribæ cum rheo. Dosis, in adultis, à semidrachma ad integram: in pueris, à semisrupulo ad semidrachmam. Non tantum lumbricos hæc necant, sed & è corpore educunt.

§. 3. *Essentia florum persicorum cum spiritui vini extracta.* Dosis grana quinque ad octo. Flores sumantur decerpti, non qui decidunt. E quibus confici, in puerorum gratiam, etiam *syrupus* potest.

§. 4. *Oleum vel sulphuris per campanam, vel coryli per descensum.* Prius datur à gurtis quatuor ad decem: postetius autem à drachma ad duas in mensura spiritus cornu cervi, vel ejus aquæ ex philosophice calcinato paratæ per decoctionem.

§. 5. *Sal sulphuris ex capite mortuo post exstillationem olei extractus: vel ejus flores ad grana tria vel aqua apsinthij.*

§. 6. *Aqua ceparum vel allij, aut per se, aut cum mercurio crudo per noctem infusa.*

§. 7. Præstantissimus est *mercurius vivus* vel per se crudus à scrupulo ad drachmas aliquot devoratus, vel cum succo limonum prius mortificatus. V. gr. *℞.* Hydrargyri sic mortificati à scrupulo semis ad integrum. Conservæ rosarum semunciam. Florum benzoes grana duo. M. f. bolus.

Ascarides.

CAP. CLV.

§. 1. Alcatidibus expellendis etiam jam dicta inferviunt: nominatim vero, aquæ acidulæ, quæ in confectione florum antimonij, alborum quantitate accipitur. Datur in decocto cornu cervi ulsi semel atque iterum.

§. 2. *Spiritus cornu cervi essentificatus, omnis generis vermes necat & repellit.* De eo revise ad c. CXLII. 3.

Tinea.

CAP. CLVI.

§. 1. *Tinæ causa* potissimum est obstructio cystis fellis. *Purgationibus* si non cedit, adhibenda tantum purgantia sunt ad saburtam, in intestinis hospitantem & nutrimentum tincis suppeditantem expellendam.

§. 2. Deinde venter totus *inungendus* est quotidie aliquoties fellibus jumentorum vel unguento arthanitæ.

§. 3. Tandem *mercurius vivus* est exhibendus. Hujus enim vires in tinea mortificanda sunt mirabiles. Ad mortuas vero exturbandas, seu integras, seu frustulatim divulsas, laxantia sunt exhibenda.

ANI AFFECTUS.

Inflammatio.

CAP. CLVII.

Anum hi affectus occupant, phlegmone, abscessus, fistula, fissura, condyloma & hamorrhoids, cujus symptoma est sanguinis effluviu. Phlegmone fit copia sanguinis è vena cava per hamorrhoides in partes inanes qua circa podicem sunt incideute. Hac quum ex aliis causis tum maxime ex multa duraque equitatione proficiscitur. Dolor inest admodum acerbus isque lancinans & qui promendo exacuitur, foras interdum prominet, alvus non nisi difficile & summo cruciatu exit, ac interdum dies multos sistitur comite etiam febre, & urina ob viciniam affecta vesica.

Abscessus è phlegmone relinquitur qui in recti intestini cavum sepius quam in cutem erumpit: quandoquidem parte molliore exedens pus sibi promptius viam parat. Rupto abscessu ulcus manet purulentum ac sordidum, quale & nonnunquam existit ex neglecto tenasmo. Id autem in fistulam brevi degenerat: vix enim parte humida & excrementis pervia coalescit, sordidumque copia callosum diutissime manet, etiam dolore sedato. In hoc pus vel seorsum vel defectionis initio exit, multo secus, quam è mesenterij aut superiorum partium ulcere. Sed & id visum

est interdum in vesicam penetrare: ac tum misturo crepitus è pudendo perinde atque è podice, deinde puris atque etiam facis nonnihil mistum urina prorumpbat. Aliquando autem è phlegmone non abscessus ulcusve relinquitur, sed ad anum vena crassa & melancholica sanguinis colluvie distenta ob idque partibus etiam vicinis vehementes dolores & cruciatus acerbos facientes, vel libere eam postea expuunt in intestinum, vel in condylomata deponunt. [Fernelius.

§. 1. Inflammationes ani, præmissis universaliibus, proprietate curat decoctum agrimonie & menthæ saracenicæ ex aqua & aceto, tepide applicatum.

§. 2. Si abscessus sequitur, ut is maturetur, aperiat, & consolidetur, satis est balsamus sulphuris cum oleo papaveris, de quo cap. cxiv. 3.

§. 3. Si fistula relicta est, eodem modo curatur, quo in aliis locis externis.

Fissura.

CAP. CLVIII.

Ragades id est fissura, ani ulcuscula oblonga sunt, quibus sphincteris rima proscinduntur, iis similes que inferius labrum & manus pedesque dilacerant. His similitima sunt & levia quacunque sedis ulcera. Dolor acerrimus est cum ardore cirra phlegmones indicia, ulcerisque extremum expressa ano plerumque oculis patet. Fiunt autem vel duriorum asperitate fecum, vel humoris acris salsi siccantisque morsu. [Fernelius.

§. 1. Fissuras consolidat pinguedo cochlearium, de qua cap. 59. 1.

Condylomata, aliaque id genus.

CAP. CLIX.

Condyloma durum est tuberculum in ani margine

orium aut verruca, aut grani vna aut maturi mori, aut ficus effigie. Ex melancholico nigroque sanguine illic sensim extuberat & increfcit, radio potius quam dolore moleſtum.] Fernelius.

§. 1. Condylomata, & omne genus verrucas, ficus, matifcas, ac mora ani, protius & infenſibiliter tollunt cineres ſtercotis murium cum vino cocti & applicati.

§. 2. Idem faciunt conchyliorum turbinata juxta ripas fluminum reperta, ſi calcinentur, & calx cum vino cocto applicetur.

§. 3. Sic crocus metallorum, cum aqua fœniculi temperatus & in petiis applicatus, dolores primo ſedat, & ipſa deinde condylomata conſumit.

C A P. CLX.

Hæmorrhoides cæcæ.

Hæmorrhoides vero quæ externa & conſpicua eſt, ex ano quoque ſurgit ac prominet. Ea ex atro melancholicoque ſanguine fit, qui è cava in extremum vena profuſus, nondum tamen illino præ loci duritiæ exiſtens cumulat, idque implet & infixus ſpeciem diſtendit. A condylomate autem diſtat, quod & breviori tempore fiat, & affligat gravi dolore, quodque nondum in calloſam duritiem concreſcat. Atque ea cæca appellatur hæmorrhoides, quum nihil ſanguinis effundit. Quæ vero aperta jam eſt, ſanguinem interdum ſponte, in conatu ſemper profundius, nec in tantum tumorem atollitur. Interiores hæmorrhoides quum corporis vene aut multo aut acri urgent ſanguine, nulli ſerè ſenſu tumoris doloriſe ſupervacuum ſanguinem eructant, idque ſolum in egerendi conatu, atque is ſeorſum conſpicitur face minime permiſtus.

Hæmorrhoidum ſymptomata ſunt immoderata ſanguiniſ.

ſanguinis profuſio, & ejus minime conſuetæ ſuppreſſio. Virumque enim præter naturam eſt, ſique gravium morborum cauſa. Sola quippe vacuatio naturalis ea cenſetur, quæ quod grave inſenſumque eſt, veluti onus inutile deponit citra corporis infirmitatem, citraque virium jacturam. Profuſionis cauſa continens vel in ſanguine eſt, qui multus, tenuis aut acer violenter erumpit: vel in venis quæ aut aperte aut exefa aut ruptæ jam ſunt. Suppreſſio autem contrariis fit ex cauſis.] Fernelius.

§. 1. Hæmorrhoidibus cæcis & valde dolentibus ſpecificè convenit oleum lini, in quo diſcocti ſunt ſcarabæi pilulares (Roſſkeſer) bono numero. Ei oleo intinge goſſypium, & applica loco dolenti calide, idque ſæpius repete.

§. 2. Sic ſuberis uſti cineres cum pinguedine capivi vel oleo myrrino cocti & ano applicati dolores intenſiſſimos ſiſtunt. Qui vero huic non cedunt, cedunt ſi unum alterumve granum opij fuerit admixtum.

§. 3. *Unguentum ex linaria.* Herbarum linariarum cum floribus manipulum contunde, & cum adipe porcina miſce, & parum refrigerato adde vitellum ovi. Hoc ſi cum goſſypio vel lana applicetur parti dolenti, dolores ejuſmodi ad miraculum uſque ſiſtit. Hoc tanti fecit D. Wolffius, amicus meus, ut tanquam ſecretum ſingularè illuſtriſſimo ſuo principi Ludovico ſeniori Hæſſiæ Landgraviæ præ memoriæ, totiens rogatus revelare non voluerit, niſi poſtquam ipſi annuatim bovem ſaginatam promiſiſſet. Quæ promiſſione facta, non tantum herbarum linariarum ipſi monſtravit, ſed & verſiculam conſuetam addidit, quo herba hæc ab eſula diſtinguitur.

Eſula lacteſcit, ſine lacte linaria creſcit.

Quod cum, qui aſſidebat, nobilis, Ioannes Riſede-

lius ab Eschenbach, hæreditarius Marescalcus Hafsiæ, audiret, versiculum invertens joco respondit.

Esula nil vobis, sed dat linaria taurum.

Profluviu hæmorrhoidum.

CAP. CLXI.

§. 1. Fluxus hæmorrhoidum si stato tempore & moderate fiat, sisti nunquam debet. Immoderato autem medentur omnia illa, quæ sistendo sanguini profunt. Laudatur tamen singulatim, *essentia croci martis* Crollii, aliquamdiu exhibita.

§. 2. Proprietate valet *cingulum* ex foliis ellebori nigri recentibus factum & nudo corpori circumdatum. Folia, fibris levi contusione mollitis, fasciæ filo superassuuntur in longum. Hoc feliciter usus sum. Idem præstat omnino in fluxibus immoderatis mensium & in priinis sanguinis arteriosi, post gravissimum partum sæpe magno impetu profluentis.

§. 3. *Pulvis* ex mumixæ transmarinæ & suberis ulti ana subtili contritione factus. Quem si recte applices orificio venarum hæmorrhoidalium, subito sistit sanguinem.

Suppressæ hæmorrhoides.

CAP. CLXII.

§. 1. Hæmorrhoides *suppressas* præter modum & tempus, aperiunt *folia ficus*, si sæpius recentia ano applicentur, vel cum iisdem locus fricetur.

§. 2. Sic *succus ceparum* cum aloe mistus & panno asperiori fricando applicatus aperit hæmorrhoides.

§. 3. *Pilula aloephanginæ* vel aloe cruda semel in septimana sumtæ, hæmorrhoides aperit.

§. 4. Aperiunt quoque *succi cyclamynis, ari, bryoniz,*

nix, emplastrum ex farina laterum, felle bovis, staphide agria, unguento diacolocynthidis, & oleo amygdalorum amarorum concinnatum.

§. 5. Denique *pulvis colocynthidis cum melle tostus.*

Procidencia ani.

CAP. CLXIII.

Anus procidit modo sponte, modo egerendi conatu, apparetque sphincter totus interdum inversus atque provolutus. Causa est musculi resolutio seu laxitas ex multi humoris perfusione: qua ratione pueris & infantibus quam adultis id viti] familiaris observatur. [Fernelius.

§. 1. Procidencia ani curatur primo repositione intestini. sed ante adhibitis decoctis emollientibus, si vel tumor vel durities impediturus est chirurgiam. Postea ad adstringentia accedendum, tum interna, tum externa.

§. 2. Inter *interna* laudabile est *decoctum* radices prunellæ sylvestris. Ubi enim omnes fere radices alvum solvunt, propter succum mercurialem, quem in terra hauriunt, hæc sola ex cerevisia vel aqua decocta & sæpius hausta, leniter adstringit: ita tamen, ut alvus quoque simul sit libera. quam & in ejusmodi casibus semper oportet esse talem, quo ne fortiori conatu egerendi intestinum rursus procedat.

§. 3. *Externa* varia sunt, sed elegans est, *asser quernus*, si optime lævigatus & calens ac mastiche illitus statim ano supponitur aut ei superfedetur. Non amplius vero caleat, quam ut tolerari possit.

§. 4. Quod si intestinum repositum intus manere non possit, præsens remedium est, *cineres* scarabeorum pilularium (de quibus cap. xxxv. i. spargere super intestinum prolapsum & hoc, quo modo po-

Vera quoque inflammatio in mesenterium incidit, quum ab exesit aut ruptis illius venis sanguis excidit, & in aliqua sede præter naturam collectus putrescit, tandemque suppurans abscessum facit. Ea inflammatio sine manifesto dolore est, solumque gravitatis sensum habet, nisi foris vehementius prematur. Febris admodum levis & lenta, sine siti, sine gravibus symptomatis, nec omnino agrum prosterbens, nec quotidianas functiones interpellans. Principio sanies quadam rubra, facto deinde abscessu pus album defluit ab alio, & utrumque modo permixtum alvi facibus, modo seorsum & syncerum, ut quum inflammatio in postrema intestina devertit. Tum quippe pus per venam proximam in recti aut coli intestini capacitatem insluit, syncerumque magna interdum copia redditur nullo sensu doloris: quod aliquando celebres Medicos magna admiratione & controversia torfit, Sed non aliunde id quam ab affecto mesenterio dimanare facile nosci poterat. Neque enim ab inflammatis intestinis, neque à ventriculo potest sine vehementi dolore prodire. Ex jecoris vero aut ex lienis inflammatione, febris vehementior affigit, omniaque symptomata sunt gravissima: neque tam syncera sanies seorsum ob longiorem viam tractum exit. Renes etiam affecti non illac, sed per urinas expurgantur. Itaque unum mesenterium reliquum est in abdominis capacitatem, quod sub illis notis inflammatione teneatur. [Fernelius.

§. 1. Mesenterii obstructio & inflammatio, ut magnorum malorum auctores, ita cogniti difficiles sunt, nisi quando se tumore circa umbilicum produunt. Medici itaque heic solertia opus est, & diligenter observatis, quæ Fernelius de illis prodidit primus.

§. 2.

§. 2. Morbo cognito, vel inprimis bona *diæta* præscribenda est, operaque danda, uti ea vitentur omnia: quæ aut labefactare ventriculum queunt, aut labefactatum de toto suo & officio profum dejicere.

§. 3. *Purgationibus*, qualibuscumque etiam, raro quid proficitur, quin potius exasperatur utrumque malum. Quod dum parum attendunt medici, quid mirum, plerumque iliada malorum ex illis sequi sufficit, subinde injicere simplex *enema* ex solo lacte vel oleo olivatum aut butyro recente. Hoc enim colluvies, quæ purgationibus non cedit, paulatim educitur, & mitiora omnia redduntur.

§. 4. Tota autem cura consistit in resolventibus & emollientibus.

§. 5. *Resolventia*, & mitiora quidem, sunt tartarus vitriolatus, vinum martiale, pulvis cachecticus, & acidulæ cum naturalibus tum artificiales illæ, quas Platerus in III. Observ. proponit, ubi de discoloratione. Certe ista ingluviem in mesenterium depositam mirabiliter resolvunt. Quæ si laxam servare simul alvum nequeunt, spir. vini tartarificatus guttatim exhibitus, omnem ejus legnitatem tollit.

§. 6. *Emollientia* inter primum est *emplastrum* excucuta. Quod si exacerbatur doloris indicio est, inflammationem jam in suppuratum transisse. Removendum itaque, & putrilago enematis evocanda.

§. 7. Curatione absoluta, ne redeat malum, providendum est leniter purgantibus, semel in anno aut iterum exhibitis.

JECORIS AFFECTUS.

Intemperies.

CAP. CLXVII.

Jecoris compluribus variisque patet affectibus. Hæ-

autem sunt intemperies tum simplex tum ex humorum vitio, substantia corruptela, obstructio, scirrhus, inflammatio, abscessus, ulcus. Quum simplex intemperies calidior quacunque ex causa contracta est, cibi maximeque carnis fastidium inest, ac nihilominus inedia plurimum incommodat: sitis quoque vehemens: corpus universum maximeque manuum palmae & plantae pedum calent, atque si siccitas comes est arescunt, madenti verò si ea simul humida sit. Ex intemperie frigida cibi cupiditas major: sitis nullo, praesertim si eaparter humida sit. Simplex verò nulla intemperies diu sola consistere potest, quin brevi post tempore humoris vitium accersit. Quacunque enim vis sive alimenti, sive aëris, sive alterius cujuslibet causae, jecoris, eadem multo facilius humorum temperiem immutat, eosque sui similes reddit. Imò etiamsi ab ortu jecur intemperatum est, quum gignendorum humorum praecipua sit officina, quacunque id constitutione fuerit, eadem quoque humores afficiet: ac impensè calidum, calidos biliososque multiplicabit: frigidum verò frigidum atque pituitosum. Itaque calidior intemperies tum eos humores qui per mesenterii venas feruntur tum quos jecur in se continet & in omne corpus distribuit, extorret. Frigidior verò crassos, lentos, crudos pituitososque reddit: siccior densos, siccos atque terrenos: humidior tenues & aquosos. Sic humorum vitio & exuperantia saepe jecur scateat & premittur. Signa verò calidioris humoris exuperantis sunt, bilis aut vomitione aut dejectione prorumpens, primum quidem tenuis ac pallida deinde crassa verè flavo ac fetida oris amaror, cibi fastidium, sitis vehemens & plerumque febris eaque aut intermitens tertiana, aut errabunda, aut cerè lenta, qua omnino languescit corpus paulatimque oxarescit. Frigidioris tum jecoris

tum exuperantis in eo humoris signa sunt, nec frequēs nec multa nec multum colorata nec fetida alvi dejectione: deinde cibi appetentia, nulla sitis, nulla febris, nulla denique corporis extenuatio. [Fernelius.

§. 1. Hepatis intemperiei cuicumque extractum agrimoniae & radice graminis mirifice conveniunt: praesertim si exhibeantur cum spir. vitr. ad gratum acetem mista.

§. 2. Acidula, seu aquae minerales, vel decoctio cichorii in intemperie calida & sicca, vel cum extracto centaurei minoris in frigida & sicca, profunt. Vel miscetur illis sal eorum, quae laudavimus, aut spir. vitr. Quod si minus grata erunt extracta, parentur eorundem arcana. Sic enim effectus suos mirabiliter ostendunt: praesertim si subinde universalia necessaria & conveniens victus ratio accesserint.

§. 3. Inter purgantia praevalet rhabarbarum, Cujus ulus salutaris est admodum hepati, quoquo modo ad intemperiem quandam declinanti.

Putredo.

CAP. CLXVIII.

Substantia corruptela non minus jecur quam pulmo contaminari solet, qua laborans sensim languore contabescit. Ea fit ex omni humore, frequentius autem ex biliosa sanie per jecoris substantiam effusa, quae sensim lenteque putrescens, ipsam pariter jecoris substantiam labefaciat atque corrumpit. Eiusmodi autem ab alimentorum vitio contrahitur, quae aut corrupta sunt aut septica vi pollent. Vinum quoque generosum & meracius longo ac liberaliore usu in idem vitium precipitat, non solum quod viscus hoc calefaciat & desiccet (ita enim in scirrhum duntaxat deducit) sed quod putridum quandam lentore sanie, quae exaggeret. Sic affectis quoniam malum sensim

ac pedenim serpit, virium robur diu infractum persistit, ut etiam obire illi possint consueta munia febris initio nulla atque etiam procedente malo admodum lenta inest: suis quoque non acrius urget, quod jam calor arbor deserbuerit, & nullis ferè in hypochondrio tumor subsit. Hoc tamen vitium deprehenditur, quod vini optimi ejusque meracioris summum inest desiderium, perinde atque iis qui pulmonum corruptela contabescunt. Sic saepe illecebris blanditur hostis insensissimus & sui amantissimus clam jugulum petit. Eduliorum maximeque carnis ingens fastidium, ut etiam ejus calennis vapor odorque gravis sit cicutaeque nauseam, Halitus ex purida illuvie teret admodum & foetidus expiratur, multoque magis quam in tabe frequens animi languor & defectio, principio quidem levis, deinde sudore frigido erumpente gravior & periculosior: quibus tandem crebro violenterque pressus ager succumbit. [Fernelius.]

§. 1. Hepatis puredo incurabilis est. Quanquam pulvis alkali Paracelsi, qui forte ex mercurio est, hic aliquid posse putatur. Sed satius iudicium suspendere, quam multa perperam adducere.

Imbecillitas.

CAP. CLXIX.

Hos jecoris affectus proximè consequitur imbecillitas, qua qui tenentur propriè hepatici dici solent. Ut enim uniuscujusque partis integritas & temperies tum ipsius tum facultatis robur uetur, ita intemperies & substantia corruptela ipsis invehunt imbecillitatem. Itaque si jecoris attrahendi facultas infirma sit, liquida destuunt ab alvo cremoris specie, etiamsi nulla venriculi offensa, nullaque mesenterii sit obstructio. Si reinendi vis languet, alvus interdum (sed admodum raro) liuida & saniosa reddit carnis torura re-

cens

ens maclata similia. Sapius etiam quum hæc imbecillitas increvit, sanguis sponte profluit è venis, idque vel per nares, vel per uterum, vel per hæmorrhoidas, vel per sputa. Sed & interdum sanguinem animadverti ab extremis venis qua in cutem desinunt multis è locis effundi, qui nullo ardore livecebant. Si vis sanguifica imbecilla est, cruditates fiunt, quibus primum pedes, deinde & cætera partes intumescunt: ut iis qui à morbo gravi convalescunt, nec non hydropticis, scirrhorosis, ictericis aliisque hepaticis. Etenim vena jecori male affecto utpote sua origini condolescunt & consentiunt, ut & nervi cerebro. [Fernelius.]

§. 1. Imbecillitatem hepatis emendant, & in statim pristinum reducant temperata illa hepatis auxilia, de quibus jam dictum est. Fortiora enim, at vomitoria & purgationes, hic vitanda. Convenit imprimis cichorium vel per se, vel in medicamentum conveniens paratum.

§. 2. Ex chymicis essentia martis. Quæ fit, si ejus, selibra candens semel atque iterum extinguitur in malvatici libris quatuor. Sic enim martis essentia vitriolata vino communicatur. Quod à semuncia ad uncias duas ex jusculo vel aqua aut infuso cichorii suavissimum est hepatis auxilium.

Tumor pedum.

CAP. CLXX.

§. 1. Tumori pedum conferunt acidulæ, & spiritus vitrioli, geranium Roberti tusum, & applicatum. Confett & hoc ceratum. ℞. Cera duplum Savi hircini simplum. Olei rosacei dimidium. Liquefiant simul, & extende super linteum, atque applica calide.

Obstructio.

CAP. CLXXI.

Obstructio jecori admodum familiaris est, nullumque viscus hoc aequè vitio tentatur, quod vena è portis per jecoris substantiam in ramos tenuissimos dissipata obliteretur: hacque alii non minus tenues è cava vena convenient, per quos omne debet alimentum traduci & exportari. Hac apertis præ se fert notis, nam gravitas & distentio cum obruso dolore dextro infidet hypochondrio tum præcipuè manifesta, quum quis mox à cibo exercitacionem subit. Ea tamen sine tumore sine febre est. Obstructionis causa sunt, humor crassus aut lentus aut multus. Talis interdum è cerebro procumbit in ventriculum, qui deinde præterfluens sensim in tenues jecoris venas cum alimento penetrat easque obstruit. Ferè tamen ex alimentis crassis, viscosis multisque fit obstructio, quum aut balneis aut motu vehementiore mox à cibo in tenues venas vel rapiuntur vel impelluntur: nonnunquam & bilis flava in jecore præter naturam diutius coërcita, nec tempestivè expurgata mire crassescit, gravesque & admodum periculosas jecoris obstructions inducit, ut quæ (ceu mox ostendemus) interdum etiam in cysti lapidescat. [Fernelius.]

§. 1. Obstructiones, ubi fuerint, curantur materiæ tum obstructentis evacuatione, tum foventis præcautione. Quæ ut fiant, materia copiosior immixui, crassa attenuari, lenta incidi, viscida, detergi, fluens revelli simul & evacuari, flatûsque discuti, & pars, quæ illam vel generat vel subministrat, corrigi debet. Primum ergo lenitivo dato, si adit plethora vel qua suppressio vacuationis solitæ, protinus incidere basilicam convenit. Tum corpus purgetur, sed primum senioribus. Postea offerantur,

quæ

quæ & viis aperiendis & visceri obstructo sint appropriata. Quibus addere semper, quæ obstructionis comitem inrempetiem corrigant, una cum adstringentibus & robur visceri conciliantibus, oportet, de quibus omnibus videantur Practici.

§. 2. Obstructiones hepatis: è quacunque causa profectas, expediunt, quæ tartarum ubicumque corporis natum resolvunt. Sicut enim macrocosmi, sic & microcosmi obstructions à tartaro fiunt. Istis vero accedant, quæ communiter à Practicis in hepatis obstructione præcipiuntur. Quamvis enim expedire negotium nequeant: certa tamen vehicula sunt, quæ medicamenta deobstruentia, id est, tartarum solventia & expellentia, citissime ad locum obstructum devehunt, & ad operandum efficaciora reddunt. Itaque aquæ stillatitiæ, infusiones decocta, apozemata, sîrupi communes pariter & magistrales, ceteraque id genus tam externa quam interna extrinsecus negligere non oportet.

§. 3. Principes in hoc negotio partes obtinet mars leu ferrum. Cujus scobs cruda à semisrupulo ad semidrachmam sæpius, hoc est, quotidie bis terve ingesta, mirum quantum valeat in talibus affectibus. Ejus præparaciones excogitæ sunt multiplices admodum: sed, quod simpliciora, eo meliores sunt. Ipsa simplicitate natura gaudet.

§. 4. Sic ab ea se commendat vinum maris, quod existat cap. 169. 2. Datur autem vel cum usuali aliquo vel in potu aut cibo. Dosis initio minor esse debet, evitandæ nausæ causa:

§. 5. Pulvis cachecticus simplex. χ . Chalybis super incude munda rusæ usque in scoriis similia frustula, deinde in alkohol pulveratæ partem. Cassiæ lignæ partes tres. Sacchari albillimi partes

quatuor. M. f. pulvis. Ejus, quantum cultri mucro capit, detur ter in die, jejuno nempe & à prandio cubitumque ituro, per aliquot septimanas.

§. 6. *Essentia croci maris.* De qua vide cap. 169.
2. Quæ tamen, quod notandum, quia leniter aperit & adstringit, tutius in fine, post alia aperientia, exhibetur: præsertim quum præcedentium exhibitione alvus aliquibus cieatur vehementius.

§. 7. *Spiritus tartari* cum suo sale spiritualiter prolecto fortificatus. cujus virtutes sunt mirabiles. Vide Crollium in digest. universali.

§. 8. *Tabula martiales.* Limaturæ chalybis misce tantundem sulphuris, & hoc igne primum leni, deinde validiore, tandemque summo ure. Quod relinquitur, iterum cum pari portione sulphuris eodem modo ure, donec amplius sulphur non redolet. Tum pulvera, & affunde in sartagine ferrea acetum ad eminentiâ digiti. Quod rursus vaporet super igne carbonum, sed spatula materiam agita continuo. Hoc fac secundum, sed auctiore sub finem igne, ut rubescat massa. Quæ etiam ab igne remota aliquamdiu agitetur, donec refrixerit. Pulveretur subtilissime. Pulveris uncia adde sacchari albissimi in aqua agrimonix soluti se libram. F. s. a. rotulæ, eaque illinantur gutta olei Caryophylorum.

§. 9. *Spiritus aperitivus* Penoti. cujus tamen composito nonnihil immutata est à me, & probata felici usu in hydropo. ℞. Utrioli ungarici ad rubedinem calcinati libras quatuor. Silicum è fluminibus collectorum & optime calcinatorum libras quinque Tartari ad albedinem calcinati libram. Quæ tenuissime pulverata, & mixta relinque aliquamdiu in loco humido. ut liquorem abeant. Quæ distilla per alembicum in arena & ter super caput mortuum pulveratum cohoba. Distilla autem per retortam igne a-

perto: sed initio leni phlegma primum, deinde auctiore spiritum acidum elice. Ex capite mortuo calcinato salem extrahe, eumque prorsus clarificatum conjunge cum spiritu acido & simul digere. Digestam vero cum argilla in pastillos redige, atque ex his in umbra siccatis per retortam igne nudo, observaris tamen gradibus, spiritum alkali satum provoca. Dosis est à scrupulo ad duas drachmas in vino aliove convenienti liquore.

§. 10. *Aqua philosophica*, quæ est spiritus vini, semel rectificatus & essentia tartari, ad cæruleum colorem calcinati, imprægnatus sola extractione salis.

§. 11. *Aqua deoppilativa.* ℞. Radicis dulcamaræ unc. tres. Herb. cichorij, cuscutæ, eupatorij, hepaticæ, lupuli, scabiosæ, ana manipulos duos. Infunde per triduum in sero lactis ad tres digitos. Hinc distilla, Hujus distillati uncias quatuor misce sirupi è quinque radicibus uncias duas. Detur omni mane, sed interjecta purgatione quovis triduo aut quatrinduo.

§. 12. Hæc principalia deobstruentia sunt. Quæ plerumque non tantum obstructions solvunt, sed & liberam alvum faciunt. Quod fit propter vel dispositionem corporum, vel ipsius medicamenti virtutem. Sic aqua philosophica tartarifata & quæ ex Marte parantur, liberalius plerumque per alvum movent.

§. 13. Certe bonum est, quum deobstruendis obstructionibus in eumdem alvum esse apertam: si non est, oportet solvere. Quod commodius neutquam fieri potest, quam per cremorem tartari. Quod si prorsum segnis in suo officio alvus est, convenit extractum rhabarbari, vel hæc *pilule Riverij*. ℞. Gummi ammoniaci in aceto scyllino soluti drachmas tres. Spec. hieræ picræ sesquidrach. Aloes crudæ scrup. quatuor. Myrrhæ scrupulum. Crocigana sex. Fiat cum sirupo apsinthij massa mellis. E qua extra-

hatur cum spiritu vini tartarificato tinctura, & hæc redigatur ad formam extracti Dosis à semisrupulo ad integrum.

S. 14. Externa quod attinet, quamvis ea passim omni forma adhiberi ad hepatis regionem soleant, necessaria tamen non puto, nisi durities subsit, quæ resolvi etiam externis possit.

Inflammatio.

CAP. CLXXII.

Hepatitis, est jecoris inflammatio, qua sanguis illius parte quadam præter naturam collectus incendiatur. Fit autem dum sanguis ipse vel exuperantia vel tenuitate, vel seruore & acrimonia, vel externarum causarum impulsu, è venis immoderatus prorumpens, in visceris corpus copiosior secedit. Tum extra propria vasa purefcit & inflammatur, simulque imbutam carnosam partem substantiam labefactat atque corrumpit: hinc plerumque sinus excavatur. Primum igitur sanguis vertitur in puridam sanie, ac tum inflammatio est: sanies deinde caloris nativi beneficio in pus abit: ea ipsa puris collectio abscessus dicitur. Erumpente demum pure vlcus manet cavum ac sordidum. Hac mutationis serie multa vitia ex uno eodemque fonte dimanant, quæ ut variis sunt nominibus insignita, ita & varias curandi leges habent. Singula vero propriis signis ita indicantur. Inflammationis nota sunt gravitas dextra præcordiorum parte, dolor (quum maxime ea sedes attingitur) à jugulo ad costas nothas protensus, ob conclusam materiam congeriem quæ succingentem thoracis membranam conuellit. Hac ratione & spiritus difficultas & tussis exigua eaque sicca inest, quæ nihil excreatur. His igitur notis atque doloris sui distat à pleuritiide. Febris ex inflammatione fit ardens & acuta, suis

inexhausta, lingua scabrities & linc lentior inherescens primum quidem flavus, deinde nigricans: nausea & cibi fastidium: interdum singultus prope strangulans: sæpe corporis color ictero sedatus: urina crassa, rubicunda ac turbida. Syncera bilis modo vitellina modo eruginosa vomitio, & plerumque per alvum dejectio, quæ interdum vel diarrhæam vel dysenteriam infligit. Si inflammatio erysipelatoses fuerit, febris, ardor, vomitio reliquaque signa graviora evadent ac tandem in marcorem deducunt. Hæc quidem omnis inflammationio communes nota sunt: particularium vero si inflammatio in cava jecoris magis divergat, cibi fastidium, nausea, suis, biliosa vomitio aut dejectio acrius urgent, & præterea gravis & admodum laboriosus est decubitus sinister, nec prompte inflammari jecoris tumor contacit obvius est. Si vero inflammatio gibbam magis regionem obsideat, spirandi difficultas, tussis & gravis dolor jugulum retrahens magis infestant, & præterea difficilius est decubitus dexter, ut quo pars affecta premitur: contactu pressuque dolor exacuitur. promptique tumor percipitur, qui & interdum prominens est & oculis conspicuus. Omnes hæc quidem manifesta & vehementes nota apparent quum ingens est inflammatio. Quum vero exigua, obscure & exiles: sæpe enim jecur animadvertimus, tuberculis & abscessibus instar furuncolorum obsideri, nullo hypochondrij dolore, nullo tumore, nullo decubitu difficili febris solum inerat non admodum ardens, cum siti, cum cibi fastidio, cumque alvi bilioso profluvio in menses interdum multos perseverante: ut idcirco difficile id mali quemadmodum & substantia corruptela ab intemperie calida aut ab obstructione internoscereur. Quum autem musculis abdomi-

nis reclus jecori præens solus inflammatur, superiorum notarum nulla quidem (nisi forte febris) adest, lancinans dolor magis affligit, tumor oblongus foras prominet: visu tactuque conspicuus: cuius enim circumiuncta rubescit atque calet. [Fernelius.

§. 1. Inflammationem hepatis sepe sola missio sanguinis curat. Vomitionem, si opus est, in otiosis & pituitosis admittit. Contra purgationes, præsertim acres, non fert. Alvus si non responderit aperienda est vel leni enemate vel extracto aut infuso rhabarbari in aqua cichorij.

§. 2. Quibus si neque dolor neque febris remittunt, julapio modice refrigeranti addatur lapis prunellæ, & detur hoc potui. Qui minime confertim sumendus.

Abscessus & ulcus.

CAP. CLXXIII.

Abscessus quum jam sit & purida sanies in pus convertitur, dolores & febres, inquit Hippocrates, & cætera symptomata invalescunt: rigores sæpe nullo ordine nullaque ratione invadunt, quos sequitur calor exacerbatio. Confecto jam pure omnia quidem remittuntur, ipseque ardor deservescit, vires tamen relinquuntur multo imbecilliores, pulsusque frequens, parvus ac languidus, crebraque animi defectio. Quum rupto abscessu puris illuvies prorumpit, ejus retro vapore cor obruitur, qui sæpe gravi orta animi defectio agrum de medio tollit: ex hoc enim vix quisquam servari potest. At quum exiguus est abscessus, si vires satis consent, pus nonnunquam vomitione prorumpit, aut per urinas profundiur. Sed & interdum fissa vel exesa jecoris substantia id excidit in abdominis capacitatem, quo & hydropicorum aqua conluit.

Ulcus

Ulcus ex abscessu contractum quoniam alimento continenter alluitur, perpetuo colluvie multa sordescit, neque unquam potest sanescere. Jecoris enim solidi substantia spermatica quum sit non magis quam pulmonis reparari potest. Tumigiur visiosa est sanguinis confectio, corpus non alitur, sed vere tabescit, purida, saniosa & interdum cruenta est alvi dejectio ac sæpe quasi ex cadavere facta colligatio. Urina quoque sanie perfusa, aut si ea in abdominis spatium penetrat, hydrops omnium gravissimus exoritur, qui & inguinum pubisque gravitate & manifesto tumore se producit, siquidem vires tandiu persistant, quod certe vix unquam ulla observatio notavit. [Fernelius.

§. 1. Abscessum hepatis prævenire satius est, quam curare. Heic enim se difficillimum præbet.

§. 2. *Ulcus*, insanabile est.

Scirrhus.

CAP. CLXXIV.

Inflammatio.

Scirrhus tumor est præter naturam durus ac renitens, doloris expertus, nisi forte quum pars affecta durius premiur. Tactus hunc deprehendit, præsertim si gracile & adipis expertus est abdomen: idque facilius erecto vel in dextrum latus inclinato agro quam decumbente supino, tum quippe non nisi pressu animadverti potest. Hic jecoris situ & figura circumscribitur: agro præterea facilis est decubitus dexter, sinister vero gravis, quod moles quædam velut suffocans in ventriculum & præcordia incumbat. Ex contumaci & inveterata obstructione fere semper raro vel potius nunquam ex inflammatione originem trahit, quod in viscere natura in calido & humido omnis

inflammatio in perniciosum abscessum desinat. Humor igitur obstructionis auctor primum quidem tenues jecoris venas implet & infarcit, auctus deinde hinc etiam in omnem visceris substantiam redundat, & eam perinde atque venas obstruit: quod si rursum multo plenior cumuletur, jecur in amplam molem distendit, tumque viscus turgidum ac tumens apparet. Tempore humor siccescit & vi caloris tenui paria dissipata, reliquis totus obdurefcit cujus permistione jecoris substantia labefactatur, verusque tandem scirrhus emergit. Hic à simplici tumore distat, quod non nisi longo dierum numero, simplex vero brevi etiam procreetur. Vt autem peccans & efficiens humor, modo pituitosus, modo biliosus est: na & scirrhi prodeunt varij, quos accurate discernere expedit: quandoquidem & vehementia & impendente periculo plurimum dissident. Ullum cause antecesserunt quæ crassum pituitosumque succum coaceruant, hunc vero quæ biliosum, in illo dominantis pituita refrigeratiue jecoris, in hoc bilis exuperantis concalescitiue jecoris signa elucen: hic ferè iutero succedit & lentam febrem comitem habet, ille nequam: hic vnus in eum hydropem præcipiat qui ascites appellatur, ille circa vllum incommodi genus diu persistit, aut duntaxat cachexiam leuco phlegmaticamve inseri.

Magnus etiam plerumque tumor jecur sine scirrho distendit, qui nã de se proferi notis atque scirrhus, nisi quod minus renitiur & breviori tempore genitus est. Hic ferè in jecoris ambientes mēbranas effunditur hasque prorsus obsidet. Contactu obseruandus: etenim plerumque sanctus apparet, ut uniuersum hypochondriū repleat, neque costarū extrema percipi, neque sub hac disigi insigi possint, neque jecoris vlla figura sit aut circumscriptio.

scriptio. Oritur interdum à flatu aut à tenui cruditate, quam vel immoderata frigida potio, vel intempestiuus fructuum esus, vel crapula satietat que nimia peperit: & hic quidem non gravitatis, sed tensionis sensum infert, & breviori tempore contrahitur. Interdum verd ab humore crasso & lento, aliàs bilioso, aliàs pituitoso, quem validum jecur à se excutiens in proprias ambientes membranas deposuit. Hic magis renitiur, & sua mole premit, atque etiam multo tempore congeritur, nec nisi multo discuti potest.

Est præterea & in hypochondrio tumor alius musculis abdominis insertus. Hic admodum rarus est & insolens, qui non pressu, sed leni blandoque tactu ac saepe visu percipi debet, fortas enim prominet. Figuram quoque oblongam habet, qualis est recti in abdomine musculi.

§. 1. Scirrhus fit concretione mucilaginosi tartari in duritiem. Vnde eo incipiente conveniunt omnia, quæ de obstructionibus sunt proposita: sed cavere à purgantibus oportet. Dare tamen, si res postulat, rhabarbari in aqua endiviæ aut acetosæ aut centaurei minoris infusum vel extractum licet.

§. 2. Magnum heic præstat tartari vitriolatus, in decocto agrimonix & passularum cum cinamomo vel semine anisi, fœniculi, carei: præsertim si flatu simul adsint. Quibus amplius digerendis etiam fomenta è carminativis & id genus unguenta atque emplastra conveniunt.

§. 3. Quod si scirrhus fuerit contumacior, omne punctum fert emplastrum è cicuta, cujus descriptionem reperire est apud Cardanum & Heurnium atque Hildanum. Emplastro feliciter usus fuit in Teichmanno Icto. Marpurgenfi. Inter initia dolorem licet moveat, tamen relinquendum est, & tertio quoque die renovandum. Confer mihi dicenda de scirrhusicenis.

VESICULÆ BILARIÆ AFFECTVS.

Obstructio.

CAP. CLXXV.

*Cystis fellis occupant obstructio, calculus, repletio & in-
initio. Obstructio aut ejus est ductus quo bilis è jecore prolicitur,
aut ejus quo è cysti in intestina eruclatur. In viraque alvus du-
rior nigriorque est: faeces albicant, urina flava crasseque aded
sunt ut sæpe nigrescant, bilis cum sanguine in summum corpus
effusa ictero cutem deturpat. In priore tamen cystis prorsus ex-
hausta est: in posteriore illa bilis copia distenditur, varisque
exuperantia symptomatis premitur.*

§. 1. Obstructio *choledochi* tollitur iisdem deob-
struentibus, quæ hepatis convenire ostendimus. De
quibus sufficienter cap. 161. Peculiare itaque nihil
hæc curandi ratio habet.

§. 2. Speciatim vero *spiritus aperitivus* Penoti
multum hic prodest.

Bilis redundantia.

CAP. CLXXVI.

*Bilis porro propria cysti nonnunquam tantopere exuperat,
ut hanc in ingentem distendat magnitudinem. At tum sanè in-
festa est gravitatis pondere, pressu, dolore ac suffocatione, ructu,
ardore, siti, iracundia, & si quando forè compurescat febril-
bus intermittentibus. Hinc igitur gravissima mala procedunt,
nec cortè leviora quàm assatim ea prorumpit.*

*Cystis enim quum prorsus exinanitur omnemque bilem suam
foras eruclat, aut biliosas vomitiones, aut choleram morbum,
aut diarrhoeam aut dysenteriam, aut toto corpore auriginem
subitam, aut urinarum vim primum tenuium, dein crassarum
& saturato croci colore, aut alia his finitima symptomata con-
citat. Non pauci è vivis erepti sunt, in quibus non alia interi-
tus causa comparuit, quàm quòd folliculus bile omnino esset
exhaustus.*

§. I. Bilis

§. 1. *Bilis redundantia* leniter, si molesta fuerit,
educenda rhabarbaro aut mechoacana. Multum e-
nim possunt, si vel in substantia dentur, vel in extra-
cto aut infuso.

§. 2. Quod si graviora symptomata accesserint,
curare oportet, quemadmodum sub cujusque titulo
docuimus.

§. 3. Contra omnem bilis redundantiam, seu fi-
lentem adhuc seu graviter affligentem, valet *spiritus*
compositus ex sale communi & nitro, de quo egi-
mus in notis ad Crollium. Qui sæpius in convenien-
tiliquore sumtus, maximopere profuisse visus est.

Calculus.

CAP. CLXXVII.

*Calculus in cysti fellis plerumque concrevit niger, sed tamen
lvis & qui aquæ immersus innatat, neque ut qui è renibus
aut vesica evellitur subsidet in imo. Origo illi est è flava bile
que proprio conceptaculo diutius coercita nec tempestivè va-
cuata, nec novè influxu renovata mirum in modum obdure-
t. Id autem in primis accidit quum vierque cystis ductus
obstruitur. Hujus quidem neque manifeste sunt nota neque
gravia symptomata quibus certè ac facillè detegi possit. At sus-
pectus us esse debet, quibus gravis & diuturnus fuit icterus.
Dixerepitus quidam senex in iram mirè propensus post
decessum sine felle ac sine ysti inventus est, in cuius sede cal-
culus ingens concreverat. Quæ etiam post diuturnum icterum
aboritu aut profluvio, hujus naturæ innumeros calculos insueti
pisi aut urdei in plerisque exturbari deprehendimus.*

§. 1. Calculi in folliculo fellis prohibitio confi-
sit in deobstructione hujus. Quod si jam genitus
est, opus est ipsius resolutione. Quam unice præstat
atecanum ex ludo humano dextre præparatum. De
quo suo loco.

P 2

Tumor.

CAP. CLXXVIII.

Lienis graviores morbi sunt, tumor distendens, obstructio, scirrhus & inflammatio. Lien substantia rarus atque laxus occasione levi distendi potest: quumque sanguinis excipienda facti destinatus sit, hanc omnemque impuritatem facile admittit: hac imbutus tumet multò quidem quam jecur frequentius, ac plerumque sine scirrho. Tumor tum sinistro hypochondrio animadvertitur laxus nec admodum reuultens, qui interdum lienis situm figuramque retinet, interdum vniuersum hypochondrium implet: sed & is interdum subter umbilicum prolabitur, noxia quidem materia è viscere in omentum quoque versus effusa. Hac autem varia diuersaque est. Crudus, aquosus ac pituitosus humor è nonnunquam consui. iis potissimum qui in locis palustribus humidisq; degunt, & qui frigida potu largiore humidisq; vescuntur oleribus: iis etiã qui è frigidis, humidis, diuturnisq; morbis emiserunt. Sape tamen melancholicus ac terrenus humor, qui sanguinis fæx est & limas, in lienem rapitur. Illic abundantior cumulat, vel quia multus erat in sanguine, vel quia ejus naturalis vacuatio qua è liene in ventriculum aut in aluum fieri solet, suppressa est. Cumulatus autem principio laxum tumorem ingenerat. Hujus signa sunt respiratio crebrior & difficilior, præsertim in cursu ac labore, aut etiam quum in dextrum latus decumbitur: amplificatio quippe visceris maximè quum ventriculus ubi turget, diaphragma premit. Appetentia serè persistit, sed ventriculi offenditur concoctio: ex qua crudus aquosusque chyli plerisque fluctuat, quo sape os madet expuitioque multa fertur. Flatus plurimus sursum deorsumque erumpit, aut hypochondrio sinistro rugitu quodam & murmure obauditur, totus serè aut ventriculo aut in ea coli intestini parte qua visceri asidet collectus: non

enim

enim audiendi sunt qui hunc in liene concludi temerè profitentur. Humoris vapore cor læcesitur, corpusque vniuersum ignavum & iners quasi dissolutum languet: & nonnunquam leuiuscula animi defectiones obrepunt. Adhæc capitis gravitas & inconsueta somnolentia eaque turbulenta ac molesta. Desidia, timiditas, negligentia contemptusque rerum. Pallidus, sublividus aut omnino sædus corporis maximèque faciei color. Atque hæc quidem efficit quum in liene copiosior fuerit simplex illa naturalisque melancholia: quæ tametsi sanguinis fæx est, fluxa tamen & liquida etiamnum manet, alioqui per tenues venas è minime laberetur. [Fernelius.]

§. 1. Splenis tumor laxus & distendens est à succo vitriolato, quem vulgus fæcem melancholicam vocant proprie. Hoc autem melanagogis expurgatur. Talia sunt extractum ellebori nigri, & senæ. aliaque composita cum essentia epithymi, polypodii, calicutæ, capparum, scolopendriæ.

§. 2. Univerfum tamen & mirum in modum hæc fæces expurgat *mercurius dulcis*. Cujus iusta dosis, exigente necessitate, data multum valet: præsertim si ejus granis sedecim longa tritione misceantur mercurii vitæ grana duo, & cum extracto ellebori nigri formentur in pilulas. Quæ & exhiberi post mediam noctem, & repeti altera aut tertia debent, nunc eadem, nunc aliquantum immutata dosi.

§. 3. In hac cura, quemadmodum & in ceteris lienis affectibus, simul vino immacerare radices *sili-cis* oportet. Innata enim proprietate hujus visceris affectus curat. Sed & in victu quotidiano admisceatur *gambosidis* seu lamii pulvis, ob proprietatem, quam habet adversus morbos lienis. Itali *milzatel-lam* vocant.

§. 4. Externe, si opus, applicetur simile *cataplasma*

ma. ℞. Rad. cucumeris asinini, bryonia ana unciam: cyllæ & lili albi ana bulbum: betæ albæ manip. semis. Sem. malvæ althææ, fœnugræci, ana pugillum: lini pugillos duos. Flor. althææ, malvæ, mercurialis, parietariæ, ana manip. Coque in aqua chalybeata & sexta parte acetî ad mollitiem, ut fieri ex iis s. a. cataplasma aut fomentum queat Huc & emplastra usu alia referantur.

§. 5. Si à flatibus distensio est, à purgantibus abstineodam. Sufficient enim infusum radicis silicis cum tantillo senæ: præsertim si femina carminativa simul adjecta fuerint.

§. 6. Extus valent inunctiones ex oleo rutæ, capparum, liliorum alborum, cum pulvere seminis agni casti, ceterach, vel corticum capparum, ad justam consistentiam mistis.

§. 7. Quod si dolor vehementior urget, capparum contuli, & emplastri forma exterius applicati, dolorem subito tollunt.

Obstruclio.

C A P. CLXXIX.

Quum vero copiosior ea melancholia liquida tempestive expurgata minime fuerit, crassescet: ac tum obstructionem venarum arteriarumque gignet. Sub hac, hypochondrij sola gravitas aut interdum lienis dolor exercet. At quum multa non venas modo, sed & lienem univrsam implet atque distendit, dissipatque tenui illius portione crassior subsidet, lien totus obstruitur.

§. 1. Obstruclio liene statim corpus leniendum sequenti sirupo. ℞. Rad. ellebori nigri præparata sesquidrach. Herb. scolopendriæ manipulum, cuscute manip. semis. Epithymi semidrachmam. Fol.

Fol. senæ mundatæ sesquunciam. Rad. galangæ sesquiscrupulum: zingiberis scrupulum. Sem. anisi semidrach. Medullæ carthami drachm. duas. Infunde in decocti aperitivi s. q. per noctem: mane eoque ad uncias octo: exprime & cola. Colaturæ infunder habbari electi drach. tres. Cinamomi drachmā. Colaturæ adde sirupi è quinque radicibus & apsinthio ana uncias duas. M. pro tribus dosibus matutinis.

§. 2. Quo sumpto si non statim aut non satis respondet alvus, addi possunt pulveris diaturbith cum rheo scrupulus, & dacrydii grana tria.

§. 3. Inungatur latus sinistrum calide & mane ac vespere hoc unguento ℞. Vng. agtippæ unciam. Olei è capparibus semunciam: laurini sesquunciam, Misce.

§. 4. Quibus peractis, si vires & reliqua permittant mittatur sanguis è vena interna brachii sinistri.

§. 5. Hinc per biduum utatur hoc. ℞. Decocti aperitivi majoris unc. octo. Oxymelitis elleborati unc. tres. Sirupi betonicæ, ex quinque radicibus, ana sesquunciam. Aquæ fœniculi & cinamomi ana drach. tres. Spiritus vitrioli semiscrupulum. Salis scolopendriæ scrupulum. M. pro quatuor dosibus.

§. 6. Interim fiat *apozema*. ℞. Rad fœniculi, petroselini, ana semunciam: asari, sarsaparillæ ana drach. tres. Herb. agrimonix, ceterach, cuscute, scolopendriæ ana manip. semis. Sem. anisi drach. semis: fœniculi, coriandri præparati, ana drachmam. Flor. boraginis, buglossæ, betonicæ ana pug. duos. Passularum mundatarum unciam. Coque in s. q. aquæ simplicis ad libram. Colaturæ adde sirupi è quinque radicibus uncias duas: è cichorio cum rheo sesquunciam, oxymelitis elleborati unc. quatuor. M. s.

apozema pro quinque dosibus.

§. 7. Singulis autem dosibus, duabus ante & post cœnam horis, addatur *electuarii* ad quantitatem castaneæ. ℞. Conservæ fumarizæ, betonicæ, buglossæ ana sesquunciam, Cort, aurantiorum conditorum semunciam, Extracti scolopendriæ, croci martis nostri, ana drach, tres, Oculorum cancri preparatorum, salis corallorum, ana scrupulum Cornu cervi usti, pulveris aromatici rosati, ana sequisrupulum, M. cū sirupi è scolopendria q. s. & fiat s. a. *electuarium*.

§. 8. *Potus* sit vinum, aut aqua hordei, in cuius v. g. libris sex & aquæ cinamomi unciiis tribus infusa per oſtiduum vase bene clauso fuerit limaturæ vel croci martis libra. Sumat ad libitum. Vel in mustum aut musteam cerevisiam immitte in sacculo rad. polypodii unc. duas & semis: herb. fumarizæ, mellissæ, rorismarini, cuscute ana manip. tres: linguæ cervinæ manip. duos: cort radiceis capparum & tamarisci ana drach. sex: tartari albiſſimi unciam. Quum deferbit liquor, utere.

§. 9. Prodest quoque *extractum splenis bovis*, eo modo preparatum, ut eo, quo de suppressione mensium, capite describetur.

Scirrhus.

CAP. CLXXX.

Hic caloris vi ea materia magisque crassescit, sensimque in *Scirrhum* lien abdurescit. Id autem accidere solet, quoties tumori aut nulla aut etiam vitiosa adhibetur curatio, per ea quæ ipsa protinus initio vehementer digerunt ac dissipant. Hic lientis *scirrhus* alias solum illius substantiam occupat, isque & sine visceris & figura circumscribitur: alias verò in partes quoque vicinas diffunditur, ut omnem plerumque ventris sinistram regionem impleat. Hic longiori tempore quàm simplex

laxusque

laxusque tumor genitus est, prementi magis renititur, omniaque simplicia tumoris symptomata graviora & manifestiora exhibet. Purior quippe melanobolus est humor, è quo quicquid inerat tenue ac benignum tempore dissipatum est. [Fernelius,

§. 1. Quod si morbus in *scirrhum* abiit, iisdem medicamentis addi possunt hæc *pilula*, ℞. Gum. ammoniaci aceto soluti & colati unc. duas Aloes succo rosarum nutritæ unc. semis. Salis apſinthii drach. duas. F. massa, quæ conservetur in aluta madefacta oleo anisi. Sumat per intervalla à semidrachma ad integram.

§. 2. Prodest & hæc *aqua*. ℞. Rad. raphani sylvestris libras quatuor: polypodii querni sesquilibram. Seminis fœniculi unciam: cardamomi drach. duas. Quæ incisa aut contusa infundito in vini veteris libris quindecim, idque per triduum in loco calido & vase bene clauso, ac quotidie agitato. Deinde addè aquæ nasturtii aquatici & bardanæ ac fumarizæ ana lib. duas, cum feri lactis distillati sesquilibra. Distilla igne leni ex cucurbita. Dosis haustus unus, vel per se. vel cum sirupo aliquo.

§. 3. Vel fiat *succus* ex nasturtio, bardana, & fumaris recentibus in marmore contusis. Qui depuratus ad usum fervetur, cum aliis miscendus aut in sirupum coquendus.

§. 4. Ad lienis regionem, ubi sentitur tumor, applicetur *emplastrum* ex ammoniaco: sed præmisso hoc *fomento*. ℞. Herb. scolopendriæ, meliloti, ana sesquimanip. Flor. chamæmeli, anethi, genistæ, ana manipulura. Sem. filicis semunciam. Coque in vini albi & aquæ & aceti ana q. s. ad consumptionem dimidii. Vtus est, ut mane ac vespere ex spongia hypochondrium sinistrum foveas. Vel ℞. Rad. lib,

femis: bryoniae, cucumeris agrestis, ana unc. tres: apii, petroselinii, ana unc. duas. Cort. & rad. capparium, ac tamarisci, ana unciam. Fol. hederæ, sambuci, ana manip. duos: ceterach manip. Sem agni casti, abrotani, ana semunc. Flor. genistæ chamæmeli, meliloti, ana sesquipug. Coque pro fomento.

§. 5. Ad confortationem lienis maxime confert *electuarium* Solenandti. Passularum majorum felibræ coque in generoso vino ad consistentiam pultis. Coctas cerne per setaceum & admisce conservæ anthos, corticum citri conditorum, pulveris cinamomi, ana drachmam: aromatici rosati, diâ margaritonæ, calidi, diâ cinamomi, ana scrupul. duos: ligni aloes drach. femis. Croci orientalis vel essentiæ ejusdem semiscrup. Misce, & sumat ad libitum magnitudine castaneæ.

§. 6. In pastu sæpius utatur capparibus & foliis genistæ muria conditis: vel diâ capparum in *tabulis*. ꝛ. Diâ capparum & croci martis, ana drachmam. Sacchari aqua scolopendriæ soluti unc. quatuor. F. f. a. tabulæ. Sumat mane unam, & tribus horis à prandio alteram.

§. 7. Nec erit incommodum sæpius exhiberi tartarum vitriolatum, tartarique aut spiritum aut tincturam. Cui succenturiatur vinum martiale, pulvis cachecticus, spiritus vitrioli aut tartarisatus. In quibus tamen tartarus vitriolatus primas tenet, modo præcesserint mitiora aperientia, & simul, præsertim in scirrho inveterato, adhibeatur *emplastrum* è cicuta & mandragora. Hoc enim mirabile est. Cui tamen recte præmittitur hoc *linimentum*. ꝛ. Olei capparum, amygdalorum amarorum, ana sesquunciam: tartari unciam. Gum. bdellii & ammoniaci aceto scyllino solutori ana drachmas sex. C. c. ꝛ. parâ. M. f. linimentum.

inflam.

Inflammatio, abscessus, ulcus.

CAP. CLXXXI.

Jam verò inflammatio non sæpe in lienem incidit, quod purus, sanguis phlegmones auctor in id viscus raro penetrat: siquando tamen ea obrigerit, similiter & eisdem ex causis atque in jecore progignitur. Febris inest astida & ardens, lentor lingua nigricans, situs implacabilis, cibi fastidium, finistri hypochondrij distentio atque tumor: dolor pulsans, molestus dexter decubitus & interdum sinister, aliaque symptomata in sinistram latus perinde atque inflammato jecore in dextram incidunt. Ea etiâ nisi pura sit inflammatio, nonnihil tamen ex loci natura respicit melancholicorum symptomatum. Si vel abscessus vel ulcus insequitur, non ex aliis sit causis, neque alia nota ostenditur quàm in jecore comprehensum est.

§. I. Inflammatio lienis, & ex ea sequens abscessus, atque ulcus, eandem requirunt curam, quam iidem affectus hepatis.

Icterus.

CAP. CLXXXII.

Multa sane symptomata promiscue à jecore & à liene originem habent, quod ea viscera in humorum procreatione secretionèque plurimum occupantur. Ea sunt icterus, melancholia, atrophia, cachexia, hydrops ejusque species, icterus, biliosus est humoris per summa corporis effusio. In hoc album oculorum & partes quæ circum tempora sunt, interdum & cutis tota vel pallida, vel flavo, vel citrino colore suffunditur, hincque vitium aurigo nuncupatur. Auriginosum corpus vix sudat, sed purigine plerumque tentatur, & quasi suscepto onere ingravescens torpescit, mens sensusque hebesunt & variis lacessuntur bestiarum vi viperæ demorsus aut spotum venenum: quorum vi sanguis totus pristinam amittit

puritatem & in citrinum ac biliosum humorem corrumpitur, qui omnia pervadens cutim inficit atque labefaciat. Tunc autem evidentes cause progressæ sunt, atque repente aut brevi color mutatus est, febris nulla fatigat. Fit & aliter icterus per crissim biliosarum febrium, qua noxiam materiam natura ex alto corpore in summum forasque propellit. Hic repente nascitur, febrem finit nec tamen cum febre desinit, sed diutius aliquando protrahitur: vrina & alvi excrementa secundum naturam habent. De hoc loquebatur Hippocrates, Quibus per febres icterus die septimo, aut nono aut undecimo aut quartodecimo supervenerit, bonum, nisi dextrum hypochondrium durum sit: alias minime bonum. Ex jecoris quoque inflammatione icterus nascitur, cujus vi & incendio pars sanguinis maxima vertitur in bilem, & in omne corpus quoque versus effunditur. In hoc vehemens ardensque febris existit, dextro hypochondrio gravitas dolorque subest, defectiones & vrina biliosa profluant, inflammationi jecoris signa comitantur. Atque hi quidem rarius incidunt, nec omnino simplices existunt. Simplex verò icterus & qui frequentius ingruit, aut jecoris aut cholodochi folliculi peculiari vitio fit. Quum enim in calidiore jecore bilis copiosior gignitur quam à cysti expurgari tota possit, redundans ea quoque versus irrumpit aut effunditur, atque cum sanguine vel ejus sero avadens summam corporis cutem inficit. Sed & quum ea cumulatur in jecore, ejus substantiam amplificat & in tumorem attollit tactu conspicuum: ac dein tempore crassescens atque obdurescens non modo obstructionem, verum etiam jecoris siccum renitentem ac prædurum ingenerat, cui fere succedit hydrops. Sub hoc ictero aut nulla aut admodum lenta febris est, atque licet turbida, crassa & crocea sint vrina, alvi tamen defectiones non albicant, quod è folliculo atque etiam è jecore bilis multa proruat in alvum. Icterus verò qui & obstructione meatum ad bilis cystim pertinentium fit, repente hominem adurit, sine febre, sine magna corporis aut virium jactura: defectiones albicant, quod bitu illapsus in intestina

cohibeatur

cohibeatur. Urina crassescunt atque rubent adeò ut & prope nigrescant: dextro hypochondrio gravitatis sensus inest sine conspicuo tumore. Comminiscuntur plerique alias icteri causas, ut folliculi fellis imbecillitatem, & partium quæ in habitu sunt corporis calidiorem intemperiem: quæ tamen omnes rarissima quum sint, in earum numero haberi debent, quæ cogitatione potius quam usu & eventis deprehensa sunt.

§.1. Ictero cholagoga conveniunt. In quibus precipuum est extractum i habarbari.

§.2. Quod si obstructiones sint pertinaciores, aperientia, ut tartarus vitriolatus, cremor tartari, vinum martiale, aliaque id genus, minime negligenda sunt.

§.3. Mercurius luteus (de quo in notis ad Crolium) ex mercurio sublimato, in aqua communi bulliendo soluto, cum oleo tartari sublimatus specificum est apperient, si ejus grana tria ad quinque cum extracto theriacæ aut ipsa theriaca ad sudandum repetitis, si opus est, uicibus exhibetur.

§.4. Decoctum fragaria cum passulis minoribus ex aqua fontana icterum proprietate præsertim in pueris solvit. In adultis quoque, præsertim absente febre, si marrubii semimanipulus fuerit prioribus additus. Bibenda autem illa usque ad morbi declinationem.

§.5. Si fuerit symptomaticus, & jecoris scirrthosis comes, uti cedere necius, ita infelicitis hydropis prænuncius est. Ille vero incurabilis evadit per singularem tum partis atoniam, tum ægrotantis in diætâ licentiam. Ideoque meraci & imprimis adulti potiores prognosticis relinquere satius, quam temere profanare remedia, quæ aliis auxilio fuere.

§.6. Huc interim referantur illa, quæ de obstructionibus jam dicta sunt, & de hydropis confectatio icteri dicentur.

Icterus arguatur sive niger melancholici est humoris in cistem & in corporis summa effusus. Sub hoc coloris flos perit, isque pro vivido obscurus primum deinde sublividus & subniger nulla evidenti occasione apparet. Corpus quidem minus quam in altero ingravescit, mens autem imaginibus magis perturbatur, quæ metus & mœstitiæ plena sunt. Nec dejectio nec vrina de naturali statu manifeste decedit. Proxima hujus continensque causa est melancholicus humor in omne corpus cum sanguine effusus: idque vel quod in sanguine atque in jecore nimium exuperet, neque totus lienis vi elici expurgarique possit: vel quod lien hujus copia infarctus alium excipere nequeat, vel copia turgens illius portionem refundat in venas, ac tum lienis tumor gravitasque premit: vel quod vena è portu jecoris in lienem directa & qua sanguinis sœx deducitur ac expurgatur, obstructa obspitataque sit.

§. I. *Icterus niger* feliciter curando, nulla haberi certiora possunt auxilia, præter quæ jam ante de obstructionibus lienis copiose sunt proposita. Nam fœdus ille color, qui nihil quam symptoma est, nunquam rectius tollitur, quam si fons mali exhauritur, & pristinæ, quantum fieri potest, constitutioni suæ viscera redduntur. Etenim morbificis causis sublati, prospera subsequitur medicatio.

Melancholia hypochondriaca.

Atra bilis gravissimorum symptomatum effectrix, in liene proprio etiam receptaculo in vicinisque locis congeri solet. Est autem alias ex bile flava, quæ exusta malignamque naturam subiens, jam aut à liene prolucitur, aut jecoris vi in lienem ipsam

ipsam atque interdum in pancreas ac mesenterium protruditur. Alias quoque ex naturali sit melancholia, quæ in liene jam diu inherefcens, victu calidore, astu, exercitatione, aut etiam vetustate supra modum incalescens vlsaque, malignam bilis atra naturam amipiscitur, qualem sæpe ex lienis tumore fieri notamus, quoties is immanius efferatur. Bilis hæc atra sæpius sine tumore, raro cum tumore exuperat: vix enim tantam illius copiam natura ferat. Nullus igitur sinistri hypochondrii tumor, nullus aut obscurus dolor, nulla distentio aut oppressio. Cæterum astus in præcordiis magnus, præsertim quum aut vinum aut calidior cibus assumitur. Hujus confectio molesta, rædus, statusque plurimus suscitatur, quasi ex lebetis aqua subdito igne: nec enim pituita nec alius quisquam humor æque status ex cibo profert. Arterie in præcordiis & supra umbilicum dilatantur ac vehementer pulsant; cordis magna & frequens est palpitatio, siquid præsertim vel corpus vel animus exagitantur: animi defectio nonnunquam incidit pulsus immutans, quum autem, ut sæpe fit, vapor in caput irrepit, facies quasi inflammata rubore perfunditur, mens pervertitur & alienatur, terrore, metu & mœstitia concutitur, quasi mors imminet nihilque reliquum sui spei. Furori omnia finitima in quem eger sæpe metuit raptum se iri. His reliqua hypochondriaca melancholia quæ supra commemoravi signa plerumque accedunt, interdum etiam absunt.

Affectio hypochondriaca utriusque affecti visceris maximeque lienis soboles est. Huius enim species duæ, vna mitior, deterior altera. Illa ex melancholico humore terreo sanguinisque face ducit originem, qui in liene vicinisque sedibus supra modum cumulatus, tumorem ingenerat, è quo teter vapor sursum effertur. Lienis tumor interdum conspicuus ingensque animadvertitur sine ictero sine cachexia, idque quum & mitis est humor & arcte coercetur. At verò quum è propria is sede prorumpit in venas effusus aut icterum aut cachexiam parit. Quum autem præter naturam incalescit,

vel deteriorem substantiæ conditionem subit, atrum de se vaporem exhalat, qui animum mentemque varie conturbans, auctor est hypochondriacæ melancholiæ. Huius nota sunt multa fixaque diu cogitatio, rerum commentatio & suspitio malorum. verecundia rusticusve pudor, solitudo, mæstitia, timiditas & ignavia, animi dejectio aut desperatio, mentis atque sensuum caligo, turbulentus somnus, perversa rerum existimatio ac sæpe præposterum iudicium. Atque hæc quidem sunt melancholicorum symptomatum minissima. Altera affectio ferocior existit. Ea sit ab irabile qua vel ex terrena sanguinis face supra modum incalcescente & exusta, vel ex bile flava processit. Colligitur hæc nonnunquam in liene, sæpius in pancreas & in mesenterium spargitur nullo tumore manifesto. Quumque sit humor ater atque perniciosus, exigua portione sevisissimorum symptomatum auctor existit. Quæ igitur ab hoc fit melancholia, superioris notæ præfert omnes & eas quidem multo graviores. Præterea verò præcordia sæpe ingenti fervore aestuant, pulsusque arteriarum in his est validus, quam vapor quavis ex causa excitatus sursum evolat, cor palpat aut premitur, anima deficit, plerisque fauces siccitate præcluduntur, ut idcirco difficile possit in mulieribus ab utero strangalatu secerim: facies rubore ardoreque suffunditur, oculi quasi suffusione caligant, mens denique perturbatur, ac interdum tantopere occupatur, ut sine vlla rerum expectatione meliorum, summa sit desperatio vite: neque possit vlla orationis suavitate ad spem recuperandæ valetudinis erigi. Hoc miserabile medicis tormentum: summa verò iranquillitas est laborantis constantia & prudentia. At verò extincto dissipatoque vapore symptomata mitescent, subinde tamen recursura. Hoc malum si penetrat in cerebrum eoque figatur, furorem ac tandem febrem accersit hæctica sinuissimam, & quæ in marasum deducet.

Huiusmodi quædam similia profert incommoda bilis simplex circa jecur abundantior coërta & exaestuant: nam & astus apparet, & animi defectio, & suffusio atque rubor: & nisi vires

jam

jam malo succumbant, animus concitatus exardescit, iracunda sæpe jaclatur, ulciscendi libidine effertur. Hac etiam tandem corpus absumitur & liquefit, nisi in melancholiam transius sit. [Fernelius.]

§. 1. Melancholiam hypochondriacam incipientem plerumque curat vomitus, præfertim ex aqua benedicta. Hac enim ratione saburra ex ventriculo & vicinioribus partibus eliminata, faciliorem reddit curam. Quæ tota deinceps esse in obstructionibus, si adsint, demoliendis debet.

§. 2. Aperientia itaque, ut cremor tartari, tartarus vitriolatus, vinum martiale, pulvis cachecticus, vel præmittenda sunt vomitionibus, vel postponenda. Vtrumvis decernere prudentia Medici debet: quæ vel inprimis hic desideratur, quum ab ea pendeat omne curationis momentum atque successus felix.

§. 3. Purgantia sint cholagoga & melanagoga, ut pulvis senæ laxativus, extractum rhabarbari & mechoacanæ, ellebori nigri, panchymagogen Crocilli, & mercurius dulcis, qui hic multum potest, ut & pilulæ ex ammoniaco, de quibus cap.

§. 4. Mitigandis symptomatis, quæ plerumque sunt à flatibus præcordia & spiritus in cerebro animales lancinantibus; ea faciunt, quæ cor & cerebrum roborant; ut magisterium & sal corallorum ac perularum, lapis bezoar, tinctura corallorum, elixir proprietatis, quod heic singulare est, ut & tinctura croci, atque inprimis lunæ.

§. 5. Si inveteravit malum, minus quidem ista leviora possunt, præmittenda tamen sunt. Etenim experientia docuit, aperientia ista quandoque etiam acerbius malum stirpitibus sustulisse, ut ut eradicare nequiverint.

I

§. 6. Par ratio *acidularum* est. Etenim quotannis usurpatæ aliquam viscerum apertionem efficiunt, sed morbum ipsum penitus non tollunt.

§. 7. Necessarium itaque, ut adversus inveteratam hypochondriacam talia arcessantur, quæ ipsam morbi radicem evellant. Tale est *aqua philosophica* seu spiritus vini tartarificatus, si in convenienti liquore à minima dosi ad maximam, à gutta una ad duodecim sic exhibeatur, ut, pro ratione circumstantiarum, præcedenti dosi nunc inhæreatur nunc gutta usque & usque adjiciatur.

§. 8. Idem præstat *extractum pilularum ammoniaci*, si detur ejus quotidie scrupulus hora ante cœnam & sumpto post horam jusculo. Hujus interim augere dosim, etiam usque ad drachmam licet.

§. 9. Nota vero, subinde usu venire, ut ab exhibitione horum, præsertim solutis jam viscerum obstructionibus, ita alvus protitetur, ut quasi dysenteria subsequi videtur. Tunc providendum erit corroborantibus supra propositis: præsertim tinctura corallorum & elixire proprietatis.

§. 10. Maxime in vero hoc casu esse exacta ad amissam diæta debet, utpote sine qua nulla heic esse felix curatio potest.

§. II. Venæsalvatella sectio, in morbi statu præsertim, magnum adjumentum præstat.

Atrophia.

CAP. CLXXXV.

Atrophia est nutritionis error quo corpus sensim exarescit & absuritur. Si vel alimenti penuria, vel vacuatione, immoderata, vel aliarum evidentium causarum vi, vel acuto morbo corpus emarcescit, atrophia

atrophia non appellatur: sed duntaxat quum lentè ac pedetemim nulla progressa causa id sumptio alimento non alitur. Atrophia quæ unam quampiam partem obsideat, causa est peculiare quoddam illius vitium: ejus verò quæ totius est corporis, causa in aliquo principe viscere consistit, quæ caloris spiritusque aut naturalis aut vitalis robur vel obviandit vel exinguit. Itaque cordis affectus maximeque febris hectica, & pulmonis exulceratio, quoniam vitalem illius omniumque partium spiritum labefaciunt, in atrophiâ perducunt. Quinetiam ventriculi graviores affectus eodem adigunt, & lienis jecorisque calida atque sicca intemperies, & bilis multa tum flavæ tum atræ perfusio. Vix enim ullam animadverit veram atrophiâ in qua viscera præter intemperiem, non multa quoque humorum præsertimque biliosorum colluvie scaterent, ac earum plerumque copia distenderentur. Hæc igitur causa quoniam naturalem spiritum & calorem proterit, vix ut utilem sanguinem gignat, in atrophiâ præcipitat. Per hos affectus tametsi alimenti copia superet, & vena multo humore turgent, corpus tamen non alitur, quia is humor caloris & substantiæ bonitate, sæpe etiam fibris quibus contrescat desinit, partibus neque adhaerescere neque assimilari potest. Multo autem diversa est cachexia ratio, de qua nunc transigendum. [Fernelius.

§. I. Atrophiâ evacuationes acres & solutiones non tollunt, sed exasperant. Quare, si colluvies viscera gravat, præsertim ventriculum, lenes ex aqua benedicta vomitus sunt imperandi. Ejus enim hæc vis peculiaris est, ut non tantum saburram eliminet, sed etiam ventriculum ad concoquendum instiget. Vnde post aquæ benedictæ usum semper videmus appetitum, etiam dudum quasi sepultum, revocari &

augeri. Hoc itaque auxilio prudenter instituto multum in principio curationis proficitur.

§. 2. Deinde *humectantia* imperanda sunt: sed quæ simul obstructions viscerum expédiant. Tattarus ergo vitriolatus cum decocto passularum & sirupis violarum, tussilaginis, betonicæ aliisve id genus sumptus illas solvit.

§. 3. *Distillarum sanguinis*. ℞. Sanguinis suilli, à quo manufrictione sunt omnes fibra remota, & aquæ tussilaginis ana libras duas. Fol. betonicæ, malvæ, tussilaginis, rosarum rubrarum, ana manip. lactucæ semimanipul. Sem. melonum deglupti unciam. Distilla per alembicum ex B. Distillatum aromaticis sacchari perlari uncis tribus ad singulas libras. Bibat ex hac aqua sæpius.

§. 4. Convenit & *lac sive caprillum* recens multum, sive *humanum* ex ipsis mammis suctum: ut & *equinum* cum pauco saccharo, si malum à philtro est.

§. 5. Rebus desperatis quandoque curationem præstiti per *aquam formicarum*. Ollam vitreatam virgines melle intus inunctam & cribro foraminoso tectam repone vel in vel circa cubile formicarium. Quam formicarum satis ista ratione ceperis, affunde spiritus vini q. s. Digere vase clauso in B. per biduum. Distilla ex B. primum leni igne, donec vini spiritus sit abstractus; deinde seruetur B. quod superest. Hujus dâ alternis diebus cochlear jejuno cum pane tosto. Mirabili enim ratione atrophiam cortigit: præsertim si eodem liquore partes emaciata fricentur.

§. 6. *Balneum* præterea fiat pro *pueris* ex decocto capitis & pedum vervecis in aqua fluviali ad consumptionem carniū: vel ex decocto corticum salicis

salicis rubri in simili aqua: vel pro *adultis* ex aqua dulci, cui incocta sint eadem vervecis una cum cineribus ligni corylini, & herbis betæ, bismalvæ, malvæ, lactucæ, parietariæ, ac semine lini. Horum usus est, ut bis quotidie eo membra emaciata balneentur, idque sic satis multis diebus, & renovato balneo, priusquam fœtorem trahat.

§. 7. A balneo statim membra ac spina dorfi *ungantur* oleo communi aut unguento aliquo resumptivo.

§. 8. *Victus* sit humectans. Dentur ergo assa raro, frequenter elixa, juscula, brodia, emulsa ex amygdalis dulcibus cum aqua tussilaginis & betonicæ, aut ex seminibus papaveris & melonum.

§. 9. *Cura magica*, quæ & in febribus valet. Recenti ovo affunde urinæ tabescentis in nova ollula q. s. ut bene superster: coque, donec induruerit. Coctum tenui & acuto ligno perfora plurimis foraminulis vitello tenui. Sic perforatum remitte in urinam & denuo coque semper ovum vertendo, donec consumpta sit urina. Tum sepeli hoc ovum in cubili formicatum. Quod quum comederint, corporis consumptio cessat & redit nutritio bona. Interea aquæ ex formicis, supra propositæ, usus non est neglegendus.

§. 10. Porro *pueris* atrophîa quandoque est à dracunculis (*mieffer*) sive vermiculis, qui sub cute in partibus carnis ex viciato nutrimento gignuntur. In hac cura approbata hæc est. Radicis bryoniæ unciam unam vel alteram incoque lixivio è cinere querno, donec fiat instar pultriculæ. Hac pueris vel è balneo vel in calido loco corpus line. Hinc vermiculi poris caput exerunt. Tunc protinus novacula

cutis radenda est. Sic enim & iua vermiculis capita deciduntur, & causa defectæ nutritionis aufertur. Hæc vero operatio semel iterumque repetenda, donec nempe constiterit, vermiculos omnes esse sublatos. Exinde pueruli balneentur aliquoties in balneis supra laudatis.

Cachexia.

CAP. CLXXXVI.

Cachexia malus est atque vitiosus corporis habitus. Sub hoc plena satis atque copiosa corporis moles est: at verò tum substantia tum colore vitiosa. Corpus non ut athletarum promptum & alacre, sed grave est atque iners, non vivido colore florens, sed vel pallido, vel livido, vel citrino squalidum. Hoc mali ex alimentis impuris atque corruptis contrahi solet: aut si hæc vitio non sunt, ventriculi ac viscerum vel imbecillitas vel impuritas accusanda. Imbecillitas diminutam concoctionem cruditatemque parit, que in venas & in habitum corporis, utilioris vice alimenti rã præ partibus singulis tum apponitur tum etiam agglutinatur, at non perfecte assimilatur: hincque vitiosa non autem vera & perfecta sit nutritio. Impuritas viscerum sive à scirrho, sive à corrupti humoris affusione, sive ab eorum corrupta substantia proficiscitur, vitiosum corruptumque sanguinem proferit, qui demùm in partes singulas evectus illicoque concrescens, vitiosam quoque efficit nutritionem, vitiatam nimirùm substantiam pro utili dissipata reponens. Hinc cachexia pro sanguinis conditione varia: alia cruda ac pituitosa, alia melancholica, aliæque aliter corrupta, quam alimenta natura & mala viscerum constitutio promittit. Pituitosa cachexia, qua ferè virginum niior squallet vividique coloris stas perit, leucophlegmiam antecedit eamque prænunciat: quemadmodum & melancholica

lancholica cachexia elephantiasim minatur. Cachexia igitur ab atrophia quàm longissimè distat: in hac extenuatum corpus sensim contabescit, in illa amplio-rem id molem habet. In atrophia quod in venis est nec concrescit nec parti adhærescit, vixque sanguinis appellationem meretur: in cachexia & concrescit & nutriendæ parti adhærescit: atque licet pituitosus, melancholicus aut aliter vitiosus, sanguis tamen appellatur. In utraque corporis viriumque robur elanguescit, sed in atrophia quod nulla profusus, in cachexia quod vitiosa sit nutritio. [Fernelius.

§. 1. Cachexia, unde nata sit, resolventia & corroborantia requirit. Neque enim, aliter corrigi depravata corporis œconomia potest.

§. 2. Resolventia quæcumque aperient viscera obstructa. Quo in genere sunt tartarus vitriolatus, cremor tartari, vinum martiale, & acidulæ, tum naturales tum artificiales. Quæ tamen omnia administranda sunt post præmissos vomitus, si commode fieri & fieri possunt.

§. 3. Humores præparati deinde purgandi sunt appropriato medicamento. Præstant heic panchymagogen Crollii, specificum Paracelsi, mercurius dulcis, extractum esulæ, & ellebori nigri.

§. 4. Confortantia inter præstat spiritus vitrioli in conserva rosarum, acetolæ, boraginis, buglossæ, violarum sumptus. Magisterium quoque corallorum & perlarum, & aquæ analepticæ dictæ profunt.

§. 5. Adversus omnem vero cachexiam egregium auxilium præstat pulvis cachecticus supra descriptus. Itaque is solus, præmissis saltem vel vomitoriis vel purgantibus, sufficit. Quamvis enim pulvis iste alvum moveat, tamen sæpius conveniens aliquod

purgans interponendum est, ut penitus è corpore faeces evertantur, quas focus suis educere quidem pulvis potuit, sed foras non potuit.

§. 6. In feminis plerumque cachexiæ conjuncta suppressio menstruorum est: unde & deterior evadit. Utero aperiendo multum quoque *pulvis cachecticus* potest; sed opus est vel in primis observato tempore fluxioni destinato juxta illud vulgatum.

Luna vetus vetulus, juvenes nova Luna repurgat:

praesertim ubi inter curandum dolores circa lumbos & uterum animadvertuntur. Ut igitur feliciore successu procedatur, dare eum pulverem expedit cum aqua alii, asari, raphani, arthemisiæ rubræ, oleo sabinæ, aliisve mentes promoventibus.

§. 7. Ceterum obstentioni mensium & pallori virginum melius medeberis, si, quo tempore fluere menses debent, si dederis eum pulverem cum pari pondere chalybis præparati & stercoris asneris juvenis.

§. 8. Ciendis mensibus etiam est *antimonium diaphoreticum fixum*, si quotidie ejus dosis detur cum aliquot guttis essentiae myrrhæ ex aqua arthemisiæ rubræ.

§. 9. Pertinacissimas vero obstructions uteri aperit lixivium è scoris seu rectementis reguli antimoni. Coque eas ex aqua communi, & funde ac sæpius aliquid ejus super ferram vel silices candentes, ac vapor sedenti in sella perforata attingat naturalia. Sic & *mercurialis* in aqua cocta, & pudendis applicata, ciet menses.

§. 10. His omnibus superaddi sectio saphenæ potest, sed tempore fluxurientium mensium instituta.

§. 11. Hæc autem omnia moderari oportet ad præscriptum

PRAXIS CHYMIATRICA. 295
præscriptum ipsius naturæ & canones artis.

Hydrops.

CAP. CLXXXVII.

Huic proximus est *hydrops*, maxime qui *sarcites* appellatur. *Triplex* enim traditur *hydrops*, *ascites* & *tyrpanis*: horum rationes atque causæ in primis diversæ. *Ana sarca*, id est subter cutem, qui & *leucophlegmaticas* Græcis nuncupatur, molis corporea incrementum est præter naturam. Hujus initio pedes tumet, maxime vesperi & ab exercitatione, aut quum declives diu fuerint, in hisque (si crassiusculus est humor) digiti manet impressum vestigium, mane vero & per quietem sæpe dissipatus tumor evanescit. Deinde neque facies neque brachia, neque partes alie, imo neque abdomen ipsum magis quam reliquum omne corpus intumescit: sed id æquabiliter molle, laxum & pallidum existit, dissolutum & quasi enervatum minimo labore frangitur, omnesque illius functiones languent & hebescunt: febris sere assidua sed lenta conficit, cum pulsu parvo, crebro & inæquali: urina alba, tenues & omnino cruda. Hac autem idcirco accidunt quod corpus universum cruditate & pituoso albicanteque sanguine, aut si dicere mavis, aqua lenia & concreta suffunditur: hinc & malum ipsum aquam inter cutem recte nuncuparunt, cujus copia nativum calor obruiitur. Hanc à *phlegmatica cachexia* sejungit sola magnitudo, quod tumidiorem habeat corporis vitiatam molem. Una & eadem utriusque causa, immodica nimirum jecoris atque venarum refrigeratio, quæ aut primaria est aut ex cordis, lienis, ventriculi, mesenterij aliarumve partium concoctioni servientium vitio contrahita: & insitii caloris ac spiritus nimia dissipatio. Et causis autem evidenteribus viscera refrigerant nativumque calorem obit-

dunt aqua frigida & vitiosa potus immodicus, lactu-
 carum fructuumque esus intempestivus, præsertim
 dum vel astu vel excitatione corpus incaluit, ejus-
 que viæ patent, per quas externa vis penetrat, In-
 sium vero calorem spiritusque dissipant acutus ve-
 hemensque morbus, & sanguis è naribus aut ex vie-
 ro aut ex hemorrhoidè immoderatus profluens, &
 quacumque denique exhauriunt nutrientium visce-
 rum robur. Harum causarum magna vis est, si ve-
 hementer & affatim fiant: sin vero sensim ac lente, ta-
 met si perseverent (ut diutius ab viro vel naribus
 paulatim fluens sanguis) minimum certe incommo-
 daturæ sunt. Mensium vero consuetarumque hamor-
 rhoidum suppressio & omnis sanguinis nimia exupo-
 rantia calorem spiritumque strangulat & obruit.
 [Fernelius.]

§. 1. Hydrops incipiens quidem qualiscumque fuerit, facile: confirmatus autem difficulter curatur. Faciunt tamen subjecti dispositio, medicamentorum nobiliorum efficacia, & prudens utendi ratio, ut etiam confirmatissimus quandoque hydrops in totum tollatur.

§. 2. Sunt autem species hydropis tres: ascites, tympanites, & anasarca. Quorum periculosissimus est tympanites: secundo loco ascites est: præ quibus anasarca longe curatu facilior est.

§. 3. In quavis specie ab aperientibus semper & purgantibus per alvum, numquam à diureticis incipienda cura. Non potest enim colluvies tota & confertim ad renes translata non summam difficultatem parere.

§. 4. Purgantia esse hydragoga debent. In quibus est gummi cambodia à tribus granis ad semisrupulum vel per se in vino datum, vel cum cremore tartari,

tari, stimuli causa, vel cum pulvere diambrae aut oleo macis tamquam correctio. Vel ℥. Gummi cambodjae grana octo. Radicis jalappæ scrupulos duos. Pulveris diambrae grana quatuor. Sirupi è cinamomo q. s. M. f. pilulæ.

§. 5. Valet & turbitib, vel ex eo pulvis diaturbith, aut hoc apozema. ℥. Fol. senæ unc. duas. Rad. turbitib semunciam: hermodactylorum drach. tres: zingiberis & cinamomi ana scrupulum. Infunde & coque s. a. ut fiat apozema.

§. 6. Potioris heic momenti sunt, quæ ex antimonio parantur, ut mercurius viva. Cujus dosis ab initio sit granorum quatuor in extracto ellebori vel colocynthidis: postea si vires ferant, auctior usque ad duodecim. Vtus autem per aliquot dies continetur: præsertim in hydropè confirmato, & tono ventriculi non collapsò. In hoc casu nullos generat vomitus, sed tantum per inferiora purgat. In senioribus interim facit procidentiam ani, quæ raro & difficulter curetur.

§. 7. Flores antimonij albi eo, quem ad Crollium exposui, modo destillati in oleum, & affusione frigida rursum in pulverem præcipitati. Hic pulvis si bene edulcatus redigitur in pilulas, per inferiora duntaxat aquam intercutem expellit.

§. 8. Hydropicum specificum, sive extractum compositum Crollii.

§. 9. Extractum elaterij cum spiritu vini factum. Dosis à grano ad tria summum.

§. 10. Post purgantia deveniendum est ad leniter aperientia & viscera interiora corroborantia; ita tamen, ut semper diuretica admisceantur, partim in cibo & potu, partim cum medicamentis aperientibus.

§. II. *Dietam* quod attinet, *panis* sit ex farina optima, eique misceantur pulveres radicis rufci & seminis fœniculi, anisi, carei. *Potus* sit vinum chalybeatum & apsinthio simul ac carduo benedicto atque rusco medicatum. Cui adde subinde vel aqua florum sambuci vel spiritus ejus potest. Aquæ dulces, quod notandum, nocent. Iuvant contra sulphureæ ac terebinthinatæ.

§. 12. *Balnea* quoque conveniunt, quibus insecta sint apsinthium, agrimoniam, flores ebuli, sambuci, chamæmeli, & vitrum, vide Cabrolium observ. 25.

ASCITES.

Ascites est abdominis ex subditio aquoso serosoque humore distentio. Venter sensim impletur dum diuulsa laxatave cute supra modum intumescat. Corpus reliquum marcescit ac liquefcit. Tumor presso diaphragmate spiritum difficilem reddit. Si abdomen impellitur, aut corpus in alterutrum latus provolvitur, fluctuantis humoris sonus obaudiatur. Urina admodum pauca est, eaque fere crassa & rubicunda: præsertim si secur morbo initium dedit, Serosus humor totus interdum sub abdomine concluditur, nonnunquam ejus portio in femora & in pedes maxime post inambulationem, interdum in scrotum vel in cuniculis sibi inusitatam viam parat. Irrepat & nonnunquam in thoracis spatium, insertque ea symptomata quæ diximus purulentos affligere: nonnunquam & in vterum, ut in ea muliere cui instante menstrua purgatione humor sub abdomine congestus, per vterum sponte ita profunde batur, ut omnis moles abdominis biduo subsideret: alius dein humor sensim proximo mense succrescere incipiebat, qui statim quoque tempore totus efflueret. Hic non ut leucophlegma

tas ea sola partium nutrientium refrigeratione, nec ex cruditate sola oriunducit: sed maxime ex soluta continuitate partium aut vasorum quibus humores contineri solent. Itaque in leucophlegmatia quoniam solida sunt omnia, cruditas è visceribus per venas in omne corpus permeat: in ascite vero quoniam excessum, apertum, ruptum, fissumve aliquid est, serosus humor vitio tenuis, sine sanguine solus vi solet perire, excidit & in abdominis capacitatem illabitur. Haud secus atque suppurans pleuritis, exesa aut discissa succingente costas membrana, affuit irruit in thoracis capacitatem. Non enim aliter tanta feri collectio præter naturam illic fieri potest. Turpiter hallucinantur qui putant per angustos cacosque poros serosum humorem transferri in capacitatem abdominis. Nam hac ratione ascites peræque omnes invaderet: & distribuendis humoribus videretur natura inutiliter vias ductusque tam multos destinasse. Adde quod iis quos ex urina dies viginti suppressa extinctos novimus, aqua nihil quicquam deprehensum est per cacos illos ductus in abdominis spatium refluxisse, quoniam integra nec pertusa his erant sanguinis ferique conceptacula. Hinc fit ut ascites iis fere superveniat, qui rupta vel exesa viscerum vena, cruentis vomitionibus aut dejectionibus opportuni sunt. Licet enim suppressus sanguis sit, serosus tamen humor per derelictam fissuram præterfluit, inciditque in spatium abdominis. His etiam supervenit qui viscerum errore ictero diu tentantur, & quibus lien vel secur vel mesenterium veteri scirrho obdurvit: quandoquidem viscerum substantia siccitate humorisq; penuria ceu rimis quibusdam dehiscit, eorumq; ambiens membrana diffringitur, ut non amplius tenue serum continere possit, sed id renum more elabi

finit, atque sensim quasi ex fissa olla stillare in vacuum abdominis spatium. Hanc causam innuit Hippocrates, quum ait, Quibus hepar aqua plenum eruperit, iis venter aqua repletur. Quod si sola visceris substantia diffunditur, ambiens autem ac tingens membrana integra manet, aqua non excidit, sed vesicula aqua plena videtur. Græcis dicta emergunt, quibus sepe pecudum bonumque jugulatorum jecur scelerate deprehensum est. Hoc enim viscus quia terrenum siccumque est magis quam reliqua, hydropem accersit, & magis arate proventis quam pueris. Itaque causa omnes quæ jecur vehementer exiccant, ut ardenes febres, ut calidiorum ciborum præsertim vini meracioris liberalior usus, hydropem invehunt: ab his quippe exarsatum jecur perinde atque terra siccitate debescit ac finditur. Fit præterea ascites ex jecoris aut lienis vulnere exiguo quod non alie penetravit (hoc enim repente hominem interemit) sed summam duntaxat extimamque faciem attingit. Oritur & ex ulcere quod fere ab illorum suppurante phlegmone atque vacuata relinquitur. [Fernelius.]

§. 13. In ascite, qui frequentior est, præmissis quæ hepar aperiant & crudum in eo humorem præparent, protinus contenta abdomine materia evacuanda est. Eum in finem ℞. Rad. ellebori nigri, mechoacanæ, ana sesquidrachmam: galangæ drachmam. Fol. senæ mundatæ unciam. Seminis anisi atque fœniculi ana semidrachmam: carchami semunciam. Infunde per noctem in q. s. decocti aperitivi: dein coque ad uncias octo, sub finem addendo rhei electi sesquidrach. & sacchari uncias duas. Colatura detur pro apozemate. Sumat tribus quatuorve dosibus, & cum novissima diaturbith cum rheo scrupulum semis vel integrum.

§. 14. Post die deinde detur dosis mercurij purgantis aut præcipitati cum sole, una cum extracto colocynthidis & scammonij. Vel exhibeatur scrupulus ad drachmam extracti esule totiens à Rulando commendati. cujus præparationem vide in notis ad Crollium. Vel da spirituum vitæ aureum Rulandi, vel guttam è cambonia.

§. 15. Magnum heic quoque præstat pulvis catharticus, si ejus drachma aut sesqui in decocto centaurij minoris infundatur, & hoc in duas partes dividatur, quotidieque ejus una exhibeatur.

§. 16. Deinde ℞. Cort. interiorum sambuci sesquunciam, Rad. ebuli semunciam: fœniculi, petroselinij, polypodij, ana drach. duas & semis: iridis drach. duas: ellebori præparatæ, mechoacanæ, ana scrup. duos: galangæ, zingiberis, ana semidrach. Fol. senæ drachnam. Sem. fœniculi, dauci, ana sequidrach. Florum genistæ, sambuci, ana pugillos tres layendulæ pug. duos. Infunde per noctem in q. s. aquæ gratiolæ & florum sambuci ana. Mane leviter eo que ad uncias octo vel circiter, Colaturæ adde sirupi eupatorij, byzantini, ana unc. duas. Aquæ cinamomi semunciam. M. f. apozema. Ex quo si alvus non respondet, adde ejus dosi quantum videbitur spiritus vitæ aurei. Vel illius uncias quatuor adde succi radicis iridis nostratis, & corticis sambuci, atque nasturtij ana semunciam. Quin si alicujus ex illis succi duæ vel tres summum uncie offerantur cum aqua communi. potenter admodum aquas educunt.

§. 17. Quo ne vero frequentioribus purgationibus ægotantium vires concidant, subinde oportet dare cremorem aut magisterium tartari, aut sirupum eupatorij vel è corticibus citri & oxymel scyllimum cum aqua melissæ, fœniculi, a-

grimonix, apij, cinnamomi dilutum.

§. 18. Quorum etiam loco dari possunt vel hæc *bellæ*. ℞. Pulv. diacurcumæ, dialuceæ, extracti croci martis (descripti cap. 59. 8.) anas erup. duos. Sacchari soluti in aqua halicacabi sesquunciam. Olei è nucibus molchatis distillati guttas tres. F. s. a. rotulæ. Sumat ex iis drachmas duas, tribus horis ante & post cibum.

§. 19. Vel hoc *electuarium*. ℞. Rob. sambuci uncias tres. Mithridatij semunciam. Pulv. diarrhodon abbatis, solutionis perlarum, oculorum cancri præparatorum, ana scrupulum. Sirupi eupatorij q. s. Spiritus vitrioli semisrupulum. M. f. electuarium. Sumat mane ac vespere tribus ante cibum horis ad magnitudinem avellanæ.

§. 20. Venter interea *foveatur* hoc decocto. ℞. Herb. mentæ & origani ana manip. duos. Florum sambuci, melilori, ana pug. tres. Sem. carei sesquunciam. Baccarum lauri uncias tres. Stercoris capræ ad pondus omnium. Coque ex lixivio & aqua. Foveantur eo partes tumentes, & à fotu imponatur ipsis emplastrum è baccis lauri.

§. 21. Si vapores ex humoribus resolutis diaphragma petant, injiciatur *clyster*. ℞. Herbx soldanellæ, florum chamæmeli & centaurij minoris, ana manipulum. Sem. carthami & baccarum lauri ana semunciam. Coque ex aqua communi. Decocti libræ adde mellis rosacei & olei chamæmelini ana unc. tres. M. pro clystere.

§. 22. Hinc accedatur ad ea, quæ proprietate ad quemlibet hydropem faciunt. Cujusmodi est *aqua lumbricorum* terrestrium rubrorum. Cujus descriptionem vide in notis ad Crollium,

§. 23. *Aqua*

§. 23. *Aqua hydroxica*. ℞. Vitrioli & tartari ana libram. Radicis vincetoxici selibram. Spiritus vini pintam unam. Stent in infusione per triduum. Dein distillantur in arena per alembicum. Aquæ distillatæ adde guttas aliquot spir. vitrioli ad gratum acorem. Detur singulis diebus, tribus vicibus, in decocto vincetoxici cochlear unum. Urinam cito & valide movet, intemperiem corrigit, & obstructionem tollit.

§. 24. *Pulvis busonum*. vide notas ad Crollium.

§. 25. *Stercus anserinum*. vide ibidem.

§. 26. Sitis si adsit intolerabilis, detur in vino granatorum vel spiritus salis vel sal apsinthiæ à granis tribus ad octo. Vel ℞. Aquæ petroselinæ, halicacabi, ana uncias quinque. Florum sambuci unc. tres. Spiritus vitrioli scrup. semis, aut lapidis prunellæ semidrach. Sir. è quinque radicibus unc. duas & semis. M. aut utatur vino apsinthite vel chalybeato, aut simili.

§. 27. Tandem, tumore sublato, ad ea veniendum, quæ reliquias discutere, & partem affectam roborare valent. Qualia sunt aqua theriacalis, decoctum ligni guajaci, sarsaparillæ, chynæ, balnea sulphurea & aluminosa.

§. 28. Aut ℞. Rob sambuci unc. duas. Salis cardui benedicti scrupulum. Mithridatii drachmam. Sirupi è carduo benedicto q. s. ad consistentiam electuarii. quod assumat duabus vicibus, & in lecto aut stropa duobus matutinis sudet.

§. 29. Aut ℞. Rad. sarsaparillæ, rasuræ guajaci ana semunciam. Sassafras drach. duas. Infunde in s. q. aquæ communis per horas vigintiquatuor. Postea quoque ad not. sex. Colaturæ adde sirupi è carduo benedicto, & è scabiosa ana drach. sex. Sal. cardui benedicti scrupulum. Aquæ cinamomi drach.

duas. M. pro duabus, dosibus, sumendis ante quam se laconico includat. Aut detur dosis bezoartici mineralis, aut antimonii fixi diaphoretici cum granis duobus lapidis bezoardici.

§. 30. Hepar roboretur electuario è scotiis ferri. Vel ꝛ. Pulv. diambrae unc. duas. Conservæ rosarum rubrarum antiquaũ sesquunciam Croci martis drachmam. Sirupi eupatorii q. s. M. f. electuarium.

§. 31. Vel præparetur talis *mars anihydropticus*. Limaturæ martis unciam solve in aquæ fortis, stillatim affusæ, unciis octo, & digere per noctem, & abstrahere eam ex arena per alembicum, & habebis croci sesquunciam. Cui leniter super igne siccato affunde spiritus vini q. s. & extrahe omnem tincturam, & ab hac iterum in b. abstrahere menstruum usq; ad consistentiam olei. Dentur hujus decem guttæ ex decocto granorum juniperi. Aquas purgat & simul viscera corroborat.

§. 32. Vel paratur *lixivium* ex cineribus samentorum vitium ac juniperi, & condatur aromatis convenientibus ac saccharo ad gratiam saporis & efficaciam virtutis. Hoc remedio non pauci mire ab hydrope fuerunt liberati.

§. 33. Quod si tumor pedum, ut plerumque, simul adsit, fiat *lixivium* ex cineribus quercinis in eo, quæ supra §. 15. pro fomento sunt præscripta, coquantur usque ad consumptionem dimidii. In decocto macehant lintea cruda, eaque expressa calide applicentur.

§. 34. Aut, si tumor adhuc aliquis ventris & tibiæ adsit, panis niger in vino & modico aceto coquatur ad consistentiam pulvis seu cataplasmatiss, & extendatur super pannum lineum, atque superimponatur ventri toti, & relinquatur per horas viginti quatuor

quatuor. Postquam detumuit, ponatur versus genua, semper descendendo usque ad pedes.

§. 35. Quod si nec his tumor cedat, aut tanta adsit copia, ut resolvi non possit, convenientissimum est tibiis applicare cauteria potentialia, quatuor digitis supra malleolum aut totidem infra genua. Quo solo remedio, qui ab aliis incurabiles vensebantur, sanari vidimus.

§. 36. Alii applicant *folia bardana* locis tumidis, & sæpius mutant, atque sic aquam contrahi & consumi dicunt.

Tympanites.

Hydrops tympanias abdominis est distentio ex multo flatu in illius capacitate concluso. Moles quam in ascite minor & minus grauis, parum fluctuans, sed rugiu obmurmurans: summus venter vngue percussus ut tympanum tinnit, multaque status indicia existunt. Huius ergo materia status est ex imbecilla concoctione & cruditate genitus: qui cum multus in ventriculo aut intestinis, velut in colico dolore coercetur, nec exitum naturalem reperit, impetum sibi inueniens, per cacos tenuesque ductus inter abdominis membranas magnis cruciatibus sese infert, ac demum varie impulsus in ipsum abdominis spatium penetrat aut devolvitur. De hoc inquit Hippocrates, Quibus tormina circa umbilicum fatigant, & labor atque lumborum dolor, qui nec medicamento aut ullo alio modo solui potest, in hydropem siccum firmatur. Rarus certe hic hydrops, vixque sincerus status sub abdomine circa humoris permissionem vngam est animaduersus. (Fernelius.

§. 37. Tympanitidi *purgationes* adeo non conveniunt, ut potius exasperent. Qui vero conjunctus est cum ascite, cum sæpe purgantia tollant: præsertim mercurialia & quæ aquam ac flatum simul exigunt. Quibus discutiendis initio *clysteres* ex decocto carminativo cum oleo anethi ac rutæ conveniunt.

§. 38. *Specificum* est, è floribus thapsi barbati *arcanum*, sed imprimis *liquor*, eo modo paratus, quem docuimus cap. xxxii. 3. Hujus scrupulus sæpius in die & quotidie in decocto feminis ac radicis fœniculi sumtus flatum expellit.

§. 39. Felicius vero id exsequemur, si ventri simul paretur hoc *fomentum*. Urinæ pueri mundi lib. quatuor. Lapidis prunellæ unc. tres. Bulliant leni igne usque ad casum tertiæ. Hæc urina venter calide foveatur, una cum forti frictione. Hoc modo restitui viduam Marpurgi ab omnibus medicis relictam.

§. 40. Aquis expulsis & tumoribus, tum ventris tum ceterarum partium, plane consumtis, colophonem curationi imponant *exsiccantia*. Inter quæ est *essentia croci maris*, quam Crollius in fine specificum adversus hydropem describit. Detur ea aliquoties in conserva rosarum veteri vel rob. ebulli.

§. 41. *Diacubeba Paracelsi*. ꝑ. Cubebarum, h. c. granorum myrsinorum exsiccatorum, feminis cymii, caryophyllorum ana uncias duas & semis. Santalorum omnium, spodi, feminis quatuor frigidorum majorum exsiccatorum, ana drachmam: endiviæ, portulacæ, lactucæ, ana semidrach. Succini albi scrup. duos. Pulverentur omnia subtilissime & cum sirupi granatorum sesquuncia & sacchari in aqua cichorii soluti unciis quatuor fiat electuariū. Hujus sepe aliquid à drachmis duabus ad quatuor exhibeatur.

§. 42. *Spi-*

§. 42. *Spiritus guajaci* cum rob. ebulli sumtus feliciter sudores eliciendo exsiccatur.

§. 43. *Arcanum cumini & carei* philosophice præparatum & præmissa purgatione leni, ne malum exasperetur, aliquot guttis adhibitum cum sudoriferis aliisque specificis, plurimum potest.

§. 44. Etiam, teste Galeno, *cucurbitæ* magnæ cum multa flamma si imponatur umbilico, incantamenti instar flatum discutiunt.

§. 45. In curando vero typanite, præsertim ne redeat, maxima tum ventriculi tum hepatis haberi ratio debet. Semper enim ventriculus hoc casu frigidus, jecur contra calidum est.

§. 46. *Ventriculum* ergo recallescere oportet, *intus* quidem pulveribus diacumini, dialacæ, diarrhodon abbatis, diacurcumæ; conservis menthæ, pullegii, apsinthii romani; sirupis menthæ & cinamomi; spiritibus apsinthii, carei, cumini; oleis è caryophyllis & mastiche distillatis: *extus* vero emplastro aliquo vel sacculo appropriato, oleove mastichino aut nardino. Præter quæ etiam in hac, ut ceteris speciebus, valde prodest cremor & tinctura tartari, oleum sulphuris, & spiritus vitrioli.

§. 47. *Hepar* vero refrigeretur, *intus* quidem appropriatis refrigerantibus: *extus* unguento rosato, & epithemate ex succis endiviæ & cichorii cum paucis acero.

Anasarca.

§. 48. *Anasarca* initio, quia semper ei adjunctus est humor pituitosus & ad evacuationem ineptus, postulat, præmissis lenientibus, *preparantia* dicta. Qualia sunt imprimis sirupi eupatorii, apsinthii, oxymel compositum. Dentur autem in aqua agrimonis & apsinthii.

§. 49. Præparato humore *euacuatio* supra dictis institienda, sed interposita tum præparatio humorum, tum corroboratio viscerum, imprimis hepatis & ventriculi.

§. 50. Sed hunc oportet *vomitum* per salem vitrioli aut aquam benedictam excitato primum à crudis humoribus liberari. Hinc ad ea, quæ urinam & sudores movent, accedendum. Vbi maxime commendatur *aqua Weckeri*. R. Liquoris tartari distillati, aquæ gentianæ, cum aqua simplici per vesicam factæ, theiacalis, ana unciam. Spiritus vitrioli, olei sulphuris ana guttas decem. Sumat æger à drach. duabus ad semunciam cum aceto ante ingressum laconici.

§. 51. Maximum arcanum est in *gratiola*. Hæc ergo semper in copia tum purgantibus, tum aliis medicamentis admiscenda. Potest etiam ex ea fieri extractum vel sal, & ex iis hæc *pilule*. R. Extr. mechoacanæ, gratiolæ, ana scrupulum. Salis ejusdem grana sex. M. f. pilulæ. Purgant per alvum & urinam. Quod si non satis purgant, adde aliquid extracti trochilcorum alhandali.

§. 52. Possunt etiam hic nonnunquam adhiberi *scarificationes* in pedibus, femoribus & natis.

RENVM AFFECTVS.

Inflammatio.

CAP. CLXXXVIII.

Renis morbi præter exercant: inflammatio, obstructio, abscessus & calculus. Inflammatio quæ proprie nephritis appellatur admodum raro accenditur in renibus, quod firma eorum & prædura caro egre fluctionem admittat. Fit tamen interdum renibus icturne casive

casive confusis, accersitæque fluctione per emulgentes venas. Hanc adesse testantur, ardor ingens, dolor grauis ac pulsans in ea inanitate, quæ est inter extremam costam & coxendicem. Hic & vicinas partes quæ circum præcordia sunt, circum lumbos, circum coxendicem & pubem atque partes obscœnas, distensione conuellit. Extremorum frigus, atque cruris è directo sit stupor inest: mictio cum ardore atque labore frequens, principio tenuis & cruda, deinde crassa atque mucosa: alvus impedita & pigra. Hinc ventris distentio, febris assidua, nausea, ructatio, crebraque vomitio.

§. 1. Inflammationem renum (quam Paracelsus *febrem renum* vocat, quia illam hæc comitari semper solet.) caute oportet tractare. Nisi enim omnia prudenter fiant, sæpe gravissimi morbi subsequuntur. Itaque nec purgantia acria, nec intemptiva prodesse queunt.

§. 2. Alvum interea liberam esse oportet, aut facere extracto mechoacanæ vel infuso rhabbari, aut prunorum dulcium decocto aqua, cui purissimus tartarus fuerit incoctus, aut clystere leni.

§. 3. Alvo autem expedita *lapis prunelle* aqua communi solutis & saccharo edulcatu singulari proprietate morbum hunc & citissime curat.

§. 4. Secretum in inflammationibus renum est *succus astacorum* seu cancerorum fluviatilium crudus, sive ex contulis expressus, & cum jusculo vel decocto prunorum exhibitus semel aut bis ad cochlear unum.

§. 5. Extus valent unguentum rosatum, præsertim Meisæ, vel seorsum, vel cum oleo amygdalorum amarorum & scorpionum. Item liquor ex semine papaveris, hyoscyami, solani, vel similibus.

Camphora quoque in oleo amygdallorum amarorum soluta & loco dolenti illita, valde inflammatio-
ni resistit.

§. 6. *Venus* omnino fugienda.

Exulceratio.

CAP. CLXXXIX.

Renum abscessus quo purulenta materia coërcetur, variis ex phlegmone fit, sæpius ex sordido ulcere non expurgato, ea ratione quam mox subiiciam. Concoctatione tamen phlegmone pus gignitur & abscessus tantus interdum ut distento rene tumor circa lumbos & ilia foras promineat. Febres cum horrore oberant: gravitatis sensus quam ante magis infestat. Ruptio autem abscessu pus cum urina deferitur, & interdum sordes aut corrupta caro ex putri renium substantia.

Vacuato expurgatioque abscessu ulcus manet diuturnum admodum ac fere immedicabile. Quæ enim substantia portio vel putredine vel attritu exesa est, neque resarcire unquam neque coalescere potest: quandoquidem viscus hoc ut cætera spermaticum est, cuius etiam urina iugiter præterfluens ulcus agglutinari non sinit. Quocirca sordidum id ut fistula perpetuo relinquitur. Huius signum est quod modo pus, modo mucosum quiddam urina permixtum defluit: hincque urina reddiditur alba, lactis sero persimilis, quæ tandem quiete sedimentum id purulentum mucosumve deponit. Ulcus ex abscessu phlegmone insolens admodum est. Nec minus id quoque insolens putandum, quod vel à profluente mate-

ria

rie acrimonia renem exedente, vel iab ictu, vel à castu eius venas disrumpente fieri tradunt. Crebro autem ac fere semper à calculo intus coërcito fit, qui vel pondere renem contrudit, vel attritu comminuit exeditque. Ita sæpe vidimus tota renis carne ac substantia peresa, ambiente tanquam marsupio membrana pus calculosque multos obvolui. Ulcus ab his causis ortum habuisse argumento est, quod urina antequam purulenta esset, sæpe cruenta fuerit, præsertim ab exercitatione & labore, quod febris nulla aut perobscura fatiget. Si quando autem obstructo vteris capite pus cohibetur, id sexim vel per emulgentem in majores venas redundans, sanguinem habitumque corporis inquinabit (qua ex causa quasi ex leucophlegmatia calculosos tumere ac pallefcere sæpe animadverti) vel ea sede congestum illa lumbosque copia distendet, è quibus etiam aperta cute diu multumque manat. Nonnunquam & illinc calculus ingens cum pure alius excessit, alius evulsus est. Hæc quum accidunt tota jam pene renis substantia putredine consumpta est, illincque pus redundans inter peritonæi membranas fluctuat. Hujus copia interdum vidimus totam ventris lumborumque regionem distendi, & pus hinc tum dejectione, tum vomitione reddi sincerum.

§. 1. Exulcerationem renum recentem curati quidem posse, dogmatici pariter & hermetici proficentur. In veteratam vero incurabilem esse, illis certum est: sed ab his, sanari eam posse, experimentis ostensum est. Refert Garcias ab Horto, Indos iis, qui renū & vesicæ exulcerationem patiuntur, & magno præptoq; successu solitos propinare aloem

plantam bene tusam ac lacti mixtam.

§. 2. Practici solent non sine patientis commodo *pillulas* ex aloe & pulvere lumbricorum terrestrium & chalybe præparata exhibere aliquot septimanis continuis.

§. 3. Alii sæpius *terebinthina* venetæ drachmam cum vitello ovi in jure gallinarum dissolutam exhibent.

§. 4. Mihi & multiplici observatione constat, *mercurium dulcem* hic multum posse, si bis terve in septimana exhibeatur justa dosi. Etenim impuritates tum corporis totius, tum vero renum maxime expurgat.

§. 5. Cui si *spiritum mercurii dulcis* succenturiabis, nulla exulceratio refragabitur. ℞. Mercurii sublimati crystallini, non dulcis, q. v. Tere in pulvrem impalpabilem, eique superfunde in cucurbita non nimis alta optimi spiritus vini q. s. Abstrahæ per alembicum ex cineribus: distillatum liquorem reasfunde, ac denuo distilla, & perge cohobando tandem, donec spiritus vini instar olei albicantis videatur per alembicum transire. quod alio excipulo collige. Capiti mortuo alium & recentem vini spiritum affunde ac procede simili ratione ut antea, donec omnia in oleum seu spiritum albicantem sint conversa. Hic spiritus mirabiliter operatur, si ejus guttæ duæ vel tres quotidie semel atque iterum in qua radice nymphææ, equiseti, plantaginis exhibeantur.

§. 6. *Consolidationem* tempestive absolvit, quod conferuæ rosarum part. ii. cum seminis hyperici parte i. habet, si magnitudine avellanæ & in fine curationis aliquot diebus vesperi exhibet. Hoc modo

do etiam inveteratissimæ exulcerationes tolluntur feliciter.

Diabetes.

CAP. CXC.

Meiendi porro symptomata sunt: diabetes, urina incontinentia, ischuria, dysuria, stranguria, mictio cruenta atque purulenta. Diabetes immoderatum urine profluvium est, quo assumpta potio nihil mutata profunditur. Quibus venter aut corporis habitus aquei humoris copia tumet, iis interdum magno impetu urina quam potus longe copiosior emanat: quomodo obesum quendam & tumidulum vidi ex multa mictione diebus circiter octo, mirum in modum extenuari & concidere. Qui largissime bibunt, copiosam quoque profundunt urinam, ut is quem novimus quotidie hora spatio tepentis aqua medicata libras sexdecim exorberet: etenim qualem sumpserat, talem protinus emejebat. Ceterum horum affectuum neuter diabetes putandus: sed cum sui inexpleta supra modum bibitur, omnisque potus nihil fere mutatus mox effluit. Hoc proprium est renum symptoma, in quibus calor ingens, aut ardentissimus humor impactus, vim irahendi feri vehementer impellit, quod tamen præ retinendi imbecillitate continuo prolabitur in vesicam. Proinde corpus uniuersum & sui & calore immodico exhaustum plane contabescit. Sed hoc quam rarissime symptoma usu venit, vixque ullus est deprehensus, qui copiosæ emissionis non aliam intus causam haberet.

§. 1. Diabetes specificum est in marte. Felicitus tamen operatur *unctura smaragdi*, de qua cap. clx.

312 IOH. HARTMANNI
8. Quin & tinctura & sal corallorum mirifice con-
veniunt.

§.2. Martem quod attinet, intus quidem prodest
ejus essentia, descripta à Crollio.

§.3. Foris autem adhibeatur balneum ex aqua
chalybeata fabrorum, & deinde lumbi ac pubes ho-
veantur decocto plantaginis ex aqua chalybeata.

§.4. Diata sit ex cibis siccantibus & semper cum
aqua chalybeata coctis.

§.5. Potus sit aqua aut chalybeata aut plantagi-
nis, cui incoctum sit cornu cervi philosophice cal-
cinatum: & quisitum restinguendo sit, nec am-
plius.

§.6. Purgantia atque sudorifera in totum fu-
giantur.

Obstructio.

CAP. CXCI.

Renis obstructio varias habet causas: arenulas,
calculum, humorem crassum & viscosum. Rarum
quidem est vixque unquam compertum, ut à solo
humore vel crasso vel lento ren totus obturetur: à
calculo aut ab arenulis sæpissime, à quibus etiam
solis urina supprimitur. Arenule autem non in in-
teriore cavo, sed in propria renum substantia pro-
veniunt, à qua dura sunt ac rubra & renis sub-
stantiam coloremque retinent. Illinc fluentis urina
impetu rapta feruntur in cavum, prolabanturque
in vesicam per vreteres, & urinam reddunt are-
nosam. Si curatio negligitur, tempore crassescunt
ille, vel mutuo adhasu inter se colligata calculum
coagmen-

coagmentant atque componunt. Hic dein è renis
substantia exturbatur in cavum, quumque evel-
litur, renis partem cui adhaerecebat, sine dolo-
ris sensu divellens & quasi dilacerans, sanientem
prolicat, quæ pariter cum urina profunditur, eam-
que crassam, turbidam, subnigramque reddit. Cal-
culus autem exceptus renis capacitate si exiguus
est, non multo post tempore in caput vreteteris se
inset, ex quo magna vi summoque dolore nephri-
tico in vesicam procidit. Si crassiusculus est aut
salebrosus & asper, in via diutius hæret & ma-
gno cruciatu vreteterem dilacerat. Sed & nonnun-
quam in renis capacitate subsistit ac permanet,
quum præ crassitie non satis lata illi est vreteteris via.
In illam contusus & exagitatus acerbum sæpe dolo-
rem movet, quum præsertim profiliu atque se inset
in vreteteris caput: at is intescit calculo remean-
te in renis cavum. Hic (nisi tempore procidit)
assiduo arenularum appulsu coagmentatur in ve-
rum renis calculum, cuius nec una semper est
magnitudo, nec una forma, nec color unus. Con-
firmatus fere renis cavum implet consuetasque are-
nulas exte prohibet: ac proinde renum calculus ve-
teres dolores nephriticos obtegit & dissimulat. Perfe-
ctum in rene hunc esse docent, affecta partis gravitas,
ob quam vix spina dorsi inflectitur: cuius tamen dolor
non ut is quem destillatio peperit, externarum partium
pressu admodum manifestus est. Nullo tumore foris
conspicuo obusioris cuiusdam doloris sensus inest,
præsertim quum alvo supressa ren ipse vel flatu vel
face premitur, aut quum decubitus est in adversum
latus, aut quum vehementior est exercitatio. Nephri-
ticus dolor ex intervallis circa calculi excretionem

redit: per laborem & duram equitationem urina profuit cruenta, tum quippe calculus suo pondere & attritu renem contundit ac plerumque sine sensu dilacerat exulceratque, è quo sanguis cum urina profunditur. Cruris, quod è directo affecti renis est, torpor quibusdam inest molestus. Calculi materia est crassus & viscosus humor in renem pariter cum sanguine ejusque sero excurrrens, qui alias ex cruditate, alius ex torrido terrenoque sanguine processit. Efficientem causam omnes quidem profitentur immoderatum esse renum calorem, qui humores perurens, siccans & obdurans cogit in lapidem. At certe alia stauenda causa^a efficacior longèque crebrior, insita renum arenosa calculosaque constituit. Hanc quisquis à parentibus contraxit, vix ulla ratione calculi tormenta effugiet: quandoquidem hoc vitium omnium est maxime hereditarium, ut non paucis pariter cum renibus calculus procreetur. Adjuvantium porrò causarum precipua est otium somnisque diuturnus decubitus supino. (Fernelius.)

§. 1. Obstructio renum certius & evidentius remedium non habet præ eo, quod ex vitriolo & tartaro conficitur. Certe tartarus vitriolatus, aut crystalli tartari, & specificum purgans Paracelsi omnem hic paginam absolvunt: præsertim si sit obstructio recens, nec ab impactis grandioribus calculis facta. Hæc enim aliam curam requirit: de qua in nephritide sic proprie dicta.

§. 2. Specificum vero in tartaro, ubi corporis sit concretus, resolvendo & exigendo est *ludus humanus* Paracelsi: quem sic præparat. Calculos è vesica hominum vel excisos vel quomodoecumque excretos &

& pulveratos igne rotæ primum leni, deinde validissimo sic calcina, ut videantur in salem plane abijisse. Secretior & nulli hæctenus à me communicata calculorum *calcinatio* hæc est. ℞. Pulveris ludi part. i. carbonum, præsertim faginarum, part. ii. Misce & in tigillo, tantum operculo tecto, ure in furno figulino horis xxiv. Sic enim spiritus carbonum duritiem lapidis omnino emollit, ut carbonones non absumantur. Calcinatum vero coque in aqua, fietque ea citrina à sulphure fetido soluti ludi. Quod solutioni superest, denuo & sicceetur & adjecto pulvere carbonum recenti, calcinetur ut antea. Solutiones deinde omnes evaporando redige in salem. Quem iterum cum novo carbonum pulvere mixtum calcina &, ut pridem, solve in aqua communi. Quam rursus sine vaporare, donec accipias salem candidum, & sæpe in crystallos abeuntem, si in loco frigido aliquandiu repositus fuerit. Hunc salem spiritui vini optime rectificatum mixtum ex retorta tandiu sæpius cohobando distilla, donec penitus cum spiritu vini transierit. Tum hunc in leni B. aufer, donec tibi relinquitur oleum ludi humani. Cujus guttæ à tribus ad duodecim exhibite jejuno & continuis aliquot diebus in liquore convenienti obstructiones tartareas, etiam confirmatas totius corporis, ubi sint, præsertim vero in renibus feliciter solvunt & tartarum expellunt. Nam hoc specificum calculos, etiam grandes tantum non insensibiliter in quid mucosum simile resolvit & cum urina paulatim avchit.

§. 3. Simile *oleum* & eadem, quamquam non æque efficaci, virtute fit ex oculis *cancro*. Quin hoc modo omnes lapides per alembicum in oleum re-

atque in usus medicos converti possunt.

§. 4. Ejusdem efficaciam est *sal contra calculum* descriptus apud Crollium.

§. 5. *Spiritus glomorum cynosbati*, quos vocat Paracelsus, sive ex callosis in rosa canina nascentibus glomis, arcanum simile est ad calculum expellendum, cujus tamen præparatio nusquam existat. Ego sic paravi. Majo & Junio magnam eorum quantitatem colligi &, remotis vermiculis, qui in ipsis reperiri solent, minutim concide ac, aqua & fermento additis fermentare feci. Tum ex putrefactis per vesicam elici spiritum & aquam. Ex capite autem mortuo, in cineres usto, extraxi salem quem purificatum cum spiritu conjunxi, aliquandiu in digestionem reliqui, digestum cum argilla misui. & igne nudo super ejusdem glomos in receptaculum majus distillando spiritum una cum sale proliciui, donec omnis sal simul transiret. Quod in recipiente erat, expressi & expressum per retortam igne arena in fine non admodum valido, ne empyreuma redoleret, distillavi in modum arcani, ex vegetabilibus eliciendi. Ejus guttæ tres ad duodecim in convenientibus liquoribus exhibitæ, & sæpius datæ, calculum insensibiliter expellunt. Quin si pulvis istorum globulorum tantum maceretur in vino, & hoc exhibeatur per aliquod tempus, idem facere experientia docuit, sed remissius.

§. 6. Quod si aut renes eorumve ureteres, aut vesica penitus sunt à calculis obstructi, remedio præsentissimo est *urina hirci*, ex viventis vesica recens extracta & calens pota. Sed oportet simul & similiter omentum cum intestinis ventri, pubi, ac peritonæo applicare. Sic enim repente calculus consumitur, & patiens sine læsione vasorum liberatur.

§. 7. Promovendæ autem efficaciam eorum, quæ assumpta

assumpta sunt plurimum, præter balnea, unguenta, emplastra, cataplasinata, vulgaria, facit *oleum terebinthina* cum vivis oniscis mixtum & loco dolenti illitum: ut & terebinthina chartæ catulæ illita ac reni imposita, renovataque, cum exaruit.

Calculus,

CAP. CXCII.

Nephriticus dolor, acerbissimus est renum cruciatus, aut certe ureteris cujus est sensus eximius. Is in renis sui fixus alterutro latere stabilis est, nisi quod interdum vel ad coxendicem vel ad testem qui è directio jacet, ureteris tractum protenditur. Non ut colicus dolor in ventrem medium aut in omnem illius regionem murmure quodam evagatur, neque semper citata & expurgata alvo discussisque statibus mitigat: sed immanitate & ferocia peritoneum convellit: hinc viscera & ventriculus subvertuntur, ac primum quidem pituitosa, deinde biliosa vomitione rejiciunt. Urina quum malum incipit pauca, tenuis, & aquosa est, interdum vero supprimitur: postea copiosa, crassa, & arenosa exit, eaque ardoris quodam sensu ad crebrius mendum compellit. Decubitus in agram partem dolorem demulcet: in adversam exasperat. Creber admodum est ac multis frequens hic dolor, colicus verorarius. Tanti cruciatus neque inflammatione, neque sanguinis grumus, neque crassus humor causa statui potest, quod mollis ac fluidus facile obsequatur, quodque observamus crassiorem mucum, imo & concretum pus nullo sensu è renibus facile protabi. Unus calculus causa fit doloris; qui crassiusculus inaquabilis ac scaber dum per angustum ureterem devolvitur, hunc magna vi dilatans atque dilacerans perquam immaniter excruciat. Iis qui jampridem

nephriticis doloribus erant affueti usque adeo dilatatum vterem aliquando comperimus, ut in eum major digitus immitti posset. Per hunc mediocres calculi sine molestia excidebant, qui olim non nisi summo cruciatu procidissent. Qui vero aut nondum, aut certe raro & leviter nephritico dolore tentati sunt, minimo calculo distorquentur. Hunc autem à colico discernere in primis arduum est quum nihil excedere manifesto deprehenditur. Sedato atque restitcto dolore etiam atque etiam considerandum, dolorisne causa in vesicam exturbata sit, an in renis cavum remigraverit. Si exturbata est, cavendum ne illic subsistat, & assiduo materia appulsu in vesicâ calculum coagenteur. Iam vero ejecto cum urina calculo, estimandum solidumne sit an ex arenularum adhasu compactus. Ex iis namque medendi ratio constituitur. Neque iis credendum est, qui calculos albos in vesicâ duntaxat, rubros in renibus nasci affirmant. Nam purulenti renes albos quoque proferunt. [Fernelius.]

§. 1. Calculi curatio multa requirit in paroxysmo, quæ extra eum tutius omittuntur. Paroxysmus est cruciatus ille, quo Naturam calculus instimulat ad expulsionem sui. Sub hoc opus, dolorem mitigari, meatus dilatari, & calculum vel integrum vel contractum propulsari.

§. 2. Nisi ergo nimium dolor urget, statim alvus aperienda est vel *bolo* ex cassia recens extracta, vel hoc *decocto*. ℞. Senæ mundatæ unciam. Fruct. alkekengi, rhabarbari optimi, trochiscorum agarici, ana drachmam. Nucis moschatæ semidrachmam. Coque s.a. ex aqua ad uncias sex. Colaturæ adde sirupi è quinque radicibus & cichorij cum rheo ana sesquunciam. Misce, & sumat duabus dosibus.

§. 3. Si

§. 3. Si vero urget dolor, è vestigio *clyster* injiciendus, qui & alvum emolliat & flatus discutiat. Hos enim ob ventriculi imbecillitatem multos adesse constat. Aliter vero quam enemate alvum, eoque leni, subducere noxium est. *Purgantia* certe, ut & *acria* enematis addita, quin & *diuretica* initio data, non solum humores commovent, sed & dolores adaugent confluxu illorum ad renes.

§. 4. Quin imo, quia confluxus hic difficillimam facere curationem potest, ea propter protinus, si adest, plethoram oportet solvere & sanguinem ex poplitea mittere.

§. 5. Deinde & *intus* dari olei amygdalini dulcis & recentis uncia duæ, cum croci semiscrupulo aut essentia ejus granis sex in jusculo debent, & *extus* inungi renum regio eo, quod habet olei scorpiinum part. i. & olei terebinthinæ part. ii. ac superimponere *emplastrum*. ℞. Cerati refrigerantis Gal. unc. duas & semis. Vng. rosati camforati unc. duas. Laudani opiatî sesquidrachmam. Quin omnem dolore modum excedente, fieri ex laudano *emplastrum* potest & lumbis imponi.

§. 6. Illo nihilum remittente, descendat æger in *balneum*. ℞. Rad. althææ & malvæ ana unc. duas. Sem. fœniculi unc. octo: carei unc. quatuor. Bacc. juniperi manip. quatuor. Flor. ononidis pug. sex: chamæmeli & meliloti ana pug. quatuor. Coque in q. s. aquæ pro balneo. In hoc desideat horam unam vel alteram.

§. 7. Si neque sic remittit dolor, obambulet aliquantum in cubiculum, & mox, assumtis olei oculorum cancri guttis sex cum sirupi althææ Fernelij sesquuncia in q. s. aquæ petroselini vel ononidis, etiam

descendat in balneum. Hinc autem egresso nasturtium ex lacte coctum lumbis applicetur vicem cataplasmatum.

§. 8. *Oleum oculorum cancri.* ℞. Oculorum cancri pulveratorum unc. quinque. Olei tartari per deliquum unc. sex. Misce & digere in B. diebus quindecim. Deinde digesta inde phialæ, & in arena coagula in lapidem. E quo pulverato per spiritum vini extrahe tincturam omnem, eamque, abstrahendo rursus spiritum, redige ad consistentiam mellis. Cujus vicem, in illius defectu, utcumque supplebit hoc, quod ℞. Oculorum cancri præparatorum & trochiscorum alkekengi ana semis scrupulum. Detur cum sirupo althææ Fernelij.

§. 9. Quibus præmissis accedere ad ea oportet, quæ calculum exigant. In his est *aqua antinephritica*. Rad. ononidis minutim concisæ libram macera per triduum in vini generosi lib. duabus. Deinde radicem petroselinæ, eryngij parietariæ; herbarum herniariæ & saxifragæ cum toto ana unc. quatuor: baccarum alkekengi & juniperi ana unc. tres: seminum fœniculi, melonum, milij solis, urticæ, ana unc. duas. Macera per quadratum in eodem vino post infusionem illam expresso, iterumque exprime & additis succi portulacæ libris duabus, distilla per alembicum. Dosis cochlearia duo, etiam ad præservandum.

§. 10. *Aqua Fuggerorum.* ℞. Rad. glycyrrhizæ, petroselinæ, ononidis, pimpinellæ, ana sesquunciam: helenij unciam. Rasuræ ligni sassafras. unc. duas. Fol. hederæ terrestris manip. quatuor. Sem. fœniculi, urticæ, ana unc. sex. Succu hederæ terrestris lib. quinque. Hæc, præmissa per triduum infusione, distilla per alembicum. Dosis, ut prioris, cum sirupo è cinamo-

cinamomo aut caryophyllis.

§. 11. *Extractum glomorum cynosbati* etiam heic figularius commendatur. Id vero repete ex capite cxcj. 5.

§. 12. Paroxysmo superato, ut renes in totum purgentur, nihil æque ac *mercurius dulcis* convenit. Qui enim ex eo pilulis quotquot mensibus utuntur, raro deinceps affliguntur, præsertim si semel fuerint extersi renes. Quos & sic amplificat, ut sponte deinceps, si qui forte denuo concipiuntur, calculi cum urina defluant.

§. 13. Proderit & hoc *Vinum.* ℞. Ligni sassafras & nephritici ana semidrach. Rad. polypodij, petroselinæ, ana unc. duas: ononidis, pimpinellæ, sanguisorbæ, ana unc. duas & semis: asparagi, iridis nostratis, turbith albillimi, ana scrup. duos: iridis florentinæ, semidrach. Herb. fragariæ, pimpinellæ, rorismarini, saxifragæ, ana manip. semis. Flor. boraginis, rosatum, ana pugillum. Sem. anisi, fœniculi, filetis montani, ana semidrach. Baccas alkekengi sex. Cinamomi electi. semunciam. Macis scrupulum duos. Contusa omnia in syndone rubro includantur, nodulusque suspendatur in vini sesquilibra. Sumat ex hoc jejunos haustum, & singulis diebus.

§. 14. A cujus usu si alvus non responder, subinde quid vel lenitivi vel sirupi ex supra laudatis interponat.

§. 15. *Sirupum* qui amat, fiat talis. ℞. Sirupi è quinque radicibus unc. tres: è lupulo unc. duas. Aquæ petroselinæ & haliacabi ana sesquunciam. Sumat cochlear vel duo cum spiritus terebinthinæ semis scrupulo.

§. 16. Vel alternis detur *terebinthina* aqua haliacabi lotæ sesquidrachma: addito, cui libet tan-

tillo sirupi præcedentis.

§. 17. *Morsuli imperatorij*, si illiti gutta una vel altera olei ex nucibus moschatis distillati omnimane sumuntur, roborant renes.

§. 18. *Lignum nephriticum* ad miraculum usque calculosam dispositionem emendat, si ejus semuncia per noctem in vino maceretur, & hoc mane bibatur, seque patiens exerceat deinde.

VESICÆ AFFECTVS.

Calculus.

CAP. CXCIII.

Vesica calculo crebrius affligitur, inflammatione & abscessu admodum raro, exulceratione nonnunquam. Vesica calculus magnitudine, substantia, colore figura atque situ plerumque variat, nec uniusmodi cernitur in omnibus: hinc & varia symptomata laborantes exercent. Hujus causam plerique omnes tradunt crassum esse crudumque succum, qui per venas cum urina in vesica capacitatem insinat, in qua tanquam sax subsidens, loci calore exarsfactus sensim lapidescat. At vero quid limum istum (nisi forte admodum angusta aut obstructa sit vesica cervix) tandiu possit illic remorari non video, quum & sanguinis grumus, & pus, & mucosa lentaque pituita, aliaque multo crassiora facile illinc ac prosuant cum urina. His argumentis adductus aliam cepi causam investigare, ac tandem comperi omnem calculum in vesica conclusum, rudimentum quoddam è renibus traxisse, è quibus per nephriticum dolorem excidens, si grandiusculus est, in vesica aliquandiu haeret ac plerumque persistit, illicque allaturum sordium adhaesum coagmentatur, dum verus confirmatusque

que lapis fiat. Ita quidem neminem hactenus offendi in vesica calculum habere, qui nephriticis doloribus divexatus ante non fuisset. Et quoscunque exemplis vesica calculos obrivi (obrivivi autem experiundi gratia permultos) in eorum medio quasi nucleum reperi, verum rudimentum è renibus exturbatum, diversi quam reliquum integumentum ac involuorum & coloris & substantia. Propria calculi vesica signa haec fere sunt, vaga quaedam & oberrans circa pubem & perinaeum tumillatio. siquidem exiguis is & levis etiamnum est. quum vero grandescit, incumbens gravitatis pondus percipitur, unde circo difficilis & doloris plenus per salebrosa loca sit incessus, multoque difficilior saltatio. Mixtus crebrescit adeo ut & tandem assiduo meendum sit, vixque possit urina cohiberi. Quum meendum est, urina suor repente intercipitur, obviam quidem impulso calculo. sicque minime continuata sed intercisa est emittio. At tum dolor alias universonum pudendi ductum, alias glandem solam affligit, isque acerrimus sub emittionis finem, quum calculus urina cursu incitatus quasi prodiurus sphincterem violentius comprimit. Mejendi conatum comitatur desidendi cupiditas, quod calculi magnitudo è perinao rectum intestinum in vesica cervicem extimulet. At vero nonnunquam summa vesica adhaerescens calculus & quasi ex illa propendens, vix illum ex his signis manifeste exhibet: & vix sunt qui nullo dolore diu illum gestaverint: omnibus tamen haec signa modo mitia sunt & obscura, modo faviora. Urina alba, crassa & turbida reddatur quum grandior calculus jam diu est in vesica detentus, in qua sedimentum purulentum est aut narium mucori persimile. Horum signorum plurima etiam spectantur in cavo & sordido cervicis ulcere,

quale *Venerca gonorrhœa* profert. *Hæc vero ex causis antecedentibus internoscenda sunt, Si vlcus inest sordidum, scæda illa gonorrhœa jamdiu antecessit: sin calculus, laborans mitis quibusdam nephriticis doloribus fuit oportunus, neque semper calculum doloris causam eminxit. Ad extremum vero digitis in anum aut certius catheter in vesicam immisissus, quod conjectura dubium incertumque fuerat, sensu explorabit confirmabitque.* [Fernelius.

§. 1. Calculo *medendi* methodum Lud. Mercatus tradit III. Pract. IV. 10. *Præservandi* causa utilissimum est quotquot annis purgari crudos humores per cassiam cum terebinthina.

§. 2. Deinde sanguis mittatur, & singulis postmodum mensibus ea dentur, quæ urinas copiosas cieant.

§. 3. *Curandi* vero causa oportet primo ægum purgare *purgante specifico* Paracelsi, & acria quæcumque vitare.

§. 4. Tum dare famosum ex *afellis lithontripton*, quo ipse calculum ovo majorem resolvi. Eius præparandi modum in notis ad Crollium exposui.

§. 5. *Uusus* talis est. ℞. Pulv. opiscorum à semidrachma ad scrup. quatuor. Spiritus vini à drachma ad semunciam. Juris cicero rubrorum unciam. Misce & exhibe quotquot diebus jejuno & quinque horis ante cibum, & præmissio enemate solum emolliente. Nisi enim soluta alvus est, febris corripit. Medicina enim sumta in corpore calorem suscitât & dolorem circa pubem. *Dieta* sit emolliens & sine vino. Quin siti, quam gravius urget, restinguendæ datur aqua fragorum aut florum fabarum, in qua aliquid salis prunellæ sit solutum. Vel ℞. Aquæ fragorum libram,

libram. Sirupi violacei unc. duas. Spiritus vitrioli guttas tres aut quatuor. Misce.

§. 6. Si medicamentum contingit in calculum agere, urina primis octo diebus redditur pauca & crassa, sequentibus vero copiosa & quasi gypsea. Tum vero calores doloresque remittunt. Quæ argumenta sunt resoluti & exeuntis calculi. Cujus, quæ magnitudo fuerit, cognosces si à principio ad finem curationis collectas urinas leniter vaporando exsiccet & cum tantillo ichthyocollæ vel tragacanthæ soluto in massam refingas.

§. 7. Nota vero, subinde, præsertim in tenerioribus, diem esse sine medicina transmittendum & vitium refectioni dandum.

§. 8. Interdum sufficit medicinam per catheterem in vesicam immisisse. Tum vero ægum protinus oportet in balneum descendere, & ex eo exempti pecten atque perinæum inungere hoc *unguento*. ℞. Olei scorpionum, amygdalorum amarorum, pinguedinem cuniculorum & caponum ana sesquunciam. Succu patietariæ drach. duas. Misce.

§. 9. Si vero confirmatus jam calculus est, & in molem majorem excrevit, vix alia ratione curari potest, quam sectione. Quamquam tentari ea medicina possit: præsertim in mulieribus, quibus via latior & recta est.

Inflammatiô.

C A P. CXCIV.

Inflammatiôsi qua premit, ea non vesica ut qua tenuis exanguisque est, sed sphincteri cervicis musculo insidet. In ea febris ardens & acuta infestat: dolor perquam acerbis ac lancinans in perineo cum robore & ardore excruciat: urina supprimitur summo tamen mejendi desiderio atq; conatu: alvus solito adstrictior

est, quia rectum intestinum inflammationis magnitudine coarctatur: pubes atque pecten ad umbilicum urina copia distenditur. Catheter pro loci angustia immitti non potest sed & in primis periculosa est irritatio, quandoquidem hic affectus saepe in gangranam vel sponte abit, e qua vix ullus unquam servatus est. Quum abscessus sit & suppuratio, omnia ingravefcunt: eo autem aperto mitescunt, pure quidem erumpente, subsidente vero tumore profusaque urina exuperantia. [Fernelius.

§. 1. Inflammationi vesicae eadem conveniunt, quae inflammationi renum.

§. 2. Praeter quae singularius haec commendatur clyster anodynus & habens aliquid salis gemmae ac nitri.

Abscessus.

CAP. CXCIV.

Ex abscessu si servetur aeger, ulcus in sphinctere cavum manet ac sordidum, e quo cum urina crassa modo sanies, modo puri copiosum & graveolens excidit, tandemque subsidet in imo. Visus est & hic abscessus per perinaeum erumpere, e quo urina raddebat, nonnunquam & in anum penetrare, illaque urinam omnis defluere. [Fernelius.

§. 1. Abicellum qui patiuntur, vis evadunt.

Exulceratio.

CAP. CXCVI.

§. 1. Exulcerationem vesicae curandi rationem vide apud Platerum II 1. Curat. pag. 86.

§. 2. Huc etiam commode referuntur, quae de exulceratione renum dicta sunt. Inter quae primas obtinet

obtinet spiritus mercurii dulcis: quo nihil praesentius mundificat & consolidat.

Urina incontinentia.

CAP. CXCVII.

Urina incontinentia dicitur quum ea sine acrimonia & doloris sensu manifeste excidit praeter arbitrii imperium: hisque signis longe distat a dysuria. Fit autem resolutio sphinctere cervicis, atque iis nervis paralyti affectis, qui e lumbis in eum inseruntur musculum. Hoc alias ex ictu aut casu, alias ex refrigerio aut destillatione fit. Qui se in somno permeant quales maxime pueri, his quidem non paralyti, sed sola laxitate atque mollitie sphincter dissolvitur, qui neque exuperantiam neque acrimoniam urina sustinere potest, praesertim quum animales vires somno sopita obscuram functionem obtinent. [Fernelius.

§. 1. Incontinentia urinae a paralyti curatur per ea quibus curati resolutiones particulares dictum fuit in loco.

§. 2. Pueri, ut & adulti submejuli ob mollitiam sphincteris, curantur diata adstringente.

§. 3. Specifica sunt guttur galli, vesica caprae, pisces in ventre lucii repertus. Si scilicet in clibano sicceatur, & alienujus pulvis in vino adstringenti saepius sub noctem detur pondere unius drachmae. Per caprae quidem vesicam ego multos curavi.

§. 4. Quae ipsa feliciter operantur, si externis simul adjuvantur. Paretur itaque hoc balneum. ℞. Corticum & florum granatorum, gallarum. baccarum myrri, hypocyttidis, acaciae, ana manipulum. Spodii drach. tres. Rosarum rubrarum, sem. coriandri praeparati, ana manip. semis. Capitis mortui ex vi-

rioli lib. semis. Coque in s. q. aquæ chalybeatæ ad consumptionem tertiæ. In hoc se balneet mane & vesperi.

§. 5. Unde exiens unguatur hepat & renes hoc unguento. *℞.* Olei myrtini, cydoneorum, rosarum, ana unciam. Pulv. fantali rubri & albi ana drachmam. Succu sempervivi majoris & plantaginis ana semunciam. Ceræ q. s. Misce.

Ischuria.

CAP. CXCVIII.

Ischuria his contraria est, ut qua prorsus urina supprimitur, nec huius quicquam exit. Causam Galenus plerumque refundit in obtusum vesicæ sensum, ob quem illa se impleri non sentit, nec idcirco ad excretionem irritatur. At certè urina quandiu patientem liberamque viam habet (ut in iis qui ob calculum sediti sunt) nullo propellente aut excernente prolabitur, & suo pte impetu foras excidit. Una igitur suppressa urina causa est adstrictio vel obstructio. Hacque vel ureterum amborum capita vel vesicæ cervicem oplet. Urinum autem eorum in causa sit, certis notis persigandum. Si alicuius duntaxat ureteris via obstructa est, haudquaquam supprimitur urina, per alterum enim perlabitur. At quum uterque obstruitur aut coarctatur, suppressio fit, hinc conspicua, quod laborans renis utriusque dolori fuit opportunus, tumborum summa gravitas est, ac interdum vehemens utrinque dolor excruciat: nulla aut minima meiendi cupiditas urget in pube nec dolor nec tumor ne premendo quidem percipitur: vesicæ inanis est & vacua, ut ne immisso cathetere urina quicquam emanet. Quum vero obstructa vesicæ cervix urinam cohibet, assiduè meiendi desiderium premit, summusque sed irritus conatus est: pubes collecta urina copia distenditur ac dolet:

dolet: atque si catheter in vesicam inferiatur, copiosior urina impetu profluit levamentoque est. Obstructio circa ureterum capita serè fit à calculis grandiusculis, qui pariter illis impacti sunt raro vel ab humore crasso vel à sanguinis grumo: rarius ab inflammatione vel à pure. In vesicæ cervice plerumque fit, vel ab inserto & harente calculo, vel à tuberculo carnosò aut calloso, cujusmodi ex virulenta gonorrhœa succrescit: rarius à crasso humore, aut à pure, aut à sanguinis grumo. Hac enim non diu subsistunt in via, sed facile urina cursu ac impetu foras impelluntur. Cuiusdam annum agenti trigessimum obstructa vesicæ cervice, urina affatim tanquam emictione ex umbilico in multos menses profluxit: idque citra tumorem, citra ullam aquæ in abdomine collectionem & citra valetudinis offensam. Quum hinc multi admiratione tenerentur, audirem verò recens in lucem edito malè vinctum umbilicum nunquam coaluisse, ex hincque senaper nonnihil stillasse, censui nondum inaruisse vrachum, & nunc illi perinde atque dum utero gestaretur urinam è vesicæ in umbilicum restuere. [Fetnelius.

§. 1. Ischuriam curaturus diuretica ne exhibeat, sed, alvo vel libera vel liberata clystere emolliente, ineipiat ab *infessione* ex althæa, malva, meliloto, parietaria, similibus; & *fomentatione* per decoctum parietariæ, vel gallii vel, quod prætat, ceparum in vino, applicanda & pubi & perinæo. Hoc enim modo optime suppressio urinæ solvitur.

§. 2. Quibus si nihil profeceris, simul dentur nucleï persicorum quatuor aut quinque pulverati in aqua radicis urticæ vel raphani: aut sal radicis lupinorum à semisrupulo ad integrum in vino albo: aut succus unius cancri fluviatilil contusi & per setaceum

missi cum vino itidem albo : aut succi è limonibus unc. duas & sacchari canti uncias quatuor cum aqua pariataria & fœniculi ana q. s. Hæc enim urinas potenter cœnt.

§. 3. Rebus desperatis calide bibenda detur. *Urina hirci*. & simul omentum cum intestinis ventri imponatur. Hæc enim subito urinam retentam propellunt, & calculum, si ab eo est obstructio, simul foras exigit.

Stranguria.

CAP. CXCIX.

Stranguriam, id est urinae stillicidium nuncupant, quum urina stillatim guttatimque redditur: id aliis quodam conatu, sed dolore nullo, alias vehementi dolore, & irritatione fit. Quæ nullo fit dolore, eandem causam atque ischuriam obtinet, sed sanè leviores, quod fit diminuta quadam ischuria. Quæ cum dolore acritum ischuria cum dysuria permixtas causas habet. Quod enim guttatim stillat, ischuria: quod vero ardeat ac stimulet, dysuria rationem sumit. [Fernelius.

§. 1. Stranguriæ remedio est *axungia hirci* aut *oleum mastiches* si alterutrius aliquot guttæ in umbilicum calide immittantur.

§. 2. Præsertim si simul *sal glandium* aut *stipitum fabarum* & *melonum* ad femisrupulum, aut *oleum ceræ* guttis tribus quatuorve, in decocto cicero rubrorum detur.

§. 3. *Opiata* heic nequitquam conveniunt.

Ardor urinae.

CAP. CC.

Dysuria penis & vesicae ut dysenteria intestinorum
difficultas

difficultas est: urina quippe magno cruciatu atque dolore interdum affatim interdum guttatim redditur. Causa vel in urina consistit vel in vesicae cervice. In urina quod acrior evaserit, idque aut victu calidior aut bilis permissione aut acrimonia puris ex rupto abscessu manantis. In vesicae cervice vel exulceratio vel inflammatio est, quam transiens urina acrius fecit. Cause his signis internoscuntur, quæ supra unicuique affectui sunt ascripta. [Fernelius.

§. 1. Ad dori *urinae* primum incipienti, quoniam fit à sola bile statim occurrendum. Abstine ægrum ab omnibus aridis & acerbis ac diureticis. *Purga* vero extracto rhabarbari, aut panchymagogo, aut quo alio cholagogo.

§. 2. Interim ex feminum althææ, malvæ, & cydoncorum, ana uncia, cum gummi tragacanthæ drachma, in decocto radicis althææ & feminis papaveris albi ac haliacabi maceratis, extrahe s. a. mucaginem, atque ejus dimidium cum ejusdem decocti uncis tribus exhibe statim corpore purgato.

§. 3. Deinde pulpæ cassiæ recens extractæ drachmis sex adde rob è baccis oxyacanthæ & diaprurnum simplicis ana drach. duas, & sacchari q. s. Sumat duas dosibus.

§. 4. Post meridiem bibat emulsionem quatuor feminum frigidorum cum aqua oxalidis aut nymphae factam.

§. 5. Sequenti autem mane deglutiat in oblata terebinthinæ sesquidrachmam. A meridie iterum bibat emulsionem. Postridie purgetur *bolo* ex cassiæ recens extractæ drach. sex, & terebinthinæ in aqua pariataria drach. duabus, & sacchari q. s. Cui addi aliquid aut rhabarbari pulverati, aut pulveris diaturbicæ cum rheo potest si opus.

§. 6. Deinde per duodecim dies jejunis & tribus horis à prandio bibat hoc *julapium* ℞. Aquæ portulacæ, oxalidis, nymphææ, ana unc. quatuor cichorii unc. quinque. Sir. violarum unc. duas & semis. Spiritus vitrioli semiscrupulum. Vel ejus loco sumat in aqua fontis quinque guttas spir. vitr.

§. 7. Postea iterum purgetur crassa & terebinthina. Si tamen diuturnum malum est, oportet subinde purgare tali *potione*. Passularum ab arillis purgatarum semunciam coque in aquarum acetosæ, cichorii & salviæ ana q. s. Huic decocto infunde per noctem. Myrobalanorum citrinatum drach. duas. Expresso deinde liquori adde rhabarbari pulverati selquidrachmam, & sirupi rosati solutivi unciam.

§. 8. Interna alvus nisi sponte respondet, solvatur *clystere* ex decocti emollientis ac refrigerantis unciis octo, cum olei violacæi tribus, & electuarii diacatholi uncia. Minime enim concedi debet, ut alvus sit adstricta.

§. 9. Hepar, si immodicum calet, convenienti vel epithemate. sacculo, unguento corrigatur, vel hoc *decoctio*. ℞. Rafuræ guajaci unc. duas. In aquæ commnis q. s. infunde & coque s. a. ad unc. sex. Colaturæ adde trochiscorum alkekengi, subtilissime pulveratorum semidrachmam. Sumat tribus matutinis: post meridiem vero spiritum vitrioli, ut dictum.

§. 10. Si vesicæ dolor urget, per catheterem infunde aut lac tepidum aut mucaginem è semine psyllii cum aqua portulacæ & plantaginis ana unc. duas factam.

§. 11. Simul vero virilia immitte in vas lacte tepido plenum. Ardor enim & dolor sic egregie mitigantur: ut &, si applicetur *cataplasma* ex althæa, malva

malva, meliloto, parietaria cum oleo scorpionum, simulque petinæum & venter inferior inungantur oleo nymphææ & rosatum.

§. 12. Potest & spir. terebinthinæ, sed rarius offerri, ne caliditate sua noceat. Tutius dabis pilulas ex rhabarbaro cum spir. terebinthinæ q. s. ad selquidrachmam pro dosi.

Mictio cruenta.

CAP. CCI.

Mictio cruenta est quæ sanguine perfunditur. Purisyncerique sanguinis eruptio ex interiore penis meatu, mictio haudquaquam appelletur; quod sine urina nulloque voluntatis arbitrio, ex aperta, rupta vel exesa vena fiat. Quum autem sanguis urina permiscetur, si copiosus est, vel à renibus exordii vel à sphinctere cervicis musculo: nam neque ab uretere neque à vesicæ corpore multus emanare potest. Qui à renibus defluit, urina toti exquisitè permiscetur, ut ea quasi dilutus & tenuis quidam sit sanguis: hic verò mox subsidet rubicundus, liquidus ac minime concretus. Hujus causa si neque casus neque ictus fuit, debet omnino ad calculum referri, qui per corporis laborem præsertim per exercitationem validam, renem ejusque venas obiterens, sanguinem profundit. Sola sanguinis emictio sæperenis calculum patrefecit, qui aliis nullis indicibus se prodebat, ut ne subesse quidem putaretur. Sic diu potest multa emictio cruenta prodire, sine manifesta virium jactura. Quæcumque hujus alia causa tradi solent, ut renum imbecillitas, simplex eorum apertio, jecoris infirmitas, plethora, mensium aut hemorrhoidum suppressio, raræ adeo hæc & insolentes obtingunt vix ut unquam sola cruentam mictionem proculerint. Qui porro sanguis à sphinctere musculo in vesicæ capacitatem instillatus mictionem

cruentam reddit, urinam non æquabiliter perfundit, ac subsidens in imo concrefcit in grumos: eius quoque portio aut grumus interdum circa urinam excidit: dolor plerumque mejendo premit, ac veluti penis radicem adurit, aliaque vel ulceris vel ruptæ vena signa comitantur.

Mictio purulenta interdum è renibus interdum è penis ductu prodit. Illa pus habet accuratè permixtum, aut si quid fortè crassius seorsum est, id sub finem emanat. Hæc verò primo loco pus syncerum ejaculatur, quod vel à penis cervice, vel à parastatis exulceratis, vel à vasis spermaticis exierat: ab hoc dein purior urina subsequitur.

Mictio subnigra ac turbida sine dolore, si neque ab àltero neque à crisi prodit, ab evulso calculo est, qui postea non sine molestia exturbabitur è rene. Mucosa vel ab ulcere quodam vel à calculo vesicæ fit. Pilis aut capillamentis conspersa: vel à lenta pituita, qua in uræteribus, vel à seminis excremento, quod in vasis spermaticis longitudinem hanc adipiscitur. At verò sum hæc tum alia quæcumque urinas possunt immutare, susus explicantur in iis quæ de urina contentis sunt tradita. [Fernelius.

S. 1. Mictionem *cruentam* à ruptis & exelis in renibus vel vesica venis curant, quæcumque hæmorrhagijs internis destinata sunt, de quibus satis ante dictum.

S. 2. *Specificum* est, præsertim si à calculo est, arcanum agrimonix & quinquefolij pondere granorum quatuor ad decem.

S. 3. Vnice vero prodest *inctura corallorum*, ut & *smaragdi*. Certe illa curati sunt, quibus jam inveteraverat inalum.

S. 4. Quod si simul exulceratio adest, addere istis oportet,

oportet, quæ ei convenire docuimus cap. 189. Inter quæ sunt vel inprimis *tabula* Platero in istis casibus laudatæ.

§. 5. Interdum etiam *chirurgia* quid opis confert. Verum illam sic moderari oportet, ut ne plus oblit, quam proficit.

Pilorum mictio.

CAP. CCII.

§. 1. *Pilos mejenti* da spiritus terebinthinæ recens facti guttas à quatuor ad octo in aqua vel sirupo althææ, & quidem sæpius, sanabit enim.

GENITALIVM AFFECTVS.

Gonorrhœa,

CAP. CCIII.

Gonorrhœa, est invia & nimia seminis profusio circa venerem, circa libidinis insonnia, circa colis tenuitatem, levi quodam aut nullo oblectationis sensu tuillatave facta. Sed & gonorrhœa species quædam est, quæ occasione minima semen emittitur, ut in eo qui sola clysteris perfusione semen ejaculati consuevit. Sed & quendam vidi qui longa gonorrhœa consuetudine, per insonnia atque etiam cogitatione sola purum sanguinem, non minori voluptate quàm semen effunderet. Malum quidem est gonorrhœa mulierib. perinde atque viris commune. Est autem in hac semen crudum, aquosum, liquidum, ac tenue, nec prorsus album. Effluvijs causa est spermaticarum parium infirmitas, qua vel non concoqui vel non reineri semen potest tantisper dum coquatur atque crassetat. Quamobrem frequens iis esse solet, qui impuberes necdum matura ætate veneri peculantius sese addixerunt. Nam imbecilla paries evadunt, in quas longa consuetudine humores abundantius confluunt.

Quum per infomnia libidinis, aut in attenta rei venereæ cogitatione semen affaïm procidit, non in vera gonorrhœa, crudum id & aquosum ac sine sensu, sed magna vique voluptate erit, sed in mulieribus cum parium obscœnarum odaxismo quodam, prurium atque irritatione. Effluentis hujus causa est seminis vel exuperantia, vel calor & acrimonia naturam pro vitans, vel ingens spermaticarum parium robur hoc argumento quod voluptate jucunda id semper emanat.

In vasis hoc seculo id humanum genus ex lue venerea quoddam vitium gonorrhœæ finitimum, quod idcirco & sedam virulentamque gonorrhœam appellamus, Principio virus album aut subcitrinum è vasis spermaticis sine sensu excidit vigilanti pariter atque dormienti. Ejus causa est spermaticorum vasorum atque testium imbecillitas, non illa quidem simplex, sed ex venenata lue contracta: hæc enim efficit ut quicquid in his vasis colligitur, in totum sedamque virus faceat: quod dein contagione alium quem vis contaminat. Tempore virus hoc putret & acrimoniam asciscit, ductum penis in transitu exedit & exulcerat. Factum vero jam ulcus esse ostendit dolor exoritur, qui & in turgentia quasi funem peni subten dit, & in emictione tanquam in dysuria acrius stimulat, ut idcirco multi in calculo vesicæ suspicionem venerint. Sed hæc propriis affectuum signis haud difficile sit internoscere. Tam alie interdum excavatur ulcus, ut foras emergat in penis summam cutem. Hoc virulento fluore præter rationem si oppresso, intus plerumque colligitur abscessus, alias quidem circa testiculum in epididymide, alias in perineo, qui rupta aperitave ante materiam fundit. [Fernelius.

§. 1. Gonorrhœa quædam benigna, alia maligna est.

est. Benignæ medetur pulvis, qui ℥. Fol. menthæ, mumix, corallorum rubrorum, sem. agni casti, succini, ana drachmam. Ex hoc æger aliquid jejunos accipiat cum ovo tremulo.

§. 2. Potentius est, quod ℥. Ossis sepix drach. duas. Sumatur conservæ rosarum scrupulum, bis vel ter.

§. 3. Præcellit magisterium sepix, si à granis sex ad semis scrupulum sumitur cum coelestia rosarum veteri.

§. 4. Mirabiliter etiam tinctura corallorum juvat.

§. 5. Tam vero inveteratam quam recentem sistit emimonium album fixum, si aliquoties cum aqua plantaginis sumitur.

§. 6. Maligna vero gonorrhœa sæpe quidem, non semper tamen virulenta est. Hoc casu itaque, ubi infectionis nulla signa sunt, alexipharmacum petendum est ex gummi guajaci. Hujus enim extractum cum spir. vini tartarificato factum & ad tria quatuorve grana in aqua plantaginis, nymphæ, equiseti, sæpius exhibitum juvat, Vide Practicos.

§. 7. Interdum in hac, ut & virulenta gonorrhœa, testes cum maximo tumore inflammantur. Remedium præsentissimum est cataplasma ex foliis rutæ & ebulli in aceto coctis.

Virilitas exiuncta,

CAP. CCIV.

Iam vero præcipua parium obscœnarum symptomata sunt rei venereæ impotentia atque gonorrhœa. Imponentia ea sit, aut quia exiuncta virilitate semeritus non gignitur, aut quia emitti non potest. Extinguitur virilitas ex senio ex morbo, ex causis omnibus quæ in suum spiritum roburque dissolvunt, ex incanta-

mentorum (neque enim fabula est) maleficiis, & ex medicamentis quæ geniale semen aut proprietate aut qualitate manifesta perimunt. Non emittunt verò semen in magna vasorum obstructione atque in partium obscœnarum paralyſi. Poſteriores tamen ſi res venericæ lividine jaſtantur. hanc tamen membrorum ignavia non exercent, priores verò nec ruunt in venerem, nec ejus deſiderio pulſantur. [Fernelius.

§. 1. Virilitatem extinctam reſtituit *effentia ſaryrii* apud Crollium. Certe hujus mirabiles virtutes iſt deprædicant, qui aliquando uſi fuerunt.

§. 2. *Tabula viriles* Paracelli. ℞. Caſtorei, galangæ, macis, caryophyllorum, anifi, piperis longi boracis veneti ana drach. duas. Fol. ſaturciæ, rad. ſaryrii & valerianæ, ana drachmam. Boleti cervini ſeſquidrachmam. Carnis ſcincorum marinorum, rad. ari, cardamomi ana ſemidrachmam. Pulvera & cum ſaccharo aqua roſiſmarini ſoluto forma in tabulas. Doſis à drachmis tribus ad ſex. Fortius operatur, ſi aliquoties in laconico umbilico & partes vicinæ inungantur oleo macis diſtillato. Mirabile enim hoc confortativum eſt.

§. 3. *Effentia ambrae* cum ſpir. roſar. extracta & pilularum forma exhibita. Hoc vero in ſenibus præcipue operatur. Doſis, grana tria ad ſex.

§. 4. *Mixtura virilis.* ℞. Confectionis alkermes ſemunciam. Ambrae grifeæ drach. duas. Zibethi non adulterati drachmam. Aquæ magnanimitatis ſetup. duos. Miſce & reconde diligenter, ne evaporet. Hujus exhibe à ſemiſcrupulo ad integrum, alternis veſperis cum aqua cinamomi.

§. 5. Pudenda utriuſque ſexus ſimplici decoctio *aquilegæ* diligenter laventur, & mox dente demortui pulverato ſuper carbones ſuffiantur. Singulare hoc

hoc in impotentia per incantationem facta. Vide etiam infra de ſterilitate, & de impotentia.

Caruncula penis.

CAP. CCV.

§. 1. Caruncula penis quemadmodum curanda ſit, præ aliis docet Paræus, quem adi.

§. 2. Mihi laudabilis eſt hic *pulvis.* ℞. Mercurii dulcis ſemunciam. Antimonii crudi unciam. Tutia preparatae drach. duas. F. pulvis ſubtiliſſimus & miſce cum oleo amygdalino dulci, ut fiat inſtar unguenti. Hoc deinde illine candelas tenuiſſimas ex cera virginea facta & linteo cameraceniſi involutas. Ex his una in urethram immittatur, quumque mejendum eſt patienti, eximatur &, urina reddita, remittatur eolia. Hoc fac quatrimum.

§. 3. Caruncula conſumpta quod reliquum, extergat & conſolidabit hæc *injection.* ℞. Serilaſtis caprini unc. ſex. Aquæ plantaginis, & roſarum ana unc. tres. Ceruſſæ drach. ſex. Spodiæ & marmoris candidiſſimi ac ſubtiliſſime pulverati, cryſtalli, aluminis rocha ana ſemidrach. Camphoræ ſemiſcrupulum. Pulverentur & ebulliant in ſero lactis, & ſerventur ad uſum.

Tumor ſcroti.

CAP. CCVI.

Scrotum & qui in eo ſunt teſtes tum inflammatione labefactantur tum tumore duro ſcirrhoſoque tum omnibus herniæ generibus. Inflammationem accendit tenuis ſeruiduſque ſanguis præter naturam in ſcroto & teſtes profluens. Scrotum in tumorem diſtenditur, durities ineſt, rubor atque calor, dolor lancinans, qui leviter contactu exacuiſtur, febris plerumque coeſnes.

Quod si inflammatio testem solum occupet, hæc in profundo demersa sunt, tactu melius quam visu comprehensa: sin verò in scrotum effunditur, omnia foris extant oculis obvia.

Male curata inflammatio illic sæpe prædurum tumorem ex calore præproperè extincto relinquit. Tum robur, calor & dolor absunt, durities una persistit, cuius nonnihil plerumque immedicabile permanet. [Fernelius.

§. 1. Tumores scroti eadem discutiant & feliciter curant, modo omnia tempestive fiant.

§. 2. Alvus sit perpetuo libera. Diæta autem tenuis, refrigerans, humectans, & sine vino.

§. 3. Tumorem post male curatam inflammationem inveteratum & prædurum sæpe curavi cataplasmate radicis lactucæ ex mulso coctæ. Cui interdum adjei fatinam hordei, fœnugræci & lini: sæpe etiam cepas frustulatim concisas. Sic curavi Timplerum philosophum.

§. 4. Post hoc cataplasma, sæpius iteratum, deinde locum affectum inunxi balsamo sulphuris, simul & emplastro diasulphuris circummunivi. Eaque cura continuavi, donec totus tumor evanisset.

Priapismus.

CAP. CCVII.

Priapismus est colis arrectio & incrementum præter naturam permanens circa libidinis stimulum. Hic interdum cum inflammatione, interdum circa hanc existit, quum inflatus coles quodam tetano distenditur. Causa est stauulentus spiritus pudendi arterialis fistulosusque nervum affatum implens, Is autem vel ex crasso viscosoque humore caloris inopia suscitatur, vel ex genitalis seminis ubertate atque redundantia. Hoc mali genus insolens admodum est, quo tamen

narrant

narrant jugulatum quendam biduo ab excessu è vita intenum rigidumque exhibuisse penem. [Fernelius.

§. 1. Priapilino remedium prælentissimum est oleum ruta distillatum, si & inungitur parti, præsertim circa radicem, & aliquot guttis assumitur.

Penis Ulcus.

CAP. CCVIII.

In penis ductu ab eisdem causis levis quoque fit exulceratio abrasa interiore tunicula. In hac quacun- que modo dixi etiam cum turbida urinamant, at- tamen non ut in illis sub emictionis finem, verum vel ipso initio, vel etiam sponte circa urina cursum. Inter mejudum urina acrem in pene dolorem parit præser- tum quum fluere vel incipit vel desinit: quemadmo- dum in vesica exulceratione (cui acris urina sem- per incumbit) perpetuus ac indefinens est dolor. Fiant & in urina ductu exulcerationes sordida at- que cave illis multo deteriores, cujusmodi hoc seculo frequentes protulit venerea lues, de quibus postea. [Fernelius.

§. 1. Penis ulcus exterget spiritus mercurij dulcis, per syringam sæpius injectus, vide Paræum & Hilda- num.

§. 2. Consolidat deinde oleum Stercoris gallina. Ejus stercoris, quod luteum est, q. v. in butyro recente vel oleo olivarum assato, & assatum in frigi- dam injicito. Sordidus sidentibus supernat liquor instar olei. Hunc per siphunculum in urethram im- mitte.

Inflammatio pudendi.

CAP. CCIX.

§. 1. Inflammationem scroti & testium eadem tol- lunt, quæ aliis inflammationibus inserviunt.

§. 2. Præter *cataplasma* laudatum nobis capite 203. 7. egregie heic facit, quod fit vel ex agrimonia, vel ex radice cucumeris asinini in vino & aceto coctis, vel ex herba patidis virente & tantum contusa.

§. 3. Vel \mathcal{H} . Nymphææ & nasturtij aquatici ana manip. duos. Coque in aceto rosaceo cum vino: sub finem adde aliquid olei rosacci, & applica tepidiuscule.

Hernie.

CAP. CCX.

Hernia seu ramex alias in inguine prominere, *Bubonocoele* appellatur, mulierum atque virorum communis, alias in scroto, que virorum duntaxat est. Fium autem quum quippiam in alteruram sedem illapsum, tumorem parit. Illapsus causa est peritonæi (quod omnia sub abdomine coercere solet) rupio aut dilatio. Quum sola est rupio interioris membrana (duplex quippe est peritoneum) tumor in inguine solo existit: quum vero huic etiam dilatatio accedit ejus membrana, qua in scrotum devolvitur, hoc pariter distenditur. Illabuntur autem varia, ex quibus ramicum differentia statui solent. Ab intestino, enterocoele est: ab omento, epiplocele: ab aqua, hydrocele: ab adnata carne, sarcocoele. In enterocoele & epiplocele permanens tumor non est: nam resupino & intestina & omentum vel sponte vel blando digitorum impulsu remanent: illa quidem rugitu & flatulento murmure, hoc vero egregius & nullo sono, nullo rugitu. Hydroceles atque etiam sarcocoeles tumor perpetuus est, nec impulsus in abdominis capacitatem cedit. Hoc autem discriminis intercedit, quod hydroceles tumor mollior est, pulsatus resonat, pondere levis & opposito lumine perspicuus. Sarcocoeles

celes tumor durus, gravis & obscurus, qui longiori tempore pedetentim increvit. Ut autem viris in scrotum, ita & interdum mulieribus tum intestinorum tum omenti aut aquarum prolapsus fit in pudentia, è quibus illa videntur tanquam è sacco propendere, Sed & umbilici rupio ramicis genus censei potest, quo saepe videtur is mirum in modum prominere, intestinis sub cutem prorumpentibus. Neque præter institutum fit eum virum producere, cui ex accepto ventris vulnere præcisum tenue intestinum prodit, è quo alvi excrementum nondum solidum aut coharens continenter emanat annos jam quindecim, ea via intercepta que in anum ducebat. Ab his jam mulieri peculiæ morbos exequar. [Fernelius.

§. 1. *Herniæ species* potiores sunt bubonocoele, enterocoele & epiplocele. Quibus curandis unice valet balsamus salis gemmæ. Salis gemmæ libras duas, posteaquam fluxerint in tigillo, solve, aqua pluvia destillata, filtra, coagula. Solve & coagula iterum ac totiens, donec sal ad summam puritatem pervenerit. Pervenit autem, si ejus particula candelæ admoda statim liquefcit. Tum ierva in vitro bene clauso.

§. 2. Repositis ergo, si opus, in locum intestinis vel omento, ruptura bis quotidie foveatur vel aceto distillato accerrimo, vel spiritu vini, ac statim inungatur arcano salis gemmæ, ægrumque jube primis octo diebus in lecto & supinum jacere. Deinde convenienti ligatura adhibita quiescat in sede. Sic enim intra tres summum septimanas convalescit.

§. 3. Sed oportet simul jejuno dare cochlear essentia consolidæ majoris cum balsami salis gemmæ guttis duabus.

§. 4. Si vero intestinum, quod excidit, reponi commode nequit, emollire loca primum infessione aliqua aut fomento emolliente oportet, & tum redigere in locum suum, posteaque tribus aut quatuor diebus continuis *calpa*, *Majo captæ*, *cor* integrum siccatum ac pulveratum dare cum aqua cinamomi. Ex hoc enim felicem videbis eventum.

§. 5. *Aliud*. Reperiuntur in antiquis juglandibus *fungi*, habentes signaturam rupturæ. Hos, ut durare multos annos queant. Septembri collige, & quod molle habent, pulveratum misce cum pari portione butyri majalis insulsi & diuidia farinæ lupinorum, ut fiat unguentum.

§. 6. Est & *pinguedo erinacei* excellenter efficax in hoc negotio, si jam rupturæ occalluit. Quod si vel hæc vel quid præcedentium deficit, adhiberi *balsamus sulphuris* potest.

§. 7. Quorum aliquo usus, repone prius, quod excidit. Rupturæ deinde imponatur porcini omentum vestientis membranulæ, quantum præcisè satis tegendo margini calloso. Huic deinde inungatur unguentum pondere trium pisorum, & repetatur unctio hæc quotidie. Tum impone pulvillum, & cum parti affirma decenti ligatura.

§. 8. Ut autem felicius istam curam promoveas, quotidie vel alternis diebus mané propina farinæ viciorum cochlear semis cum aqua fumariæ. Sic enim cura citius absolvetur. Interim patiens ambulet, & faciat, quicquid velit, modo exercitia absint ab omni violentia.

Exomphalos.

§. 9. *Exomphalos* in pueris sæpius, in adultis rarius evenit. Facile curatur, si primum locus *foveatur* cum

cum decocto usneæ & prunellæ in vino styptico rubro, ac postea *cataplasma* ex plantagine & lentibus, seu potius earum farina, aliquoties applicetur.

§. 10. In adultis, si vetus est rupturæ, si post fomentationes, *unguentum* ex fungis nucum cum decenti ligatura adhibeatur, & simul *essentia* consolidæ majoris cum *arcano* salis gemmæ quotidie assumatur, brevi & perfecte sanatur.

VTERI AFFECTVS.

Inflammatio.

CAP. CCXI.

Vterum morbi varij obsident: phlegmone abscessus, vitæ cancer, scirrhus, mola, inflatio, hydros, calculus: & in cervice rhagades, condylomata, hæmorrhoides. Phlegmone fit tenui seruidoque sanguine è vena cava per tenues venas, non vteri capacitatem, sed in illius substantiam effuso: qui collectus accensus ac putrescens phlegmonem parit. Malum certe in cervice quam in vtero frequentius. Quum totius vterus inflammatione obsidetur, dolor acer ac pulsans excruciat: atque si inflammatio in priorem partem magis devertit, in pubem quoque dolor inclinatur, & urine difficultas est: sin vero in posteriorem partem, dolor lumbos infestat, & alvum supprimit. Pubi imi ventris, lumborumque ardor, tumor, distentio atque gravitas inest: febrisque comos assidua cum symptomatum syndrome: immisso in cervicem digito quacunq; pars vteri prematur, vehementer dolet.
[Fernelius.]

§. 1. Inflammationem *vteri* propria facultate sistit decoctum serpylli ex aqua chalybeata cum spongiis pro foru applicatum.

§. 2. Potest & aliis adversus inflammationes externas facientibus tolli, modo tempestive omnia

fiant. Secus enim & ex facili in abscessum & ulcus definit.

Abscessus & ulcus.
CAP. CCXII.

Puri sanguine in pus transeunte abscessus fit. Ac tum commemorata signa invalescunt, febrium horrores saepe adoriuntur nulloque ordine: omnia tamen confecto jam pure mitescunt. Rursum vero quum pus acre & exedens eruptionis viam parat, acriores dolores, febres vehementiores, aliaque graviora symptomata.

Rupio expurgatoque abscessu ulcus manet idque sordidum. Pus autem ex uteri corpore, vel in illius capacitatem incidit, unde syncerum profluere deprehenditur: vel extra in abdominis capacitatem penetrans, inter intestina haeret ac subsistit, ut inimum ventrem copia distendat prematque pondere. Ruptus in cervice abscessus tactu quidem deprehenditur, atque is interdum in solam cervicem pus effundit, tandemque foras emittit: interdum in vesicam, tumque urina per uteri cervicem assiduo fluit, hacque exre saepe vidimus naturalem mictionem prorsus abolitam: interdum in directum intestinum penetrat abscessus, tumque facis nonnihil ex uteri cervice profluit.

Levior interdum exulceratio utero ejusve cervici inuritur, qua interiorum pelliculam corradi aut excavat modice. Fit autem a partu difficili, quo aut grandior fetus editur, aut etiam adversus aut corruptus vi misere extrahitur. Fit & a violento effrenique concubitu, atque a diuturno fluore acri & erodente. Ab omni exulceratione dolor subest acer, pungens & exedens, sanies & colluvies emanat, eaque copia substantia & colore varia, nonnunquam foetida, nonnunquam

nunquam odoris expers, quamque a simplici fluore vix discernas. Propria autem exulcerationis cognitio ex causis antecedentibus atque ex sensu doloris capiunt, qui vel immisso digito vel acri injectione, qualis ex vino aut ex hydromelite est, refrigeratur.

Uteri maligna ulcera, quod locus excrementis putredinique pateat, saepe vel in nomas, id est depascencia efferataque ulcera, vel in carcinomata degenerant. Noma inaequales conspiciuntur, exedentes, indiesque magis ac magis depascentes, ceteris ulceribus foetidiores, sordidiores acerbioresque. Neque a solis evidentibus causis, sed & ab acri exedenteque humore infixi originem habent, Carcinoma humor efficit aribilarius, qui collectus vi caloris efferatur & excandescit. Hoc si nondum exulceratum est, moles pondere gravis percipitur, tumorque durus colore sublivido. Ab inflammatione hinc sejungitur, quod diuturnus sit, dolorque minus lancinans, & febris non perinde ardens. A scirrbo quod calore doloreque fatiget. Exulceratum vero carcinoma ut nomis malignius est, ita praeter ceteras notas labra habet praeumida ac dura atque exconcreta illuvie, sordida & livida: sanie quoque id manat graveolente, tenui & nigra vel etiam fulva. [Fernelius.]

§. 1. Abscessus uteri non aliis curatur, quam convenire haecenus ostendimus in aliarum partium abscessibus.

§. 2. Ulceris autem curandi rationem optimam habet Rulandus Curat. cent. iv. 100. Quam & ego feliciter adhibui in quadam muliere Kirchamensi, cui tamen etiam vesica erat affecta.

§. 3. Extergatur primo ulcus aqua Rulandae laudata, tum immittatur consolandi causa,

peffi balsamo sulphuris oblixi.

§. 4. De spiritu mercurij dulcis, cujus jam usum totiens laudavimus, heic cogitare noli: quia ejus ad uterum effectus non pertinet.

Noma.

CAP. CCIII.

§. 1. Noma uteri nihil convenientius decocto summitatum rubi idæi ex aqua plantaginis. vide Plateri observationes. Cui si balsamum sulphuris addideris, cura felicior erit.

Scirrhus.

CAP. CCXIV.

Scirrhus autem interdum totus uterus, interdum pars quedam obdurecit. Cum durus ipse tumor tactui renititur, nullus aut obscurus dolor adest, stantibus grave pondus (quod in aliis etiam tumoribus obtingit) quasi prolapsurum incumbit in pudenda: sedentibus vero aut decumbentibus sua gravitate relictum intestinum premit: incessus difficilis, crurum totiusque corporis segnitias. Fit autem ex humore crasso ac terreno per vieri substantiam effuso, illicque concrecente: aut ex inflammatione qua neque dissoluta est neque in abscessum conversa. [Fernelius.

§. 1. Scirrhus uteri rarissimus est. Sed & quom evenit, difficillime aut nunquam curatur: quoniam resolutio neque tuto applicari possunt, neque si possent, totum uterum attingunt. Possunt quidem nonnulla tentari, sed quo profectu, tandem res ipsa loquitur.

Mola & fetus mortuus.

CAP. CCXV.

Mola tumor est carnosus, non in substantia, sed in vieri capacitate genitus. Rudimentum interdum cujusdam

cujusdam formæ obinet: sæpe moles est informis cute vel membranis obducta, inius caro mollis & confusa, venis respersa compluribus, sine ossibus, sine intestinis, sine visceribus. Alimentum ea per venas prolucit, nutriturque plantarum more & incrementum sumit, ut interdum ventrem quasi octimestris fetus distendat. Hæret nonnunquam acetabulis firmissime, ut hanc aliquæ quatuor quinquæve annos, interdum & totam vitam viro gestarint. At plerumque leuius adhaerescens, tertio quartove mense excidit, nondum ad iustam magnitudinem perducta.

Ad hanc proximè accedunt irriti & inutiles conceptus, quorum frequens est euentus. Multi simul interdum gestantur pariunturque, & interdum cum legitimo fetu eduntur. Mola causa efficiens non est solus sanguis menstruus, neque hanc (ut ova quæ appellantur subuentanea) efficere potest solum muliebri semen, quom nusquam visa sit mulier molam sine mare concepisse: sed mola causa est viri semen, idque aut corruptum aut quouis modo inualidum, quod alimentum quidem irabere, nihil vero conformare potest. In mola quemadmodum in conceptu menses sistuntur, mammae turgescunt, cibi fastidium inest, venter sensim attollitur, ut idcirco concepti fetus suspicio magna sit. Atque his signis distat a scirrhus. A fetu autem vero atque legitimo, quod hic blandè ac leniter mouet: mola aut gravitate figitur aut impetu quodam pronoluitur in quodcumque laus mulier decumbat. In mola mulier ad incessum grauior euadit, eique quasi pondus propendet ex viro, artus graciles sunt, dolorque ventrem sæpe compungit: quorum nihil adest in viro atque legitimo fetu, præsertim si valetudine integra est mulier. [Fernelius.

§. 1. Molam fetumque mortuum nihil æque cer-

to ac feliciter exigit, quam *pulvis secundina*, de quo cap. VII. 2. Datur, & saepius repetita dosi, non respondet prioribus, ad drachmam ex aqua gentianæ, arthemisiæ, rubiæ tinctorum, radicis urticæ, pulegii, aut vino præsertim malvatico. Verum memineis, semper aliquid aquæ cinamomi addendum esse. Sic multas ego, etiam nobiles fœminas liberavi, ubi multi eruditi Medici desperabant.

Inflatio.

CAP. CCXVI.

Vterus præterea nonnunquam tumet atque distenditur flatuum copia, qui aut editio partu in vacuum capacitatem irrepererunt, aut alia ex causa illic geniti coarctantur. Pectem uniusque Venter inflatur ac dolore concutitur, qui & plerumque ad septum transfuersum & inguina excurrunt: agitatio corpore interdum sonitus obaudiunt, ventræque digitis impulsio tympani sonus editur, ac status è cervice manifestus prorumpit. (Fernelius.)

§. 1. Inflatio *uteri* ex signis à Fernelio propositis optime cognoscitur. Cognitæ vero mirifice prodest hoc experimentum. Nucem moschatam integram, non vitiosam, leca in quadrantes, earumque unam impone prunæ, & fumum femina sedens divaricatis cruribus per infundibulum submittat in vulvam. Sic enim, si non prius vice, certe tertia aut quatta status prorumpere cum sono solet. Hoc modo Bennæ mulierem juvenem curavi, aliis omnia frustra tentantibus.

Hydrops.

CAP. CCXVII.

Tumet & nonnunquam Vterus aquarum copia,
quâ

qui certè hydrops est vterinus. Inflationis signa ad sunt, sed gravitas maior & sonus quasi fluctuantis aquæ. Huius quemadmodum & ascite efficiens causa est icteris aut lienis vitium, aqua tamen ex abdominis capacitate cecam & inusitatum viam sibi parat in vterum. Interdum etiam vena cava solum sanguinis serum eodem instillat. Mulier quædam hoc hydrope correpta, quoties appetebat menstrua purgatio, omnem aquarum colluuiem ex utero per cervicem profundebat pelvæque sex aut octo implebat aqua turgida ferventissima, dum Venter totus subsideret. Mox dein menses insequabantur ex natura prescripto. Collecta proximo mense par colluuiem, statò dein tempore prostuebat. Hac tandem persanata vterum gestavit, peperitque bene vitalem fœtum. (Fernelius.)

§. 1. Hydrops *uteri* difficile cedit his, quæ aquas purgant, nisi quum à jecore aut liene est.

§. 2. Curationis initium vero fieri à *pilulis animalibus* potest, utpote quæ, quod per inferiora dumtaxat purgent, vel inprimis conveniunt; maximeque si à vilceribus est. Post illas vero *pulvis cathecticus* (cap. cxxxi. 5.) detur: sed ita, ut interim diligenter circumspiciatur, num quid præterea requiratur.

§. 3. Quod si est à latente stillicidio seri ex venâ caca, convenit, quod in quibusvis affectibus uterinis summum arcanum est, *viriolum maris*: siquidem cum duplo sacchari mixtum sumatur toto mense & quotquot diebus pondere trium granorum ex aqua melissæ & ante somnum. Vel virioli maris scrupulum & magisterii corallorum sesquiscrupulum misce cum duplo sacchari aqua melissæ soluti, & finge in tabellas. Hoc modo illustrem Comitissam curavi feliciter.

Rhagades, condylomata & hemorrhoides in uteri cervicē, in ejusque pudendo, perinde atque in ano proueniunt. Percipiuntur dolore aut cruoris profusione, maximēque in coitus attritu: atque etiam (nisi foras prodeant) instrumento uterino quod dioptrismum appellant. [Fernelius,

§. 1. Marisca uteri curantur, ut quæ in ano succrescunt. Revisē ergo ad cap. CLXV. 3.

Mensium suppressio.

CAP. CCXIX.

Mensium suppressio in aetate matura citra pragnationem, omnino præter naturam censetur: quemadmodum & eorum purgatio rarior quam menstrua, & parcior quam natura & victus conditio possit. Hinc Symptomata succedunt, nausea, cibi fastidium, lumborum, scapularum, capitis, totiusque corporis grauitas, & dolor quasi tensus lassitudinis: urina crassa, turbida, rubicunda ac plerumque nigricantes: ex quibus tandem graues ac diuturnos morbos fieri commemorat Hippocrates. Evidentes horum effectriceſque cause sunt, cibi potusque parcitas, labor vehemens, sudor multus, sanguinis immoderata vel ex naribus, vel ex hemorrhoidibus, vel e facta vena profusio, vomitio aut alui immodica vacuatio, corporis extenuatio ex quocunque siti morbo contracta. Quinetiam cura ac mœrores & timor horrendus, sæpe menses suppresserunt. Interiores verò causa alia quidem in principibus partibus vel in toto sunt corpore, alia in utero solo. In principibus partibus ut in iecore, in liene, in ventriculo aut in pulmonibus. In his si quæ est frigidior intemperies contracta, aut vehemens obstructio aut scirrhusa durities velut in ictero,

in ca-

in cachexia, in hydropē, in asthmate, in aliisque affectibus, quorum vitio venarum sanguis labefactatur, fieri certe nequit ut menses recte atque ordine ex natura præscripto fluant: quemadmodum neque si crassum viscosorumque alimentorum usu, aut frigida multa potione aut otio diuturno, frigidus, lentus crassusque sanguis euaserit. In utero autem mensium purgationem impediunt, refrigeratio, obstructio tum quæ simplex est tum quæ à tumore fit, ut scirrhus, ab inflammatione: uteri quoque perversio, & quicquid interius os eius obturat, ut concretus sanguis, caro excrescens, adipis copia & adnata pellicula, aut ab ulcere male inducta cicatrix: aut conformationis naturale vitium, ex quo mulierem vidi cui nunquam vel menses, vel aliud quicquam fluxit ab utero, ac nihilominus bene habita prorsusque incolumis annos vixit circiter sexaginta. [Fernelius.

§. 1. Menstrua suppressa multorum malorum causæ sunt, sicuti è contratio, quæ tempestive eunt, à multis morbis præservant. Isti igitur malo cito occurrendum, ne natura desuescat ab excretionē.

§. 2. Curare vero rogatus, prius attendat, an sit necesse curari. Curari enim non debent, quæ menstruationem nunquam habuerunt, aut, si habuerunt, nihil incommodi sentiunt: neque steriles, neque quibus, quod Natura solvat, deficit ob sanguinis per alia loca evacuationes, aut per morbum consumptiones, aut cachexiam. Cura heic, ut Natura sanguinem bonum gignat & habeat, quod superfit.

§. 3. Curari contra debent, quibus à crudis & pravis humoribus pendet. Talibus primum primæ viæ liberentur ab impuritatibus per mercurium dulcem, panchymagogon vegetabile, extractum senæ, mes-

choacana, rhubarbari, sed imprimis ellebori nigri, & per specificum Paracelsi.

§. 4. Purgato satis corpore præscribatur hoc *apozema*. R. Rad. asparagi, fœniculi, petroselini, sarsaparillæ, ana semunciam. Hebr. agrimonix, ceterach, cuscuta, scolopendriæ, ana semimanip. Sem. anisi drach. duas: cotiandri præparati drach. Flor. betonicæ, boraginis, buglossæ, ana pugillum. Passularum minorum unciam. Coque ex aqua pluvia. Colaturæ unius libræ adde situpi è quinque radicibus unc. tres: cichorei cum rheo unc. duas. Mitte pro quatuor dosibus Quorum si non satis prima purgat, secundæ adde pulv. diatrybich cum rheo à semiserupulo ad integrum. Vel, ante decocti haustum, sumat pilularum aurearum cum dactydio grana quatuor. In ultimo haustu sumat oximelitis elleborati majoris unciam. Vel *apozemate* absumto postea purgetur elect. diacarthami, vel extracto panchymagogo cum mercurio dulci, vel quo simili.

§. 5. Vel fiat hic *sirupus mastralis*. R. Fol. senæ sesquunciam. Rad. polypodii semunciam: ellebori nigri, mechoacana, ana drach. duas & semis: calami aromatici semidrachmam: zingiberis scrupulum, Sem. anisi drach. Flor. buglossæ drach. tres. Infunde per noctem in q. s. decocti aperitivi: postidie coque ad unc. sex. Quibus expressis adde sirupi è quinque radicibus, oximelitis elleborati majoris ana sesquunciam: è succo buglossæ unc. duas. Sacchari q. s. M. f. situpus longus pro quatuor dosibus.

§. 6. Triduo sequente da vel cremoris tartari drachmam vel tartari vitriolati semidrachmam in sirupo arthemisiæ & aqua pulegii: simulque lieni *cataplasma* imponatur ex hœdera terrestri in vino cocta, & pe-

& pedes laventur decocto arthemisiæ, origani, serpylli, & asari.

§. 7. Corpore sic præparato deinceps *specificis* uti expedit. Cujusmodi vel imprimis sunt, quæ variis modis ex Marte præparatur: ut *essentia martis*, de qua notis ad Crollium: *malvaricum martiale*, de supra cap. CLXIII. 3: *pulvis cachecticus* cum chalybe præparatus, de quo cap. CLXVI. 5.

§. 8. *Tabula martiales*. Solve aliquid salis apsinthii in aqua pura, eaque irriga limaturam chalybis & reponere in loco frigido. Quotiens chalybs siccatur, iterum & totiens irriga, donec factus sit flavus, & levi attritu vertatur in pulverem. Hujus unciæ adde sacchari aqua buglossæ soluti lib. semis & olei cinamomi aut caryophyllorum aut succini semiserupulum, & forma in tabulâs, pondere duarum drachmarum singulas. Sumat omni mane unam.

§. 9. *Electuarium martiale*. R. Limaturæ chalybis præparatæ aut croci martis semunciam. Nucis mitissicæ conditæ drach. tres. Pulv. aromatici rosati sesquidrachmam: cort. tamarisci drachmam: cinamomi, sabina, ana semidrach. Mellis rosati vel anthosati sesquunciam. Sacchari unc. duas. M. f. a. electuarium. Sumat mane ad magnitudinem juglandis.

§. 10. *Infusum martiale*. Limaturam chalybis cum pari aceti coque in sartagine ferrea, donec acetum sit absumtum. Pulvera & adde caryophyllorum unciam. Affunde vini maluatice libras quatuor. Pone ad solem vel super furno diebus duodeviginti, & singulis diebus bis terve agita. Dosis à semuncia ad duas.

§. 11. *Vinum Martiale*, sive cui juxta cum limatura chalybis simul immacerata sint cinamomum &

sabina ac flores boraginis, buglossæ, violariæ, detur ordinatio potui.

§. 12. *Extractum splenis.* Splenem bovis scinde in tenues laminas, & aliquot diebus macera in spiritu vini cum myrrha essentificato, atque exsicca in aere. Ex pulverato deinde per spiritum vini extrahe essentiam, eique adde olei angelicæ aliquot guttas. Dosis est scrupulus, in aqua appropriata.

§. 13. *Aqua allii, ut & sabina.* Utraque vel perse ad cochlear datur, vel ut alterius menagogi vehiculum sit.

§. 14. *Oleum sabinae.* Cujus guttæ quinque vel sex in aqua propria datæ mentes efficaciter cient.

§. 15. *Spiritus pulegii* cum suo sale essentificatus etiam egregie heic pollet.

§. 16. Præter quæ passim reperire est apud auctores varia decocta, pulveres, infusiones, pediluvia, alia.

§. 17. Notandum vero mensium ductionem non esse nisi eo tempore tentandam, quo naturaliter ire solebant. Vbi audire illud vulgatum oportet:

*Luna vetus vetulas, juvenes nova luna
repurgat.*

Quin et si menstrua non eant, statis tamen temporibus natura edere quædam signa solet, quibus conatum suum ostendat.

§. 18. Itaque, si frustra fuere oblata, proximo mense, quum instabit eundi tempus, balneet sese femina hoc balneo. ℞. Herb. arthemisiæ manip. tres: althææ, malvæ, serpylli, ana manip. duos: melissæ, origani, rorismarini, sabinae, ana manip. semis. Florum centaurei minoris, chamæmeli, hyperici, ana pugillos tres. Coque ex aquæ q. s. pro usu stuphæ in quam mane ingrediatur & in ea per horam more-

moretur. Herbas vero sacculis includat, & uni insideat, & alterum ventri imponat.

§. 19. Post balneum die secundo aperiat *saphenam* utriusque pedis: & postridie præcedente mense præscripta & mandata repetantur, & simul hic *suffus* fiat. Scorias reguli antimonii incoque lixivio cinerum fagi, & extrahe sulphur rubrum. Hujus partibus iv. adde vini malvatici part. i. Deinde insideat mulier sellæ perforatæ, & in scutella suppone candentes silices, eisque per vices affundatur cochlear, præcedentis mixturæ, atque illa vaporem nudo corpore excipiat. Sic enim feliciore successu mentes prodeunt. Hęc, si necesse, etiam proxima vice repetantur.

§. 20. Mensibus vero apparentibus quidem, sed non satis euntibus convenit dare boracis à semisrupulo ad semidrachmam, cum guttis quatuor aut quinque essentiæ croci in aqua pulegii aut cinamomi, vel in vino hippocratico, aut decocto sabinae ejusve succo ad semidrachmam. Eodemque tempore & *peffus* subdatur, & cucurbitæ perinæo applicentur.

§. 21. Si conformationis vitio ire menses nequeant, oportet bis aut quater in anno sanguinem mittere, sæpiusque cucurbitulos applicare.

Fluxus nimius.

C A P. C C X X.

Immoderata autem mensium purgatio ultra naturæ vitæque modum est, qua aut copiosior sanguis, quam pro multitudine, aut diutius prostrat, aut crebris, aut non statò circuitu redit. Omnis nimie & exuperantis vacationis signum est virium imbecillitas, & eorum symptomatum invasio, qua immodicam

*sanguinis effusionem sequuntur: cujusmodi sunt inap-
petentia, cruditas, fœdus faciei color, pedum ac dein-
de reliqui corporis tumor œdematosus. Fit autem va-
cuationis exuperantia ab his causis omnibus que san-
guinem ita excalfaciunt, extenuant, vel quoquomodo
exagiant, ut promptè ora venarum patefaciat, tan-
tòque impetu efferatur, vix ut possit natura robore
cohiberi. Fit & à plethora, quæ tanta plerumque
exuberat, ut non solum venarum ora aperiat, sed &
ex iis tennes interdum disrumpat, quod his ferè acci-
dit, quibus menses diu suppressi postea consertim ac
concitatus erumpunt: & quibus abortus aut veri aut
irriti fœtus quavis ex causa contingit. A partu quo-
que laborioso atque difficili, quum vel grandior fœtus
vel oblique situs, nimio conatu excluditur, in quo vel
rumpuntur venæ vel nimis debiscunt, ut idcirco im-
moderatus sanguis, quemadmodum & ab evidentibus
causis quibuslibet violentis emanet.*

*Crebrior mensium purgatio si ve bis si ve ter ea men-
se redeat, si modò copiosa sit iisdem quoque sit ex cau-
sis. Etenim neque hujus ordinem neque mensuram na-
tura moderari potest. Atque hæc quidem immoderata
eruptiones consertim ac repente fiunt. (Fernelius.)*

§. 1. Fluxus nimium mensium, undecumque sit,
excepta plethora, quæ nisi conveniente phléboto-
mia in brachii venis instituenda, non corrigitur, ead-
em tollunt & corrigunt omnia, quæ sistendis hæ-
morrhagiis narium necessaria & utilia sunt: ut lau-
danum opiatum, essentia croci mattis, magisterium
corallorum & perlarum, sperniola composita Crol-
lii, ossa hominis fortiter calcinata, & nonnulla alia,
intus sumenda. Exterius vero stipites melanthii &
buso exsiccatus multum prodesse possunt.

§. 2. Fluxus igitur hic licet ab multis causis
oriri

oriri possit, nullus tamen frequentior eo, qui fit ob
sanguinis pallidioris ad vulvam confluxionem, aut
oculorum venarum apertionem. Quandoque &
per erosionem à medicamentis in vulvam immis-
sis, alterve facta ibi vlcera. Qui quomodo curari de-
beat, videte est apud Practicos.

§. 3. Prior & revulsionem requirit, & increffatio-
nem. *Requisio* fiat per venæsectionem in brachio
bis terve repetitam, aut frequentes cucurbitulas hy-
pochondriis utrimque impositas.

§. 4. *Incrasseitur* vero sanguis iis, quæ sistere &
refrigerare ipsum queunt. Huc faciunt sirupi è rosis
siccis, papavere, bursa pastoris, corallis, dati cum
aqua plantaginis ad succo berberorum. Itemque
bolus armenia ad drachmam ex eadem aqua data,
vel decocto tormentillæ, coriandri, balauftiorum,
gallarum, similium.

§. 5. Aut fiat *opiata*, R. Conf. rosarum rubrarum
veteris semunciam. Rad. tymphiti majoris aut bi-
stortæ unciam, Troch. è carabe drach. duas. Boli ar-
menia præparata drach. tres. Salis corallorum se-
midrach. Sirupi è rosis siccis q. s. Misce.

§. 7. Quæ si nihil possunt, fiat *pressus* è stercore
suillo aut ahnino cum succo plantaginis & mucagi-
ne seminis cydoneorum aut tragacanthæ. aut è lau-
dano opiato, cum lintheolo.

§. 7. Exterius inungatur perinæum *unguento* Co-
mitilla, vel hoc. R. Olei myrtillorum & cydoneo-
rum ana sesquunciam. Succu bursa pastoris aut plan-
taginis & sempervivi majoris, ana unciam. Coque
ad consumptionem succorum: tum adde pulveris
boli armenia, seminis berberorum & myrtillorum,
ana drach. duas. Rosarum semunciam. Cera q. s.
fiat *unguentum*.

§.8. Aut fiat *fomentum* ex adstringentibus cum aqua communi & pauco aceto coctis, uti ostensum cap. c11. 7. Aut fiat *cataplasma* ex succis adstringentibus & refrigerantibus cum bolo & farina orobi aut lupinorum.

§.9. Renibus itidem & jecori applicentur refrigerantia, ut ceratum refrigerans & santalinum, & unguentum rosatum camphoratum.

§.10. Si biliosus in corpore sanguis redundat morbumque fovet, post impetum sanguinis sufflaminatum, purgetur corpus leniter cum infuso rhabarbari & myrobolanorum sirupove rosatum solutivo, aut electuario ex succo rosarum, aut extracto panthymagogo, aut solo extracto rhabarbari. Idem fiat si fit serosi humoris copia sanguini permista.

§.11. *Specifica* heic excellenter convenientia sunt, vitellus ovi crudus in vino rubello dissolutus, & bis aliquot diebus continuis propinatus: *tinctura corallorum: pulvis iururis*, eo modo præparatus, ut docet Forestus Observ. xviii. 10. Qui etsi heic mirificus sit, potior tamen est *sal* ex cineribus *iururis* factus, si à granis quatuor ad sex ex aqua plantaginis vel qua alia composita detur ad cochlear. Sic & *cuticula pedum anseris* exsiccata, & à scrupulo ad duos exhibita, subito sistit.

§.12. *Exterius* in hoc casu mirabiliter prodest *cingulum* ex foliis ellebori albi, assutis fasciæ lineæ, & circum lumbos nudo corpori applicatum.

§.13. A partu laborioso profluentem nimis sanguinem sistit idem sanguis, statim in cochleari ferreo exsiccatus & pondere granorum quinque vel sex cum vitello ovi crudo mixtus. In eodem casu *sperniola compositum* mirifice opitulatur.

Uteri stillicidium.
CAP. CCXXI.

Est & uteri stillicidium seu fluxio diuturnior, qua sanguis parè ac sensim, nulloque ordine illabitur, interdum quidem purus interdum serosus & quadam saniei specie: idque alias assiduo, alias ex brevioribus inter vallis. Huius causa est vena exesto modo simplex, modò ulceri conjuncta, quod nonnunquam in viro, sapius in eius cervice consistit. Quum simplex est exesto, aut nullus aut obscurus est dolor, sin verò vlcus adest, manifestus ac vehemens, plerumque immisso digito deprehensus.

FLVOR MULIEBRIS.

Fluor quem muliebrem aut uterinum appellant, à mensium profluvio distat, quòd non syncerus sanguis. sed corruptum quiddam prodeat, idque continenter aut nullo ordine nulloque circuitu. Est autem id modò liquidum & albicans lactis sero aut prissana cremori persimile: modò citrinum aut pallidum, modò subvirede, adeò acre ferè & adurens, ut quasunque partes atigerit, erodat aut leviter exulceret: atque id rursum modò terum est & graveolens, modò odore nullo molestum. Prodeuntium odor, color atque substantia fluoris speciem commonstrat. Causa autem que corruptum humorem assiduo gignit, alias in viro, alias in principibus paribus consistit. Graviter proinde hallucinantur, qui omnium ex viro prodeuntium, quemadmodum & omnis suppressionis mensium causam an uno requirunt viro. Et enim quibus mulieribus viscera refrigerata, ves obstructa vel scirrho dura, cruditates, malis habitum aut leucophlegmatiam invexerunt, corruptus h. m. or

in variis partibus effusus, saepe in vterum procumbit, & illac decurrens corpus expurgat, quod aliis quibusdam per renes aut per alvum fieri contingit. Hoc quidem vitium multarum commune, sed maxime in ea muliere conspicuum, cuius supra diximus hydropem mensibus singulis per vterum expurgari. Neque verò effectus hic aetate raturas tantum, verum etiam virgines quas pallor decolorat invadit, quo & puellam octavo aetatis anno obsessam vidi, ac diu postea graviterque afflictam. Atque haec fluoris vterini causa admodum frequens observatur. Altera causa ex vtero longè quidem rarior existit, eaque vel intemperies est ferèque frigida, vel imbecillitas ab vteri gestatione, à partu, à contusione aut ab alia externarum causarum vi contracta: vel erosio vel exulceratio ex inflammatione aut ex abscessu derelicta, His quippe causis oblatas vterus & proprium alimentum male conficiens, excrementa multa progignit, quae foras elabuntur & excidunt. Invenoscuntur causa, quod ex solo vteri affectu parvior sit fluor, & eius affecti adsint indicia: ac ex viscerum totiusve corporis affectu, fluor sit copiosus, nec male affectorum viscerum nota desint.

Si à toto, qui ex eo cognoscitur quod cacochymia in toto signa adsunt, fluxu, est copiosior &c. In curatione fugienda visum quia humores ad inquinamentum sanguinis in venas revocari non debent, tum quia vire affectu hoc diuturno desiciuntur, & corpus contrahescit: 2. Discussio optime per Decocta Guaiaci & china, ligni lentisc. traumatica &c. perficitur, 2. ad exsiccationem radix filipendula, stringunt pulvis ossium hom. cinis stercor capon. in aqua pluv. Alius est à parte aliqua prater vterum. In curatione illius ratio habenda. Alius ab vtero valent suffusus è ihure ladana

ladana, mastiche, santalis, Theriaca maxime profunt.

In Albo vterino specifico sunt Iniema, flor. rosar. alb. argentina, flor. melil. alb. in vino infusi, ligustri, visuiqu. rad. symph. bistort. torment. cassiae lign. pulver. in vino sumpta Ita corall. alb. prepar. c.c. vsti & prepar. Succ. albi noti, crystall. prap. mater perlar. extiocolla, alumen plum. cutis aselli sicci pulveriff. Externa ungu. Comitiff. rosar. alb. Empl. zacuui l. 9. c.n. Prax. histor. (Fernelius).

§. 1. Stillicidium vteri diuturnum sine ulcere curatur, ante omnia totius habitum corrigat, tum universalibus, tum appropriatis. Purgantia sicut extractum mechoacanae, rhabbari, senæ, panchymagogon vegetabile, purgans specificum. Appropriata sunt pulvis cachecticus & specificum maris illud, de quo cap. clxxxvii. 31. Hoc diuturniori fluxui, praesertim in vetulis, quae illi magis sunt obnoxiae, unice opitulatur, si quotidie cubitibus cubitum granum in aqua plantaginis aut vino rubello detur.

§. 2. Efficax imprimis hic pulvis est. ℞. Magist. corallorum alborum, matris perlarum, ana drach. duas. Cornu cervi vsti sesquidrachm. Eboris vsti, terræ sigillatæ, sem. papaveris albi, ana drachmam. Gummi arabici, mastiches ana semidrach. Succini flavi semiscrupul. Laudani opiatii grana octo. M. f. pulvis tenuissimus. Hujus exhibeatur quotidie mane & vesperi tantum, quantum cultri mucrone capi potest in hoc decocto. ℞. Plantaginis majoris, ceutinodii, radice tormentillæ, ana drach. tres: nymphaeæ drach. duas. Coque ex q. l. vini.

Gonorrhœa muliebris.

CAP. CCXXII.

Muliebri fluori affinis est gonorrhœa; qua mulieres per inde ac viros imò etiam frequentius exercet, quod harum semen vitote crudius ac dilucius minus subsistat. Profluit autem circa ullam veneris irritationem, nec assiduo nec quotidie ut in vterino fluore, sed quibusdam intervallis, non ab vteri capacitate, sed a vasis spermaticis in vteri cervicem, estque id album, sorsum, omnis experte grateolentia & acrimonia ac omnino paucum. Huius eadem est causa atque virilis gonorrhœa.

Hac autem multo crebrior est, virulenta gonorrhœa, quam impura venus infligit, eo modo quo ante in viris est comprehensum. Quod per hanc excidit, continenter assiduòque fertur ut in vterino fluore. Est tamen crassius multo, atque modo album modo flavum aut virescens, odore gravi molestum, acre & exedens: ac proinde raro deprehenditur: circa pudendi vlcem. At nondum his notis certo possit ad vterino fluore internoscit: sed hinc maxime quod non ut ille ab vtero, sed à spermaticis vasis prodeat: quòdque prorumpentibus mensibus non desinat, sed cum his & mox ab iis similiter perstat: vterinus vero fluor cesset in mensium eruptione & aliquanto post tempore. Quinetiam luis venerea signa se produnt, neque vterini floris seu primarii seu eius qui viscerum vitio sit, indicia illa cernuntur. [Fernelius.]

S. I. Gonorrhœa mulierum eadem, quæ virorum, profunt. Hoc modo sanatæ sex mulierculæ rusticæ duabus septimanis,

Vteri

Vteri strangulatus.

CAP. CCXXIII.

Hystericorum porro symptomatum gravissimus est ab utero strangulatus. Primum quidem quum levis & exigua est mali causa, ex utero sublatus vapor viscerum ventriculūque feriens, nauseam quandam movet, cui tamen raro succedit vomitio, saepe tedium quoddam & cibi fastidium, idque interdum cum murmure ventrisque rugitu, interdum circa hæc. Quum vapor in diaphragmæ thoracisq; partes, efferitur, respirationem brevem crebramque tanquam compresso pedore facit. Simul etiam cor obsidens levem interdum animi defectionem inducit, qua tamen vix pulsus immutatur. Metus hinc atque desperatio agram concutit, ac plerumque tanta ut se mox interiuram putet, nullaque ratione in spem erigi & recreari possit. Malum altius in fauces invadens, eas quasi vinculo constringere, aut manu præcludere videtur, prorsusque spiritum intercipere magno suffocationis metu. Ubi vero cerebri arcem conscenderit, alias quidem furorē uterinum appellatum, cum garrulitate, iracundia & inquietudine movet, aut alia desipientiæ generamēti horrorisque plena: alias quasi soporem quandam ac veternum inducit, quo mulier corruens velut attonita iacet, sine motu, sine sensu ullo, respiratione adeò parva & rara, ut interdum nulla esse credatur, tanquam ipsa jam mortua extinctaque sit. At nihilominus pulsus interdum constat validusque est, interdum obscurus parvusque, ut ne percipi quidem possit. Hi varii sunt ordines variaque hystericorum accessionum forma, quæ circuitu ut epilepsia repetunt, aliis quidem crebrius, aliis rarius dū discussa sit

Aa

earum causa. Sub accessionis finem humor quidam ex muliebribus locis excurrit, intestina obmurmurant, deinde oculi attolluntur, mala rubescunt, intellectus, sensus ac motus restituitur, & corpus firmari incipit. Sæpe tamen deprehensum est frigus tum temporis è capite per cervicem in scapulam & brachium illabi, quod stuporem difficilemque motuum redderet, exhiberetque speciem quandam paralysis, sed qua non multo post discuteretur. Causa quidem accessionis hysterica est vapor ex utero, non solum per venas aut arterias, sed & per spiracula caca & latentia sublatius, atque is certe venenatus tamque malignus ac perniciosus, ut parium quas attingerit facultates offundat earumque functiones intercipiat. Si vaporis naturam spectemus, plurimorum venenorum conditione frigidus is & melancholicus est. Hujus focus est uterus, in quo vel menstruus sanguis, vel conclusum semen, vel alius quivis humor in hanc venenatam malignitatem corrumpitur. Ut igitur sæpe animadvertitum est comitalem morbum ab utero vel in prægnante suscitari, è quo venenatus humor rerum vaporem in cerebrum expiraret, ipsumque morbum cum partu finire, ita & de hysterice symptomatis credendum. Hæc autem vix putem dimittat vel à menstruo vel à semine suscitari, quum & eas qua bene purgantur & uterum gestant & viri consuetudine fruuntur, plerumque fatigent: quumque supra quingentas eodem ætate degere videamus, que diu consuetum veneris usum intermiserunt, nullo hysterico symptomate. Quivis autem humor in utero hoc modo corruptus, ejus generis vaporem ex loci natura venenatum expirat, & unde vita, illinc & sumam veneni perniciem exoriuntur. Hinc fit ut tametsi viris diu hamorrhoides suppressi sint, aut veneris usus sit intermissus, nulla

tamen hysterice similia symptomata contingant. Hæc quoque gravia incidunt, noscuntur quidem facile, leviter difficile, quod melancholicis aut cardiacis non admodum sint dissimilia. Debent autem omnium affectionum partium observatione, omniumque signorum consensione discerni. [Fernelius.

§. 1. Strangulatus ab utero uti secundum gradus & evidentiam causarum bene fuit à Fernelio descriptus: ita & diligentem morbi cognitionem requirit. Levia nimirum isthæc difficulter cognoscantur, & sæpe cum melancholia hypochondriaca, & cum passione cardiaca vel iliaca confunduntur.

§. 2. Cura omnium horum symptomatum consistit in paroxysmi remotione, & omnimoda causarum ablatione. Quia igitur vapores venentia & perniciosi, in utero à causis quasi antecedentibus generati, solam proximam causam sustinent, uterus corrigendus, impuritates excernendæ & ne deinceps talibus offendatur, providendum.

§. 3. Primo itaque loco profunt purgationes hysterice, per bryoniæ fæculam vel extractum (vide Quercetanum in Pharmacopœa testitura) à scrupulo ad duos summum in aqua cinamomi, arthemisiæ, maticariæ: ut & extractum mechoacanæ, specificum purgans, panchymagogon vegetabile.

§. 4. Multum hæc infusiones faciunt. Cujusmodi est, quæ ℥. Fol. senæ unciam. Rad. mechoacanæ femunciam: bryoniæ drach. duas. Fol. arthemisiæ, maticariæ, chamædryos, ana manip. semis. Florum cordialium ana pugillum. Hæc omnia incisa & mixta in nodulo infunde in vini ferventis libris duabus & relinque in loco frigido per diem. Hujus infusi datur unus vel alter cyathus, sive ad uncias sex.

& per aliquot dies mane jejuno & vesperi circa tertiam, donec assumptum sit totum.

§. 5. Deinde, ne ejusmodi symptomata sæpius recurrant, experientia constat, omnibus istis certissime mederi *specificum* ex vitriolo martis, si quotidie, præmissa purgatione, vesperi ante cibum in vino vel aqua arthemisiæ, matricariæ, vel sine iis exhibetur per aliquot septimanas, sive donec cesset malum, vide supra cap. 187. 31.

§. 6. Paroxysmum quæ tollant, multa sunt, de quibus videantur Practici. Inter hæc sunt alia externa, alia interna.

§. 7. *Externa* sunt, odores rerum fœtentium, ut galbani, asæ fœtidæ. olei guajaci, rutæ, tartari, succini, aut gagatis. Quod distillaturus ℞. gagatis & salis ana q. v. Ex his igne primum lem, dein fortiori elice s. a. oleum. Hoc autem, addita aqua communi, re-
ctifica per alembicum.

§. 8. *Fumi* facti ab ustis pennis perdicum, aut pilis, præsertim humanis, aut unguis alcis vel alini. Præ quibus subito strangulatas revocat, qui è callis equorum per tritorium at retortam summo curtam submittitur in uterum, quem mirum est pati tantum fœtorem posse, quum alias ejus sit impatientissimus.

§. 9. *Inungitur* umbilicus vel sale, vel oleo jovis illo, quem Crollius tradit. vel balsamo apoplectico, vel oleo gagatis & succini ac rutæ. Quibus mixtis quandoque & totum ventrem inunxisse prodest.

§. 10. Possis & *emplastrum* pro matrice rotundo linteo inducere & in medio ejus aliquot grana zibet-
ræ imponere, atque sic super umbilicum alligare strictis ligaturis, ac simul cucurbitas applicare inguini-
bus circa pubem cum magna flamma.

§. 11.

§. 11. Quo tempore autem fœtida naribus adhibentur: simul ex linteo *peffus* factus & balsamo apoplectico unctus in naturam femineam insinuetur. Vel pessum unge zibetæ semis scrupulo, mixto cum scrupulo olei è nuce moschata expressi.

§. 12. *Inus* datur *sal jovis* ex aqua hysterica, *velessentia* granorum ebulli. Quibus magnam phialam medio tenus imple &, affuso vini spiritu ad quatuor digitos, adde aliquot guttas spir. vitr. ac, vase bene obturato, digere in B. per sex dies, sive donec tincturam dederint instar rubini. Quam per inclinationem separa, ejusque da in accessione cochlear semis aut integrum, & illico excitabitur.

§. 13. Præ quibus tamen efficacius est *laudanum muliebree*. ℞. Laudani nostri sine opio uncias duas: Extracti lichenum drachmas duas. Misce. Dosis est semis scrupulus.

§. 14. *Extractum lichenum*. ℞. Melissæ contusæ manip. novem. Vini albi libras sex. Distilla s. a. Distillatum affunde succini & gagatæ pulveratorum ana uncias duabus. Macera per biduum: tum in cinere ex retorta distilla per gradus. Oleum, quod simul accipis, ab aqua separa. Aquam vero affunde lichenum sive callis, qui à tibiis interioribus equarum decidunt novo vere, in antecessum siccatis, & digerendo in B. extrahe tincturam, eamque redige in formam extracti. Quod & per se dari ad grana quoque vel octo potest.

§. 15. Convenit quoque *aqua theriacalis* cum castorei vel extracti semis scrupulo, vel pulverati scrupulo. Vel detur theriacæ veteris semidrachma cum castorei pulverati scrupulo ex aqua arthemisiæ. Vel ℞. Extracti castorei cum spiritu vini, essentia croci, ana scrupulum semis. Salis perlarum grana sex.

Olei succini grana duo. Misce & exhibe cum aqua arthemisiæ ac melissæ.

Ascensus uteri.

CAP. CCXXIV.

Uteri ascensus, descensus, prolapsus, atque convulsio mulieres sæpe fatigant. Galeni motus autoritate nonnunquam putavi uterum nihil aut perexiguum è sua sede dimoveri: ac agrotarum mulierum modo querimonia modo precibus adductus, hunc sæpe actu deprehendi instar globi cujusdam in ventriculum efferi, eumque graviter opprimere. Hinc & sæpe manu depressus est, manifestoque in propriam sedem propulsus. Neque id sanè alienum magis videri debet, quam ejusdem prolapsus, quo totus ferè procidit. Ascensu non que strangulati symptomata fiunt, sed duntaxat premitur mulier quodam præcordiorum dolore, spirandi difficultate aut animi defectione, at sine metu, sine delirio aut alio symp. omate graviore. Descensus uteri appellatur, quum in inferas partes inprovoluitur. Percipit obstetrix hunc pudendo obviu: laborans verò si erecta steterit, gravitatis pondus in pudendum incumbere: sin verò vel sedeat, vel supina jaceat, vel alvum exoneret, quasi onere telluris intestinum premi: sin prona jaceat, urine difficultatem nasci, ut etiam viri congressum peritimescat. Prolapsus descensu gravior est, quod eversus uterus foras procidat, ejusque fundus prominat, & manu aut aletur anserini saltem qui magnitudine. Convulsio est quum uterus in alterutrum inguen contorquetur. Inguinis ac sæpe coxendicis vehemens tum dolor exercet, qui si atrocius excandescat uteri furor appellatur: erus totum maximeque femur torpescit ac frigitur.

Tam varii motus & errores iis duntaxat obtingunt, quibus uteri appendices laxiores, idque vel ex gravi uteri gestatione, vel ex casu atque contusione, vel ex copiosi humoris perfusione evaserunt. At prolapsus non ex levioribus hisce causis, sed ex vehementiore solum patiendi conatu, quo uterus foetum secundasque excludens impetu consequitur, seque invertens precipitat: interdum & imprudentis obstetricis temeritiam uterum cum foetu aut cum secundis invertit detrahique. Quibus itaque habena seu appendices laxiores sunt, his uterum quoque irritatur, sursum deorsumve, aut in alterutrum latus se contorquet. Irritatur autem aut rei præter naturam quam in se continet, aut externa ejusque adversa molestia. Tum quippe laceratus & quasi succensus de proprio loco decidit, alius in aliam partem oberrans, ut quod insensum inimicumque est fugiat, quod verò jucundum ac blandum sequatur. Ita quidem rem habere sensus animadvertit, ut proinde non parum demirer Galenum contra Platonem censuisse, uterum nihil aut certè perexiguum moveri, idque non per se, sed duntaxat à vinculis & appendicibus quibus annectitur, dum plenitudine distenta contrahuntur brevioraque fiunt. At tametsi sponte movetur uterus aut errat, non idcirco animal haberi debet. Nam & ventriculus pars etiam planè naturalis, sine arbitrio, sine jussu nostro movetur: quum rei aliena injuria laceratus magno impetu hanc vomitione repellit, aut quum fame exinanitus jucundo cibo quasi gestiens occurrit, huncque ab ore vix dum pramansum eripit, ereptumque avidè adeò continet & arctè amplexatur, ut undique contractus in eum totus incumbat. Hæc si in ventriculo conspicua sunt, multoque magis in corde, cur non similiter in utero fiunt? quem scimus prima foetus conce-

piens semen attrahere, geniumque factum mensibus novem continere, & maturum (quasi cognitione sit pradius) excludere. [Fernelius.

§. 1. Ascensus *uteri* parum differt à leni strangulatione. Fiunt enim præcordiorum compressiones & dolores ac spirandi difficultates, quin & interdum deliquia animi.

§. 2. Huic curando utilia sunt, quæ de suffocationibus jam sunt allata. Imprimis vero *essentia granorum chamaeaites* multum præstat.

Prolapsus uteri.

CAP. CCXXV.

§. 1. Prolapsus *uteri* manu potissimum curatur. Ægra se in dorsum supinet & pulvinari suffultis coxis & in altius quam caput elatis femora divaricet. Tum chirurgus uterum emolliente decocto foveat, oleoque tepido aut butyro insulso inungat, & inspergat hoc pulvere. ℞. Acaciæ, hypocistidis, ossium dactylorum combustorum, mumix & gallatum ana. Fiat omnium pulvis subtilissimus. Sic vero munitum redigat in locum, atque mox in sinum submittat pilam laneam tenui linteo involutam ac vino adstringente imbutam. Conveniunt porro heic eadem, quæ ano prolapso.

§. 2. Quod si uterus prolapsus jam corruptus est, rescindatur, & vel totus, si necesse. Nam fieri id citra periculi formidinem potest. Nam & utero penitus ablato plures annos supervixisse mulieres, variis experimentis compertum est.

Convulsio uteri.

CAP. CCXXVI.

§. 1. Convulsioni *uteri* ea quoque, quæ ad convulsionem,

convulsionem, inserviunt. Vidi tamen ut suffocationem curatam.

§. 2. *Specificum* in hoc casu est essentia aut tinctura granorum ebuli cum quatuor ad octo guttis spiritus vitrioli antepileptici. Item tinctura coralorum.

Sterilitas.

CAP. CCXXVII.

Sterilitas ut alia pleraque symptomata alias *uteri* obscenorumque partium, alias viscerum vitio tum viris tum mulieribus inducitur. Steriles enim & infocundi sunt impuberes & senio confecti, quod bis tenue & aquosum languidumque sit semen: & qui vel aetate matura morbo acuto, vel etiam diuturno conficiuntur, qui vel humores corrumpat, vel spiritus principes offendat. Ad horum conditionem accedunt, & qui citra manifestam corporis actionumque vitæ offensionem, principum partium, ut ventriculi, jecoris, lienis ac pulmonum latentis vitio intemperie, obstructione aut scirrbo tenentur maxime si vel cachexia, vel leucophlegmatia, vel icterus, vel tabes & corporis extenuatio, vel lenta febris, vel alia quædam cacochymia soboles sit consecuta. Viri enim ita affecti aut semen non proferunt aut prorsus evanidum & infocundum, utpote nec ex utili materia productum, nec spirituum benignitate perfusum. In mulieribus vero que ita sint affectæ aut viri semen viro non concipiunt, aut conceptum à muliebri semine destituitur moxque excidit: aut retentum principum partium vitio obrutum extinguuntur, idque vel mox vel aliquanto post tempore. His ex causis non modo *Sterilitas* fit, sed & mola, & irritus conceptus, & fœtus languidus & abortus, multo quidem frequentius quam peculiari *uteri* errore. Tam vero

obscenarum partium vitia, qua sterilitatem accersunt, in viris quidem numerantur: pudendi paralysis & atonia, gonorrhoea, vasorum spermaticorum obstructio, coarctatio & contusio: testium pudendique exilitas & quavis malae conformatio. In mulieribus eadem atque in viris testium spermaticorumque vasorum vitia: & oris uteri cervicisque nimia amplitudo vel angustia, obstructio, obliquitas, perversio, hincque nata mensium suppressio: qua omnia non signis egent, seipsis quippe conspicua. Adhaec uteri semen suscipiuri intemperies immodica sterilitatem facit. Calidior ea est, quum (ut in viragine) genitalia pruriunt nimisque iuvantur venere, & menses parce & cum labore emanant ardoreque exulcerant. Frigidior, quum Venus est ignavior, menses aut suppressuntur aut parce fluunt, atque ij decolores: lumborum, pubis, crurumque stupor inest. Humidior, quum tenue, aquosum, copiosumque menstruum redditur, ac saepe uterinus fluor infestat, frequensque lumborum & pubis gravitas premit. Impedit etiam & nimia coarctatio ab omento pingui, & uteri inflatio, omnis denique affectus insignior. [Fernelius.

§. 1. Sterilitas seminarum curatur infusione in aqua, cui incoctum est cubile fornicarium una cum ipsis fornicis magna copia.

§. 2. Quae non concipiunt, curantur efficaciter dato semisrupulo salis satirij ex vino malvatico vel aqua vitæ mulierum, & quidem statim à fluxu menstrui. Quo secretò multas brevi feminas curavi, sicuti ejusdem essentia viros impotentes. De his tamen plura vide sis apud Bayrum in praxi lib. xv. & revise ad cap.

Abortus.

CAP. CCXXVIII.

Abortus porro vel ab evidentibus vel ab interioribus fit causis. Evidentes alia foetum necant, ut Syncope, timor & tristitia: & qua toto genere extinguunt, ut qua vel suffitu, vel odore, vel substantia venenata sunt. Alia cibum subtrahunt, ut inedia, immoderata purgatio, sanguinis è naribus, ex hamorrhoidae aut aliunde rejectio. Mulier enim sanguine misso abortum facit, idque magis si foetus auctior est. Alia uteri acetabula dissolunt, per qua foetus alimentum capessabat: ut violenta exercitatio, saltatio, durior equitatio aut vectio, gravioris oneris gestatio, casus violenter concutiens, aut ventris ictus foetum contundens. Interiores vero cause sunt cibus immoderatus, & plethora foetum suffocans aut extinguens: mucosus humor uteri implens acetabula, & ligamenta ita remolliens ac dissolvens, ut foetum continere non possint. Cibus mali succi & inde nata cacochymia, ob quam foetus alimenti benignitate destitutus, sensim languet & emoritur. Morbus acutus, qui saepe foetum in gravius discrimen quam matrem conjicit: adhaec quae supra enumerata sunt & principum partium & uteri affectiones male. Quaecunque igitur mulier circa evidentem causam abortire consuevit, vel totius corporis vel uteri solius vitio laborat. Abortu porro immaturus foetus excluditur alias vivus, alius mortuus & extrinctus. Vivus quidem quum acetabula violentius dissoluta sunt: mortuus quum iis firmis & constantibus foetus ipse perit. Abortus futuri nota sunt, lac sponte fluens è mammis, praesertim laevosum. Id enim, inquit Hippocrates, foetum imbecillum esse testatur. Mammarum spontanea extenuatio. Nam si gemellos habenti dextra

mamma gracilescat, marem: si sinistra, foeminam amittet. Laterum venisque superioris coarctatio. Lumborum coxarumque gravitas & ad motum segnitias. Si foetus jam moveri ceperit, rarior languidiorque motus evadit: quumque abortiendi tempus instat, aqua primum saniosa profluit lotura carnum similis, deinde cruenta: hinc purus sanguis, postea grumi, ac demum foetus ipse aut formis excluditur.
[Fernelius.

§. 1. Abortum impedit magisterium corallorum aut perlarum, si saepius cum aqua vitæ mulierum vel lilij convallium detur. Ut & vera tinctura corallorum, si ejus guttæ tres vel quatuor singulis mensibus bis prægnantes accipiant.

§. 2. Sic & *astacus* abortite feminas non finit, si quidem unius contusi & cum bono vino expressi succus semel aut bis quotquot gestationis mensibus bibatur.

§. 3. Etiam *sal astacorum* fluviatilium dexte paratus, & singulis septimanis cum amygdalorum dulcium decocto in vino malvatico maceratus ac sumtus, mirabiliter foetum conservat dosi granotum trium ad sex. Vinum ne bibant pellit enim foetum.

Partus difficilis.

CAP. CCXXIX.

Quum vero extinctus jam foetus diu in utero subsistit, commemorata omnia ingravescunt, adsuntque stomachi morsus, animi deliquium, capitis & oculorum dolor, frequens horror febrilis, spiratio foetida & graveolens, venter gravis & quasi proci-dens, & qui etiam admota manu frigidus percipitur. Imo & obstetrix immissis digitis frigidam animad-
vertit

vertit uteri cervicem, interdum convulsiones oboriuntur epilepticis finitima.

Pariendi difficultas aut à matre aut à foetu est, A matre quidem mala conformatio, Statura brevitatis, virium corporis imbecillitas, ut in puella & annu. pusillanimitas atque meius. Uteri cervicisque mala conformatio, angustia & ossis pubis firmior compactio, compressio seu coarctatio ex vicinarum partium tumore ac duritie, ex vesica calculo, ex recti intestini excremento duriore & lumborum concavitas. A foetu autem quum solidior illius membrana egre dirumpitur: quum ipse imbecillior enixu nihil matrem adjuvat: quum grandior, aut monstruosus, aut geminus est: aut quum non recta in caput fertur, nec manibus secundum latera adductis, sed vel ambos pedes, vel (quod multo operosius existit) alterum duntaxat, vel manus primum exerit, vel duplicatus innates exit: vel obliquus alterutrum latus, vel pronus ventrem primum exhibet, qua omnium pessima est pariendi figura. Difficilem partum in propinquo esse prænuñciat, humor aquosus in membrana allantoide conclusus totus ante partum effluens, aut copiosior sanguinis eruptio multo tempore foetum præcedens. Loci enim sicci manent, destitui eo humore qui foetui transitum, facilem & lubricum præbet: languidi dolores ex intervallis longioribus recurrunt, quandoquidem egre abrumpuntur acetabula, vixque secunda ab utero divelluntur. [Fernelius.

§. 1. Partui difficili egregie medetur *specificum* ex secundinis, de quo supra cap. vii. 2.

§. 2. *Oculi leporis*, Martio capti, è thalamis suis dexte eximantur, ut ne comptimantur nimis: exempti vero cum pipere in orbe exsiccentur. Horum unus vertici cum pipere sic alligatus, ut vertex à pu-

pillam tangatur, factum sive vivum sive mortuum, ut & secundinas tam valide exigit, ut, nisi expulsis istis amoveatur, etiam vulvam propellat.

§. 3. Sic oleum succini & carci ana guttis tribus ad octo in vino exhibitum, statim partum accelerant.

§. 4. Apud pauperes vidi partum sæpe difficilem solvi haustu urinæ mariti.

§. 5. Sic sterces equinum in vino expressum & percolatum, subito factum & secundinam expellit.

Arthritis.

CAP. CCXXX.

Arthritis articulorum est dolor ex intervallis sæpe invadens. Corporis artus varij dolores occupant: alij namque ossium membranas, vel musculos, vel nervos, vel medias regiones, quales aut lues venerea, aut simplex destillatio proferre solet. Alij articulos duntaxat obsident, in quos quasi defixi inciderunt: atque hos solos arthritis nomen complectitur. Statuuntur autem arthritis iudis differentia ex articulorum numero: sed irivis duntaxat usus nomina indidit, hæ sunt chiragra, ischias & podagra. Quacunque in alio quovis figitur articulo, generis nomine arthritis appellatur. Chiragra manum infestat, ejusque vel carpum vel externam partem vel digitorum articulos ac vincula. Dolor hæc inest plerumque pulsans, sæpe cum tumore, rubore, calore atque turgentibus plenisque venis. Podagra vel malleolos vel pedum, maxime vero pollicis articulum adoritur. Tamor ut in chiragra adest, tum partis tum venarum ambientium rubor, calor, dolorque pulsans. Ischias omnium vehementissima sedem habet non in eo articulo quo femoris caput in coxendicem inseritur, sed altius ad summam natem, qua nervi à lumbis & ab osse sacro emer-

emergentes feruntur in crura. Dolor atrox non in sola est coxendice, sed in femur quoque & in suram & in extremum pedem exporrigitur, quocunque nimirum ab affecta coxendice deductus nervus pertingit. Raro tumor inest conspicuus, rarius calor aut rubor quod ejus loci summa cutis venis conspersa minime sit. Humeri arthritis dolore quidem insignis est, non tamen (ut neque ischias) tumore, rubore vel calore manifesta. At qua cubitorum genuumque est, & dolorem & tumorem præ se fert ingentem, ruborem verò caloremque exiguum. Proxima continensque omnis arthritis ac doloris causa est non simplex ulla intemperies, sed humor præter naturam infusus & adherens, qui sæpe tumore manifesto se prodit. Atque tametsi nonnunquam (ut iis qui primum incipiunt illa tentari) citra insignem tumorem dolor affligit, tenuis tamen ac paucus aliquis humor subest. Hic autem qui continens est doloris causa, nunquam aut admodum raro præter multorum id opinionem assevero) in id cavum ac spatium penetrat: quod inter ossium extrema intervenit, sed in vincula duntaxat, atque in eas membranas que extrinsecus ossium extrema neclunt & ambiunt, ac etiam in tendones eo directos: hoc sane argumento quod in nodosa iopaceave podagra atque chiragra, humor in calculum jam concretus, aperta ruptave cute plerumque eruitur è digitorum articulis, vinculo integro ac illaso. Et in ischiade si noxia humor in coxendicis pixidem conditus esset, nec iam vehementem (quod vinculum obtusi sit sensus) nec tam late diffusum dolorem invehere. Neque porrò humor hic, continens arthritis causa, tam varius atque traditur existit: nec enim sanguineus, nec biliosus, nec melancholicus unquam est, sed omnizo vel pituitosus vel serosus:

perperamque arthritidis differentia ex humoris genere statui solent: ut alia calida, alia frigida sit, sed omnis frigida est, ex frigido humore genita. Quod si rubor aut calor interdum maximeque in chiroagra vel podagra cernitur, is non ex morbi essentia, sed ex vehementia sit doloris, qui ruborem caloremque nonnunquam & febrem accersit: qua potissimum eveniunt: qui constitutionem corporis obtinent impense calidam atque plethoricam, & qui levi occasione febre jactantur. Hic igitur frigidus humor ac tenuis, articulorum vincula, & membranas aut tendones implens & distendens aut feriens, dolorem infert: dolor vero si corpus praparatum jam est, ruborem, calorem atque febrem: qua distendentis aut ferientis humoris sunt symptomaia. Talis est ratione artisque usi comprobata sententia de arthritidis continente causa. Antecedentem porro causam recte omnes statuunt humorem esse, qui aliunde in imbecillos articulos aut insluit aut influxurus est, unde autem & per quas vias insluat, nemo ad unguem videtur investigasse. Ex hac ignoratione hactenus dolor articulis pro immedicabili derelictus est, nuncupaturque Medicorum opprobrium. Errant profecto quicumque ex intumescens illum partibus in articulos irrumperere putant. Quomodo enim à visceribus intumescensque sedibus possit humor sincerus aliquispiam per venas ferri? aut qui sanguini permixtus nuper erat, illinc per ora venarum in articulos purus excidere? aut si etiam cum humore sanguis emanat, cur in articulo collectus phlegmonem non exciuit? Sed neque humor crudus qui per alios ductus quam per venas fertur in articulos, arthritim facit. Nam cruditas in cachexia è visceribus in pedes incumbens dum tumescant, podagram non efficit. Alia igitur

tur quam, ex intumescens partibus est arthritidis origo. Hæc autem, caput est, è quo sane pituitosus humorisque tenuis profluat in articulos. Non quidem cerebrum aut interiores ejus ventriculi, in quibus pituitosum excrementum cumulari coaceruarique solet (hoc enim vel foras per nares, vel per palatum in asperam arteriam atque pulmones, aut in ventriculum interioresque sedes illabitur) sed partes capitæ externæ & extra calvæ posite origo sunt arthritidis: è quibus supervacans humor per summa corporis sub cute deorsum decurrit. Vene enim multæ ab externis jugularibus deductæ eo excrementa sua tenuia atque serosa deponunt. Quinque capitæ crassa densaque sit cutis è qua capilli succrescunt, non quemadmodum è reliqua corporis cute, illinc facile humor expiratur. Tempore igitur cumulari copiosior, in eis maxime quibus gignendi ejus evidentes causæ (quas mox referemus) conveniunt. Cumulatæ jam humoris signa sunt: capitæ gravitas & somnolentia, dolor externus, & qui contactu præsertimque in versis capillis exacuiur. Tumor œdematosus interdum vi cera mollis, cuti præsertim ad occipitum subjectus: cutis densa nec calvæ propius adharens. Ea igitur humoris densa lenique congestio arthritidis fons est atque origo. Supra modum congestus humor levissima occasione aut æstus, aut frigoris, aut frictiois, interdum etiam sponte de sua sede decidit, & in subjectas partes illabitur. Atque quæniã diore cælo è cerebro per nares fluere comperimus, non per spinalem medullam (paralyssis enim fieret) non per nervos & musculos, sed facile sub cute (ubi laxa & ampla sunt viæ) in corporis externas sedes insluit. Is autem fluxionis decursu, quia tenuis, et

solis articulis qui compati densique sunt, subsistit at
 baret, non item in mediis regionibus, quæ ampla la-
 xaque sint. In id demum corporis latus præcipue fer-
 tur, in quod crebrius corpus decumbit. Atque si dum
 incitatus est humor in dextrum latus est decubitus,
 dextrum humerum brachiumque dolor impetit, si in
 sinistrum: si in dorsum, cervicem, scapulas, coxen-
 dices vel crura. Qui arthritide consticiari incipiunt,
 solent primum leuem chiram aut podagram expe-
 riri, cuius vix quisquam nisi expertus credat humo-
 rem è capite duci, aut illinc posse tam repente in ex-
 tremos pedes clanculum & sine sensu illabi. At quo-
 niam initio admodum tenuis est, & iis maxime qui
 calidiores mundi regiones incolunt, facilis promp-
 que illius est defluxio. Quum autem tempore crassus-
 culus is iam evaserit, maxime in frigidis regionibus
 & arate provecitis, non repente in extrema prostruit,
 sed in mediis baret regionibus: ac tum mali origo,
 tum decursio conspicua est. Senitur enim dolor è cer-
 nice, vel per humeros in cubitos & manus, vel
 per dorsum in coxendices, genua pedesque sensim
 deuolui, sensu interdum frigoris oborto, quo corpus
 omne perhorrescit. Dolor è superis partibus in inferas
 sæpe descendit, ascendit nunquam, nec è dextris in
 sinistras aut contra commigrat: si quando enim do-
 lori dextero succedit sinister, hunc non loci permuta-
 tio, sed noua defluxio parit. Omnis etiam quum de-
 fluit humor aliquantum tenuis est, alioqui non deflu-
 xurus: articulo iam impactus nostri caloris vehe-
 mentiorumque medicamentorum vi crassescit, & par-
 te tenui dissipata dissolutaque, sex quadam terrena
 manet, quæ frequenti influxione coagmentata, in
 manifestum rhophium & calculum digitorum præse-
 rim in articulis convescit. Ea est arthritidis nodosa,

qua

qua dissiliunt articuli, distorquentur, & pereunte
 motu incurvescunt. Iam verò arthritidis evidentes
 causa eadem quæ fluxionis existunt: vna quippe hu-
 moris in capite redundantia, altera articulorum im-
 becillitas. Harum neutra scorsim arthritim facit: sed
 necessarius ambarum concursus. Imbecillitas quum
 ex aliis quibusdam vitiis æstimanda est, tum maxi-
 me ex vinculorum membranarumque laxitate, & ex
 viarum amplitudine. Hac autem vitia vel ab ortu
 sunt ex parentum imbecillo semine sitque tum arthri-
 tis hereditaria: vel aliis ex causis evidentibus, quæ
 laxant & emolliunt membranasque ferunt ejusmodi
 sunt veneris balnearumque usus crebrior, & qua foris
 incidentia articulos contundunt. Redundantius verò
 humoris interiores causa sunt cerebri totiusque capi-
 tis imbecillitas, & frigida humidaque intemperies.
 Humor enim vel alimenti vice capite exceptus, quum
 hæc vitia adsunt, totus confici non potest, ex eoque ne-
 cesse est excrementum tempore gigni atque cumulari.
 Hac autem fluxionis materia multiplicabitur, si præ-
 terea evidentes causæ accesserint, quæ illius exupe-
 rantiam gignunt. Hæ præcipue sunt crapula, potus
 vniuersi vini que maxime liberalior: hoc enim & caput
 implet, & nervos membranasque ferit: Somnus im-
 modicus præsertim mox à cibo: otium, exercitatio-
 num intermissio, consuetarum vacationum earum
 maxime quæ per urinas & sudores sunt suppressio vel
 imminutio.

§. 1. Arthritidis species multæ sunt, sed fre-
 quentiores podagra & chiragra. Omnium genera-
 lis cura consistit in consumptione tartari, quem &
 sanguis concepit, & corpus omne circa articulos
 suscepit. Cura vero præstari vel in paroxysmo vel
 extra eum debet:

§.2. In *paroxysmo* æger medicamentis ne fatigetur, sed afflictione liberetur. Ad hoc autem opus est internis pariter & externis.

§.3. Inter *interna* excellit laudanum opiatum, de quo Quercetanus vide sis in resp. ad Aubertum, & ex eo discce, quantum mitigando dolori, & conciliando somno, & suffaminando fluxui, & temperando fervori, & roborando spiritui faciat. Quæ nihil æque ex vulgaribus medicinis præstare potest.

§.4. Ante tamen usum ejus & *sanguine misso* opus est, si plethora adsit, & *enemate* injecto, si alvus non respondit.

§.5. *Externa* quod attinet, eorum alia supra partem dolentem, alia ipsi applicantur. Prioris generis sunt *cataplasmata* vel ex adstringentibus parata, vel ex mitigantibus.

§.6. *Adstringentia*, & supra partem dolentem altiore loco apponenda, fiant ex pulvere adstrictivo cum albumine ovorum & aceto; vel ex fructibus acerbis, cotoneis, pyris, sorbis, prunis sylvestribus, myrtillis, glandibus quercinis ex aqua centinodii coctis & additis farina lentium ac pulvere balaustrorum, gallarum, rosarum, bistortæ; vel ex bolo armenia & pulvere bistortæ cum lacte.

§.7. *Mitigantia*, & ipsi parti dolenti imponenda, varia sunt. Confert hoc *cataplasma*. Micæ panis albi q. s. tempera cum lacte & leni igne redige ad consistentiam, & adde vitellos aliquot ovorum, ac crociparum. Quæ alii tamen omittunt, & in pane cum lacte acquiescunt, & quinta quaque hora renovant.

§.8. Nobis in usu est, mactæ carnis bubulæ frustum, & aliud atque aliud mane ac vesperi superligare parti dolenti, donec cesset dolor.

§.9. *Balsamus podagricus*. ꝛ. Vitrioli ad flavorem calcinati

calcinati lib. duas. Mellis libram, Silicum calcinatorum lib. semis. Ex his leni initio igne, ac tandem fortiori per alembicum in cineribus distilla spiritum. Quem ad tertias ex cucurbita distillando dephlegma. Rectificatum vero affunde mastiches, olibani, myrt hæ, axungie humana, gummi ammoniaci, opopanacis, bdellii, ana uncis duabus, & post paucorum dierum macerationem distilla, ac distillato misce partes aquas spiritus vini, & serva usui. Est & alius à Crollio descriptus *balsamus*. Quibus succenturiari potest *unguentum anodynum*, quod est apud eundem.

§.10. *Spiritus salis* non rectificatus, quin aqua fontis temperatus, & cum laciniis duplicatis tepide applicatus, vel etiam addito tantillo olei tartari per deliquium.

§.11. *Spiritus salis ammoniaci*. Salem hunc sublimatum & pulveratum misce cum quadruplo cinerum, & distilla per alembicum ex arena. Spiritum, qui prodit, æquali portione misce cum spiritu vini, & bis terve pluma illine dolori, & confestim sedabitur. Quod, si quid camphoræ prius in eo solvatur, mirabilem effectum præstare, experimentis didici.

§.12. *Aqua antipodagrica* Rulandi. ꝛ. Florum chamæmeli & meliloti ana manip. Mercurii sublimate scrup. duos. Cõque ex aqua communi. Hujus decocti filtrari libris quatuor adde tantundem aquæ mortuæ (quæ est aqua aurifabri ad separandum sunt usi,) & aquæ recentis uncias duas, ac succi vel decocti myrrillorum q. s. ad colorandum. Aqua mortua durat multos annos. Mixture autem utere, ut auctor docet in curationibus.

§.13. *Aqua alia*. ꝛ. Spermatis ranarum, circa novilunium martium collecti, & stercoreis bubuli recentis

ana lib. tres. Diligenter mixta relinque diem. Deinde distilla, & serua usui. Hæc calidiuscule membris dolentibus applicata confestim sedat dolorem. Felicius autem operabitur, si quid spiritus vitrioli addatur, aut steruus vaccæ cum mellis unciis duabus, cataplasmatibus vicem, super imponatur: præsertim in podagra frigida.

§. 14. *Oleum petrolei*, cui sunt incoctæ radices ellebori, præsentissimum remedium est in subito leniendis doloribus podagricis, qui sunt à causa frigida, adeoque sine tubore & tumore magno.

§. 15. Posteaquam vero *paroxysmi* conquievere, & inducias morbus facit, jam tum operam dare oportet, ut & præcaveantur secuturi, extirpatione mali, & deleantur vestigia relicta.

§. 16. *Insulius* itaque præueniendi causa, fugere vel inprimis cruditates expedit, præsertim post *omissiones*. Quas aqua benedicta ciete convenit vere & autumnno potissimum, ut & circa solsticia. His temporibus enim recrudescere & moveri fluxiones arthriticæ solent.

§. 17. Quamobrem tum negligendum non est, ut vel plethora, si adest, solvatur, vel cacochymia auferatur suis quæque medicamentis. Inter ea vero, quæ corpus purgant, omnino præcellit *pulvis arriuius* Paracelsi. Radicum hermodactylorum alborum & turbihi gummosi, foliorum senæ, dactydii, ossium calcinatorum juvenis violenta morte peremti, sacchari canti albi ana. q. v. Detur à scrupulo ad duas drachmas ex aqua ivæ arthriticæ. Nota vero, ossa debere sumi manuum ad chiragram, & pedum ad podagram.

§. 18. Ex hoc pulvere natus est *pulvis & electuarium caryocostinum*. Quæ uti nunc passim nota sunt

sunt, ita secure & leniter omnes fluxiones arthriticæ purgant.

§. 19. Felicius autem id præstat *essentia* radices ellebori nigri per spiritum vini vulgari modo extracta. Cujus sumatur quotidie cochlear mane, & alterum vespere, donec alvus quater aut sexies in die solvatur sua sponte.

§. 20. Hæc ipsa tamen essentia redditur efficacior in purgandis fluxionibus arthriticis, si ei addatur *arcantum* filicis vel asari totius. Sit autem hujus una pars ad illius duas.

§. 21. Corpore purgato crassiores, quæ supersunt, reliquæ deinceps exterminandæ sunt per mercurium laxativum vel solarem. de quibus revise ad r. hujus iv. 15. 19.

§. 22. *Pois* deinde fit vel *decoctum* ligni sassafras vel vinum ex Infusione melissæ & radices caryophyllatæ, vel hoc *antipodagricum* Paracelsi. Radicum caryophyllatæ & acori ana scsquunciam. Foliorum majoranæ manip. quatuor. Florum sambucipug. quatuor. Vini albi libras tres. Stent in infusione per octiduum. Sumat mane & vespere haustum.

§. 23. Cum cibo detur *sal* ex ossibus humanis, vel *galreda* ex ipsis ad præscriptum Paracelsi facta.

§. 24. Simul vero & appropriata diaphoretica & corroborantia dentur. Inter *diaphoretica* egregium est *extractum solis* transparentis descriptum in notis ad Crollium. Habes etiam meas *pilulas antipodagricas* à Rhenano descriptas in Sole è puteo emergere. Quæ rectius cum arcano asari dantur aliquot diebus.

§. 25. Inter *corroborantia* præcipuum est *magisterium perlarum* Riverii. Margaritis in subtilissimum pollinem pulveratis affunde recentis succi vel citriformum vel aurantiorum q. s. ut fiat pasta. Po-

ſteaquam hæc aliquandiu ſteterit, affunde aceti q.ſ. & ſolve, & decanta rurius. Hocque fac totiens, donec margaritæ fuerint ſolutæ. Aceto deinde decantato admisce partem tertiam aquæ fluuiarilis. Diſtilla per retortam igne arenæ & per gradus. Diſtillatum reafſunde ſuper caput mortuum, & ſolve, & filtra, & fac lente vaporare, & reſtabit magiſterium. Huius jeſuno detur quotidie & multis diebus ſerupulus ex vino. Mirifice enim naturam recreat, & facit, ut *arcantum* ludi humani & aſtacorum feliciter operetur.

§. 26. Præter hæc etiam *fonticuli* & *cauteria* commendari ſolent.

§. 27. Hoc itaque modo tutiſſime ſe præſervare, cuiuscumque ſua ſanitas curæ eſt, ab arthriticis inſultibus poteſt.

§. 28. Quo veto nihil reliquiarum remaneat, ſubinde ad tempus repeti *purgatio* debet. Ea vero fiat pulvere arthritico ad ſemidrachmam aliquot diebus dato in brodio vel aqua ivæ. Sic enim impuritates tartareæ mobiles, quæ cauſa ſunt paroxyſmorum, paulatim è corpore educuntur.

§. 29. Sæpe hoc caſu vidi eas *pilulas antimoniales*, quæ per ſeceſſum tantum purgant, ſemel dumtaxat ſumptas multum profuiſſe. Ejuſdem facultatis, eſt *arcantum corallinum* à Crollio deſcriptum. Omnibus vero præſtat *ſpecificum purgant* Paracelſi, ſi ſæpius, urgente neceſſitate, datur.

§. 30. His peractis, ſi quæ impuritates craſſiores adhuc in corporis habitu reſident, ea deinceps mundificantibus expellendæ ſunt, ſi modo vires patientium.

§. 31. Deinde etiam ad diaphoretica descendendum. Sunt autem, præter quæ ante propoſui, in eo genere *ſpecifica*, tinctura antimonii, & pilulæ antimoniales

piales podagricæ, quarum deſcriptionem vide apud Rhenanum lib. III. Solis è puteo emergentis pag. 18. 19.

§. 32. *Tinctura antimonii*. Calcis vivæ libris ſex affunde libras quindecim aquæ communis, & fac ſ. alixivium. Hoc per ſubſidentiam clarificatum affunde mineræ antimonii ungarici vel, ea deſiciente, antimonii crudi libris quatuor aut quinque. Reponere ſimul in cucurbita lati fundi ad ſolem, & ſæpius in die commove. Quum rubere ſuperficies cœpit, ſatis tincturæ extractum eſt: præſertim ſi, ejus tantillo paucis aceti guttis iuſuſis, auriaci coloris pulvis præcipitetur. Tincturam filtra & vaporata aqua reduc in pulverem. Ex hoc cum ſpiritu vini extrahe tincturam, quæ inſtar extracti ſolis ſtaveat. Hanc filtra. Pulvis in filtro remanens datur à granis quinque ad decem ſummum. Tinctura vero filtrata per alembicum ſepties minimum cohobetur: deinde ex retorta in arena per gradus vel igne ſuppreſſionis diſtilletur, & prodibit *oleum antimonii dulce* cum ſtris ſplendidiffimis & pulcherrimis. Ab hoc tandem in b. diſtilletur ſpiritu vini, & remanebit in fundo *effentia antimonii* rubicundiffima & noctu, appoſita candela, inſtar carbunculi lucens. Hoc ſummum corroborans eſt, ſi à grano ad tria ſummum detur. Vide Rog. Baconem, ubi de oleo antimonii dolci.

§. 33. Vtraque hæc medicina contracturam in articulis ex arthritide factam feliciter curat, ſi, præmiſſis, quæ præmittenda monuimus, & diætæ recte inſtituta, quotidie vel alternis guttæ ſex vel octo tincturæ ſimplicis, vel una ſaltè exaltatæ, in diaphoretico in peracutis vel in mixtura ſimplici in auro exhibeantur, & ſudor ſimal vel in lecto vel in laconico provo-

ceatur. Quem tamen in declinatione contracturæ cum spiritu vini provocasse sufficit. Huic certe curationi nulla contractura arthritica resistit.

§. 34. Atque hoc modo arthritis curari potest, quæ nodos nondum fecit. Quæ fecit verò, præter ista requirit *externam* quoque curam, de qua vide quæ ad Crollium scripsi.

§. 35. *Externam* voco, quæ tophos resolvit & absumit. Quibus amovendis utut sudores sæpius provocati prosint: tamen & ipsis imponi debent, quæ gypseam illam nodorum materiam ab articulis eliminare queant.

§. 36. *Nodis* autem non minus inveteratis conducit hoc *emplastrum*. ℞. Vitrioli romani vel ungarici & aluminis rochæ ana selibram. Nitri uncias quatuor. Sine hæc vaporare leni in crucibulo calcinatione, donec spiritum odore perceperis: tum protinus remove ab igne & quum refrigerint, pulvera. Tum pulveris hujus & farinæ hordei par pondus accipe ac misce cum q. s. fæcis vini, ut fiant instar pulvis. Hanc vero linteo inductam, emplastri vicem nodis impone. Quum exaruit, nova vini fæce tempera, & imponetophis. Hoc vero continua, donec non tantum dolor cesserit, sed & tophi fuerint resoluti & discussi.

§. 37. Fit interim sæpe, præsertim ubi verrucæ & Scrophulæ in articulis apparuerint, ut hac curandatione simul cutis aperiatur. Quod tamen formidare non oportet. Postea enim vel sponte sua coeunt ulcera, vel cera saltem, emplastri vicem, superimposita, consolidantur, articulis denuo mobilibus & agilibus redditis.

§. 38. Quod si nimis inveterata podagra seu profusa nodosa fuerit, ab externa illa cura dolorum quidem

dem mitigatio speranda est, ipsi tamen tophi vix cedunt, nisi chirurgia accedat potentior. Tunc igitur hoc modo procedendum. ℞. Mercurii sublimati & artienici albi ana q. v. Misce cum aqua forti & fiat in modum pultis. Deinde, imposito prius emplastro basilico majore vel quo alio defensivo, aut sparadrappa, quod parvum medio foramen habet, pultis illius aliquid magnitudine lentis, supra foramen & rursus emplastrum huic imponatur ac relinquatur, donec cutis bene apperta sit, & tumor aliquis, atque eschara supervenerit. Hanc butyro insulso vel oleo rosacco emollitan remove, & impone attractivum specificum, quod nempe omnes tophos concretos in aquas resolvat & extrahat.

§. 39. *Emplastrum* tale est. ℞. Lithargyri auri, Japidis calaminaris, succini, magnetis, ana uncias duas. Pulvera omnia tenuiter, & coque in olei lini sesquilibra. Tum adde ceræ libram. Therebinthinæ selibram. Vernicis unc. quatuor. Coque iterum ulterius, donec inspissentur. Deinde adde opopanax, serapini, galbani, bdellii, ammoniaci aceto solutorum & colatorum atque ad consistentiam redactorum, ana sesquunciam. Tum coque leniter, & in fine adde mastiches, thuris, myrrhæ, aloës hepaticæ. pulveratorum, ana unciam, ac diligenter move spatula, & tandem malaxando in magdaleones redige, atque usui serva.

§. 40. Hoc modo infelix podagra prospere & facile curari potest, modo omnia prudenter & legitime fiant.

§. 41. In *externa* tophorum cura sæpius, quæ mundificant, quæque dolores mitigant, usurpanda sunt, insuper sudores à superioribus diaphoreticis provocandi. Et hæc est gemina illa cura, qua viginti-

quatuor agros nobiles & ignobiles, nullo alio remedio adhibito, me curasse affirmare certo certius possum.

Lepra.

CAP. CCXXXI.

Elephantia morbus est venenatus in terrena substantia, totius corporis naturam immutans. Quum terrenus ac melancholicus humor venenatam qualitate[m] asciuerit, eam mox tum visceribus, tum paribus omnibus impartitur, quae dein inquinata, terrenum quendam ac melancholicum succum vel ex purissimis alimentis gignunt eiusdem veneni participem quo partes imbuta ac nutrita tempore similem nanciscuntur naturam, fitque in eis elephantia totius substantiae morbus. Neque vero hic (quod plerisque visum est) cutem solam aut corporis summa, sed & inima quaque ossaque; ipsa inuadit & obsidet, quod omnia impuro fruantur succo. Quandam autem ipsa morbi qualitas ad totum corpus pertinet, praecipua tamen vis in iecore atque in liene residet, quae sua dein vitia corpori toti impertiunt. Elephantiam alij ab ortu, alij contagione, alij sponte proprioque vitio contrahunt. Ab ortu, qui ex elephantico parentum semine procreati sunt: atque si parentum alter quum genuit elephanticus erat, foetus quoque nascetur elephanticus: tanta est diuina illius procreatricis fucultatis energia, ut in semine intemperato ac prorsus impuro consistens, corporis partes singat vel ex impura materia. Si nondum elephantia parens quum genuit tenebatur, sed in eam dumtaxat erat propensus, filius eadem eate qua parens elephanticus euadet. Quorundam etiam lieris proditum est, mulierem qua instantibus aut profluentibus mensibus conceperit, foetum edere in
elephan-

elephantiam procliuem. Contagione vero sine concubitu, sine accubitu, sine assidua vite consuetudine, lues hac hominem adoriur, quod ex elephantico pernicio[s]a qualitas pariter cum humore transferatur in aliud corpus, sensimque irreat in omnes partes. Proprio corporis vitio inducitur, cum bilis atra plurimum exuperat, quae sensim ac tempore venenata labe inficitur. Nam veneni speciem in nobis sponte gigni posse, alio loco demonstrauimus. Exuperat autem quum vel sanguis, vel melancholia, vel bilis flaua supra modum torretur. Quocirca eos adoriri solet, quibus vel menses suppressi, vel varices, vel diuturna haemorrhoides curatae sunt: & eos qui bubula, ceruina asininaue carne vescuntur, ceterisque cibis glutinosi atque crassis: eos denique quibus vel iecoris ardor, vel vitus calidior bilem flauam cumulauit, quae diu cohibita degenerauit in atram. Quae mala quum non nisi florentis aut etiam proeclioris sint aetatis, elephantia nec pueros nec adolescentes sponte inuadet. Incipiente morbo viuus ille coloris flos perit, cutis decoloratior apparet, alius quidem nigricans, alius flauescens, alius albicans: unde nonnulli res elephantiae statuerunt pro coloris varietate differentias: hinc densior, durior, asperiorque reddunt, quum scilicet iam multo est humore perfusa. Talis vero praecipue conspicitur aut in facie, aut in manibus, aut in pedibus, natura quoad licet vitia propellente in corporis extrema. In his sensus torpescit frigusque perpetuum inest, maximeque in pedibus. Licet enim horum initio integer seruetur motus, stuporis tamen & frigoris sensus inest. Tñ teporis verrucæ plurima succrescunt, non in manibus solū, sed & in facie & in reliquo corpore, peculiare vero in lingua radice. Pedes, manus & facies tumet, in hisque varia prominent tubercula,

maximè verò in malis quæ exuberant livido tumore: labra inverteuntur, nares resina obstruuntur crassitie alarum, & rimis discerptæ crustulas nigras atque cruentas excutiant: oculi candidum flavescit, miraque crassitie quasi ungue obtegitur: supercilia pradura ac serè callosa atque etiam glabra. Ex his enim, quemadmodum & ex palpebris, & ex mento pili venenata qualitate imbuti desuunt, dum tandem horrenda evadat partium omnium deformitas. Manuum pedumque digiti siccitate debescunt, unguesque finduntur ac dilacerantur. Totius etiam corporis cutis arefcit atque facta siccæque scabie exasperatur, eadque interdum cum pruritu. Ipsa musculorum caro absuntur ac sensu liquefcit. Malo autem ingravescente pro stupore cutis sensus perit manente motu, ut ne infixa quidem acicula dolorem moveat, neque inspersa fervidior aqua exuat: vox è gutture rauescit, respiratio difficilior evadit, spiritus totiusque corporis exhalatio fetet, sordida virulentæque ulcera in manibus, pedibus & plerisque locis excavantur gravisque puredo omnia contaminat. Quæ ex urinis aut ex sanguine iradi nota solent, incerta omnino sunt atque fallaces. Est autem eo scior elephantia, quosigna graviora apparent: maximè verò quum non in summo dumtaxat corpore, sed & in ipsis quoque visceribus, in ossibus cæterisque interioribus partibus firmius inhaerescant. Non omnia tamen in omnibus, sed alia in aliis comparere solent.

§.1. Lepra curari an possit, subdubitatum est à multis. Elephantiasin quidem (quæ lepra incipiens vel aliquatenus progressa est, & nomen habet à squammis, quæ in superficie corporis extant) interdum curari posse, & dogmatici profitentur, & exëpla seu observationes testantur. Lepram autem proprie dictam

dictam & jam confirmatam sanari posse, id est, quod pernegant multi. Verumenimverò cum accusare naturam alicujus deficientiæ non liceat, utpote quæ divina potestate facta sit magnarum atque incredibilium virtutum arcanis, quidni his dextre cognitis & præparatis omnes morbos curari posse credimus & & ingenue profitemur?

§.2. Interea certum, quam multum quandoque spei in vulgaribus præceptionibus atque remediis reponitur tam nihil in ipsis auxilii deprehendi.

§.3. De leproforum vero examine vide sis Forcstum Observ. iv. 7. de curatione Palmarium in tract. de lap. philosoph. cap. ult. & Basil. Valentinum de tinctura cap. 6.

§.4. Morbo itaque ex signis omnibus perfecte cognito, curatio instituat per resolventia & mundificantia, sed inprimis per specifica.

§.5. Resolvent, quæcunque viscerum obstructiones expediunt, de quibus satis est in superioribus dictum. Sciendum vero, inter ea præcipuum esse tartatum vitriolatum.

§.6. Mundificant, purgans specificum, arcanum corallinum, mercurius dulcis, pilulæ antimoniales per secessum dumtaxat purgantes.

§.7. Specifica sunt, aurum potabile philosophorum, sive illud in quo medicina universalis later: tinctura antimonii vera, præsertim exaltata & ad summam spiritualem adducta: tinctura corallorum vera. Certe hæc, & singula quidem per se curare lepram perfecte queunt.

§.8. Quisquis autem istis caret, purgato corpore exhibeat viridellum sive vitriolum vulgare. Cujus efficacia non in præparatione, sed dextra exhibitione consistit. Sufficit enim viridelli uncias duas

dissolvissè in libris decem vini, ac filtrasse. Detur ejus femicyathus cum potu ordinario, & sæpius in die. Potus autem sit cerevisia vel, quod præstat, vinum, vel decoctum ligni sassafras aut radicis chinæ aut fragariæ ex aqua communi.

§. 9. Quum hoc uteris, subinde sudores remove per diaphoreticum in acutis sive potius tincturam antimoni. Qui, si difficulter se moveri patiuntur, spiritu vini in laconico promoveantur & cadent de facili omnes crustæ. Sed & purgationem repetere subinde oportet.

§. 10. Ceterum, quod dixi, præstat *specificum Viridelli crudi*, sive nullo modo præparati: quamquam in occulto sit, qua facultate id faciat. Verisimile tamen est, id à sulphure proficisci. Certe hoc & plurimum in vitrioli viridi & excellens est, ac proxime accedens ad naturam sulphuris antimoni, ex quo tinctura illa sæpius memorata paratur.

§. 11. Paratur autem ex hoc vitrioli sulphure nobilissima *essentia*, siquidem ante volatile factum seu embryonatum fuerit, de quo vide tractatum meum de Opio qu. 8. R. Sulphuris vitrioli narcotici sive fixi q. v. idque per se sine additamento sublima in humico cucurbita, sic ut paulatim in eam sulphur alembico ablato injicias & rursus imponas, atque ita continua donec post se relinquat omnes suas tæces. Postea ei dimidium talis tartari puri misce, & per retortam, igne suppressionis in sine dato, distilla & accipies oleum rubrum. Cui si assideris aliquid aceti distillati, descendit pulvis spadicei coloris, & spiritus talis tartari sese miscet cum aceto. Pulvis ille diligenter edulcoretur aqua frigida, & ex eo per spiritum vini in loco calido & vase clauso extrahatur dulcissima *essentia*. Quam olei instar post octiduum repeties super-

supernatantem spiritui vini. A quo eam separe & serva. Hæc dulcissima sulphuris vitrioli *essentia* æquipolet tincturæ antimoni, neque minus mirabiles effectus edic. Dosis est à grano ad quatuor in aqua melissæ aut petroselinii. Noxios humores totius corporis expellit, venerem stimulat, uterum rectificat, ejusque motus inordinatos sistit, & in utroque sexu prolificam vim feminis ad liberorum generationem operatur: quin & hydropem curat perfecte. Vius autem istius *essentia* aliquandiu continuandus.

§. 12. Post absolutam curam solet quandoque molesta cutis scabrities remanere. Quod fit à sale aluminoso sub cure relicto post digestam insensibiliter noxam. Exinde enim durior cutis & scabra remanet. Hanc vero uti *infectiones* ex mollificantibus egregie leniunt, ita penitus emollit & lævigat oleum viperinum vel colubrinum, si illi à balneo inungitur: præsertim si & admixta fuerit alterutrius senectæ pulverata, habet enim signaturam morbi. Confirmata est hæc curatio in tribus primariis personis.

Elephantiasis.

CAP. CCXXXII.

§. 1. Elephantiasis *curabilis* non est, quæ aut hæreditaria est, aut habitum occupavit, sic ut totus cancro videatur infectus. Curari potest, quæ vel ex contagio orta nuper incepit.

§. 2. Ut curetur autem, post institutam, victus rationem humectantem, statim æger *purgetur* chologogis eccoproticis, cassia, carthamo, diasebesten, aliis. Quod si indicantia jubeant, vena secetur.

§. 3. Deinde coquatur humor iis medicamentis, quæ ad melancholiam attenuandam & jecoris lenifi-

que obstructions tollendas præscribi solent. Deinde quæ educere tales humores possint, offerantur. Scilicet *apozemate* utatur, quod humores præparet, & tertio aut quarto quoque die *purgetur*, cum aliis, tum inprimis mercurio laxativo aut cum sole præparato.

4. 4. Quo facto accedendum ad ea, quæ hepatis intemperiem emendant; scilicet ad hepatica frigida & appropriata.

§. 5. Hinc ad ea, quæ corruptum corporis habitum corrigant. Inter quæ palmam meretur *viperarum* præparatio. ℞. tres vel quatuor vipers excoctas & abjectis, præter caput, cor & hepar, intestinis omnibus, inde ollæ vitræ, eamque sic operculo claudere, ut relinquatur exiguum in medio foramen. Tum leni carbonum igne supposito tamdiu sicca, ut in pulverem comminui possint. Si vis, idem & commodius fiet in furno vel arena. Hujus pulveris uncias duabus adde radicis angelicæ & valerianæ ana semidrachmam. Detur à semidrachma ad integram cum spiritus vitrioli guttis duabus, & sudet in lecto. Ceterum in defectu illius dari à semiscrupulo ad drachmam possunt trochisci de vipera communes aut saccharini Quercetani, vel etiam bezoardicum animi.

§. 6. *Potus* sit emulsio seminum melonis aut citrulli cum decocto sarsaparillæ, ita ut in aquæ libris duodecim coquatur hujus selibra.

§. 7. Sæpius quoque in die assumat alcohol serpentum & sacchari ana. Aut fiat *opiata* ex illo cum conferva rosarum & florum nymphææ ac corticibus citriorum conditis, eique addantur guttæ aliquot auri potabilis anglici. Vel sæpius exhibeatur mithridatum cæleste Quercetani.

§. 8. *Potui* vero, præsertim mane ac vespere, tum

scorum

scorum tum pro vehiculo medicinarum, dari vinum potest, in quo viperæ aliquot sola maceratione sunt consumptæ. Alij vipersas in spiritu vini relinquunt, & eximunt postea. Verum hoc parcius utendum.

§. 9. Toto autem curationis tempore agrum oportet à sale abstinere.

§. 10. Aliqui *curationem* sic instituunt. Post evacuationem tum universalem tum particularem, totum corpus inungunt hoc *unguento*. ℞. Terebinth, claræ, cerussæ subtilissime pulveratæ, ana sesquunciam. Vitellos ovorum sex. Aceti uncias duas & semis. M. f. a. Hoc cuti, prius lacte ablutæ & bene deterse, inungatur bis vel ter. Deinde ingrediatur in balneum siccum, & dum in eo est, *cucurbitula* brachiis & humeris ac supra genua applicentur. Hæc vero, *inuntio* inquam & *balneatio*, alternis diebus fiant, donec omnis scabies & furfures fuerint sublati, remaneatque cutis humida & arida.

§. 11. Tunc vero paratur hoc *unguentum*. ℞. Rad. althææ unc. duas & semis; helenij unc. duas. Pinguedinis porcine sesquilibram. Lithargyri auri, mastiches, olibani, sarcocollæ, myrrhæ, aloes hepaticæ ana drach. duas. Olei chamæmelini, anethini, laurini, ana unc. duas. Terebinthinæ unciam, Stryracis liquidæ, butyri recentis, ana unc. tres. Mercurij sublimati drach. tres. Cera q. f. s. a. unguentum. Postea ℞. hujus unguenti & olei laurini ana uncias quatuor. Stryracis calamitæ unciam. Misce & inunge eo totum corpus. Quod si nimis forte, erit adde olei laurini ad libitum.

§. 12. Si adsit *tinea*, evellantur prius capilli.

§. 13. Morbo curato, præsertim si diuturnus

fuit, duobus annis sequentibus, vere & autumnno, semper corpus optime purgandum &, si aliquid renascitur in aliquo loco, inungendus est locus posttiori hoc unguento.

Lues venerea.

CAP. CCXXIII.

Lues venerea est contagiosus affectus cum ulcere aut immani cruciatiu variis locis emergens ac sepe extuberans. Efficiens ejus causa, venenata est & maligna qualitas atque perniciosa labes, que in quacunque corporis parte primum infederit, eam contaminat, indeque continuatione in corpus omne spargitur, & ex parvo initio & quasi sicut abulo profecta, sensim invalescit & propagatur, dum non spiritus modo atque humores, sed & carnem & partes omnes solidas pervagetur. Neque earum temperamentum solum, verum etiam totam substantiam pervertit, vix ut vlla deinceps probo ac puro fruatur alimento. Hinc excrementorum proventus succrescunt, variaque vitiorum genera emergunt, qualia mox recensebo. Ea porro qualitas non simplex & solitaria est, sed in humore subsistit, quo ut subjecto quodam est vehiculo vitur. Neque qui jam inquinatus est alium haliu solo, sed liquore de se in alterius corporis partem epidermide nudatam ejecto contaminat: è qua malum prorsus initium sumit. Itaque venerea lues contagiosus est morbus, non sponte intimoque corporis vitio, sed attractu solo contrahendus. Nam quis ab ortu accepit, ea olim ex parentum contagione processit. Maxime autem venereo contrahitur concubitu, à quo & nomen juvenit: ejus frequentatione propagata est in hominum genus, atque ex vnius impuritate & inquinamento sensim in univrsam orbem est disseminata, miserabile scortatorum flagellum,

lum. Sapius ea è paribus obscenis incipit, licet interdum & ex aliis plerisque locis expulset, in quibus labes contagione fuerit aspersa. Inquinatur autem duntaxat vel purus ab impuro, vel impurus ab eo qui longe sit impurior, à simili vero aut à minus impuro nunquam. Eque impuros circa offensionem congregari licet, & uterque tamen puriorem allum congressu labefactat. Hauritur interdum lues è scorto, quod nondum inquinatum est, quum quis cum eo voluatur mox ab alio impuro scortatore. Impuritas non ex cute spectatur, quod sepe maximeque inveterata lue fermentum intus reconditum sit & abstrusum. Et hæc de causis & ortu.

Differentias ejus speciesque nonnulli, quibus symptomatum quam essentia major cura fuit, variis multiplicisque statuerunt. Vna tamen & eadem totius est essentia, sed variis distincta ordinibus, ut alia levior sit, alia gravior, Est & corporum in que illa incidit permagna varietas: ac utraque ex causa fit, ut lues alia levioribus, alia gravioribus symptomatis exerceat. Omnium levissima est ea species qua solum capitis, & barbae pili sensim circa aliam corporis offensionem destuunt. Ejus quippe virus in tenui quodam vapore consistit, qui in corporis summa effunditur ad illorum radicem: atque ut ephemera febris à purida, ita & hæc species distat à cæteris. Altera paulo deterior est, qua cutis univrsa crebris maculis minime extuberantibus conspergitur, iisque parvis lemiginis instar, ac modo rubris, modo flavis: que non ante deleri extinguive possunt, quam morbi radix sit evulsa, Hæc in tenuissimo sanguine virus habet, quam nulla graviora sequuntur incommoda. Tertia species gravior ac jam vera lues est hæc rubra aut flava pustula primum quidem circa frontem

tem ac tempora poneque aures, deinde in capite atque etiam toto corpore erumpunt & exuberant, rotundo schemate sicca sine pure: qua deinde sicca crusta obducuntur, atque si negliguntur, serpunt in ambium excavantque cutem, dum ex pustula verum ulcus evadat, quod fere virulentum est ac sordidum. Partes quæ ad podicem, ad nares, atque fauces sunt, quia tenelle, omnium prima exulcerari solent. Emergunt autem hæc, quum secur ipsum atque sanguinis humorumque massa labefactatur, à qua prolinus carnosæ mollesque partes detrimentum capiunt. Quarta his species succedit, quum jam invalescens lues solidas partes, ossa, vincula, membranas, ac nervos adoriunt. In his jam vitialis excrementa multa, crassa quidem & glutinosa pro partibus conditione, sed tamen maligna congestione cumulantur, quæ nonnunquam in tendones sapiunt inter ossa & periostia confluunt. Hæc quum vel membranam ab osse divellunt, vel eam malignitatis acrimonia feriunt, cruciatibus eicunt implacabiles, qui noctu fere ingravescunt. Ab his demum coagmentatis præduri topi cruciatu multo graviore succrescunt. Eadem porro quum in osse subsistunt, id amplificat, distendunt atque etiam exedunt, ut ejus super deprehensa sit monstruosa figura. Tandem vero corpus vigiliis, diris cruciatibus confectum, & anaphra marcescens vitæ destituitur. Longissime hi doctores distant ab arthritide, quod hæc brevi parvogue tempore exoritur, idque ex defluxione, qua repente in articulum incubuit. Dolores vero luis venereæ sensim multoque tempore procedunt ab eo excremento, quod pars male affecta paulatim congestit. Adhuc arthritidis aut in articulo, aut circa hunc consistit, si fixaque est. Dolores ex lue, non articulos; sed

medios

medios artus obsident, in quibus & plerumque thophi concresecunt, maxime vero in fronte & capite, in clavibus, in medio humeri osse, & in medio cubiti radio, & in parte priore tibia, nonnunquam & in aliis quoque ossibus. His ergo ex signis vnaquaque luis species dignosci percipique potest. Quum autem ex dubiis signis de lue ambigitur, ejus origo altius est investiganda, à qua parte initium habuerit. Etenim quoniam non nisi tactu contrahi potest, necesse est labes aliqua in ea primum parte comparverit per quam insertum est virus. Hæc enim prima se profert in partibus obscenis si concubitu, in summa cute si accubitu contracta est: in nutricum mammis si inquinatus erat infans: in infantis ore & faucibus, si nutritrix infecta. Emergunt autem in obscenis partibus pustula, ulcera maligna, virulentaque gonorrhœa, inguinum bubones. Sed hæc nisi altius inrosubeant nondum lues sunt venerea; sed rudimentum & veluti character ejus impendentis. Huc affinitate quadam attexendi videntur reliqui tum venenati tum contagiosi affectus, & quicumque virulentarum bestiarum iclibus insliguntur. At quoniam præcipua eorum cognitio ex causarum animadversione capitur, non ante duxi de his tradendum quam eorum curandorum ratio quoque subnectatur. In hæc omnem jam videor interiorum affectuum cognitionem contraxisse, quam tamen frequens inspectio contemplatioque rerum confirmabit. Confide etiam particularem singula me persecutum, nihilque recens emerfurum, quod non ex illorum observatione ac imitatione nosci percipique possit.

[Fernelius.

§. 1. Luem veneream frater Basilius Valentinus, qui Maximiliani tempore vixit, morbum militarem

novum appellavit. Ea vero, nisi se manifeste tuberculis & pustulis, quæ hinc inde per totum corpus, præteritum vero circa frontem & partes obscenas ac femora maximeque genua solent prorumpere, læpius occulta est, facileque imponit & facit, ut, quamvis recens, haut recte curetur, inveterata vero difficulter cedat. Accurato itaque judicio opus est. Hoc vero unice dependet ex confessione ipsius patientis. Medicus ergo sit in interrogando *πολιτρον* Θ , ne æger dissidat. Sunt enim præter illos manifestos gradus, quos Fernelius quatuor fecit, etiam alij, qui, propter communia cum aliis morbis symptomata, difficile cognoscuntur. Eos omnes & singulos significabit concubitus cum scorto. Quem si patiens fatetur, ut symptomata fuerint communia, recte tamen ut infectus curabitur.

§. 2. Quare pro infecto, etiam aliis signis non apparentibus, habendus est, cui dolores sunt in coxis & humeris & mediis artubus; præsertim à nocte concubia ad auroram exacerbantes: cui serpigine aut lichene infestato tota cutis, sed collo potissimum ac capite scabies & in ano mariscæ oriuntur: cui hæ vel condylomata adsunt juxta dolores supra propositos: cui fedæ verrucæ sunt in manibus pedibusve & labiis: cui post coitum urina vehementer ardet cum cambuca sive urethræ inflammatione & glandis exulceratione: cui eum pudendi scabie & bubonibus dolent artus: cui denique, licet istorum nihil adsit, dolores repetunt cum noviluniis, & tempestatum mutationibus, in artubus & capite.

§. 3. Morbo cognito deinceps, quamdiu duraverit, explorandum. Recens quippe faciliorem & breviorē: inveteratus contra diligentem & difficilem curam habet.

§. 4. Vtraque

§. 4. Vtraque fundamentum collocat in mercurio rite præparato. Opus tamen est vehiculis. Quæ suppeditabunt decocta ligni guajaci, cassias, & in pauperibus querni, radicis chinæ & sarsaparillæ: cujus capillamenta, cum sint potioris virtutis, male abjiciuntur. Sed & aqua, quæ ex *persicaria*, extremo septembri vel octobri collecta, distillatur per alembicum, hæc plurimum proprietate potest. vide Platerum de cutis defæcatione, & Conradi Med. distill. abide situpis & spiritibus.

§. 5. *Recens* malum, sive unius anni sic curabis. Exhibe primo mercurium dulcem à granis quindecim ad triginta: idque tribus diebus continuis. Ita tamen, ut ab initio dosis minor sit. Deinde dentur aliquot diebus decocta usualia cum hydroticis. Et mox, ut impuritates corporis penitus educantur, repetatur usus mercurii dulcis, ac tandem iterum ad hydrotica redeatur. *Hydrotica* sunt, spiritus guajaci, mixtura simplex, aqua theriacalis Crollii, arcanum *persicariæ*. lis

§. 6. In victu usus *sa* omnino concedendus, est enim conservator balsami nostri. Aceti se ægro licet æstate & horis meridianis committere.

§. 7. Si morbus erit inveteratus, nihil istis proficitur: quin validioribus oportet tum purgantibus aggredi curationem, tum sudorificis urgere. Inter *purgantia* principem locum tenent mercurius sublimatus Crollii, & arcanum corallinum. Quibus præmittere tamen *vomitivum* expedit, ut salvatio deinde facilius subsequatur.

§. 8. Sequitur enim, si tribus quatuorve diebus continetur purgantis mercurialis usus, sed minore primum, mox auctiore auctioreque dosi. Quam sequitur, res in vado est, utat sibi pessime habere

videantur. Neutiquam ergo inhibenda est : quin promovenda potius *masticatorio*, quod habet masticas scrupulum & mercurii dulcis à tribus ad octo grana, ac mellis q. s. ut in pastillos formentur. Ex quibus unum masticet quasi per semiquadrantem horæ.

§. 9. Quum jam satis larga *salivatio* procedit, omittere quidem purgationes, sed attendere protinus oportet ad exulcerationes oris, & ad hoc coluendum dare aquam salinam calidam. *Cibus* interea sint iuscula, & tantum.

§. 10. Cavendum vero, ut ne *salivatio* vel adstringentibus susflaminetur, vel cito nimis absolvatur. Non fiet, si in isto gargarismo continuabit. Tantum enim abest, ut fluxum impediatur, ut potius promoveat. Ne vero saliva per somnum devoretur, nodulus muria imbutus dentibus interferatur, ut ita, patente ore, colluvies effluat liberius.

§. 11. Quod si sponte *salivatio*, & cum ea symptomata cessant, probe peracta cura est. Sin minus, aut prædicta mercurialis mundificatio repetenda, ac *salivatio* instauranda, aut ad diaphoretica tantum, sed mercurialia progrediendum.

§. 12. *Diaphoretica* ista sunt spiritus mercurii albus & rubeus. Uterque fit ex mercurio sublimato, sed diversis modis.

§. 13. *Oleum mercurii album*. ℞. Mercurii sublimati optimi part. i. Terræ rubræ argillaceæ part. ii. Hæc tenuiter pulverata simul cum aqua communi ac forti agitatione misceantur in unam massam. Ex hac globulos fac, & exsicca diligenter in umbra, non in sole. Siccatos ex retorta vitrea, cui adaptaveris recipiens non admodum magnum, (spiritum enim paucum & invalidum dat) per arenam & igne pri-

mum

mum suppressionis, sed paulatim fortiore distilla : & prodibit spiritus egregius, ac in fine nonnihil mercurii sublimabitur. Quod relinquitur, cum recenti terra misce, & procede eodem in omnibus modo, ut prima vice : & sic totiens, donec omnis in liquorem subacidum abjerit. Quem in mundo & probe clauso vale serva. Hic suas vires nunquam perdit.

§. 14. *Oleum mercurii rubrum*. Sublimati optimi q. v. tere super marmore in pulverem impalpabilem, eoque cum pari pondere limaturæ martis reponere super tabula vitrea in cella, mensibus maio, junio & julio. Ubi intra aliquot septimanas resolveretur in oleum flavum, quod diligenter collige. Ex residuo, non calcinato, salem extrahe sine igne & uti ex matre ac mercurio extrahi solet, beneficio solius aquæ communis. Illud vero coagulatum cum oleo iunge, & fiet aurei vel crocei coloris. Hoc oleum cum sale suo distilla ex cucurbita humili (quo enim humiliora vasa, eo meliora) in arena, donec aqua clara ascendat : qua distillata, protinus ignem auge, & ascendet rubedo in alembicum instar croci. Quæ partim per rostrum alembici non nimis longum defluit, partim in illo hæret instar butyri. Distillationem ergo fortiore igne urge, donec nihil amplius in alembicum ascenderit. Vasis refrigeratis alembicum auferatur, & in cucurbitam phlegma prius distillatum funditur ita, ut quicquid rubedinis ad spondilia ejusdem fuerit sublaturum, possit cum ista aqua abluï & ei, quod in fundo remansit, iungi. Quo facto alembicus denuo imponitur, & repetitur distillatio. Alembico vix dum incalcescente à subtilissimis vaporibus illud, quod in eo continebatur, paulatim liquefcit & per rostrum rubicundissime extillat. Hoc summo studio colligendum & cum prius distillato oleo rubro

conjungendum. Quum vero nihil amplius rubicundi exit, remove excipulum, & in alio, veluti in prima distillatione factum, quod prodit, phlegma collige. Quo separato rursus auctiore ignis gradu rubedo colligenda est: quæ partim rursum extillat, partim in alembico detinetur. Ita vero totiens repetenda, quotiens opus.]

§. 15. Vtriusque diaphoretici magnus est usus, imprimis vero rubeci. Cujus gutta vel altera exhibitæ in aqua theriacali, mistura simplici, spiritu guajaci, cum debitis vehiculis, decocto chinæ puta vel aqua persicariæ aut tabaci, per sudores expellunt, quidquid in corpore noxium medicamentis aliis haud cedit. Certe ab hoc pustulæ cadunt, tubercula minuuntur, dolores sopiuntur, ac ulcera fœtida manantia exsiccantur & consolidantur. Si nihilominus resistunt leni illinitione ac ulumaceolo forinsecus tacta, feliciter curantur. Est & hujus olei usus in putridis ac fistulosis & profundis ulceribus: & in capite valde infecto. Vix enim semel aut iterum eodem oleo tacta, & sudoribus interim subinde provocatis, felicissime & brevi curantur. Nulla autem lues adeo inveterata est, quæ hisce non cedat, modo sudoribus sufficiant vires.

§. 16. Spiritus albi idem usus est, sed remissior effectus. Continuatione tamen malum superat ita, ut tandem omnia mitescant.

§. 17. Ab hæcenus igitur enumeratis lues venerea, etiam inveteratissima facile curatur modo recte omnia responderint. Nonnunquam vero, morbo curato, relictae symptomatum reliquæ, quia altius infixæ, subsidiarias etiam manus, & quidem dexterimas postulant. Hic itaque, si opus, aut prior methodus revocanda, aut alia in auxilium arceffenda.

Oportet

Oportet autem auxiliorum copia & varietate instructum esse Medicum: partim ut recte faciat, partim ut patientem honeste fallat: certe ut, quum vulgaria destituunt, generosis adjuver.

§. 18. Capitis itaque dolor si, inveterata lue, medicamentis non cedit, vel artuum dolores sæpius recrudescunt, maximopere confert hoc oleum mercurii diaphoreticum. Mercurii sublimati optimi q. v. pulvera & interne tabulis ferreis stanno obductis, & fac in cella liquefcat. Solutio distilletur cum spiritu vini, totiens cohobando, donec spiritus acescat, quem serva. Dosis guttæ duæ ad sex in decocto a liove vehiculo appropriato.

§. 19. Exterius applicatu nobile est emplastrum è ranis Joh. de Vigo. Cujus mentionem facit Platerus Observat. IIII. ubi de defœdatione pag. 679. Hoc emplastrum supra alutam extensum, capiti rasò applicandum est, & gestandum, donec dolores remittant. Sæpius tamen renovandum, quoniam ob madorem, quem extrahit ex capite, non nihil vitiat. Alia vero id genus emplastra videantur apud Practicos. Ea vero etiam doloribus artuum conveniunt. Balnea Rulandus in Curat. x. 2. parum juvare dicit.

§. 20. Faucium ceteraque oris ulcera mundificat & exsiccat gargarismus ille, quem exhibuimus cap. LXXXV. 3. Quo si nihil proficitur, aquarum viridium alterutra (cap. LII. 4. 5.) penicillus vel gossypium madefiat, & hoc loca ulcerata tangantur, & funditus mundificabuntur ac sanabuntur. Interdum tamen maligniora sunt, prout etiam hisce cedant, præsertim si profunda sint, & ad ossa palati pervenerint. Hoc casu præstantissimum est aurum solutum.

℞ Salis fusi & rochæ, ac nitri purissimi, ana

uncij

unciam. Auri foliati diuidium libellum. Tere simul ac diu in marmore, sensim instillando aliquot guttas spiritus vitrioli. Massam inde cucurbitæ parvæ & affunde spiritus vini ad eminentiam duorum digitorum. Relinque aliquandiu in cineribus, vase probe obturato. Postea parum bulliat, ut sales solvantur, spiritus vero flavescat. Deinde spiritum vini per alembicum ad siccitatem abstrahe, & affunde recentem spiritum vini, iterumque digere in cineribus. Tum vero spiritus hic aurum foliatum solvit, & sales relinquit in fundo. Hanc extractionem secundum, imo tertium repete, vel donec omne aurum solutum & extractum sit. Tum distillando rursus spiritum vini usque ad siccitatem abstrahe. Residuo affunde spiritum terebinthinæ clarissimum ad eminentiam unius vel alterius digiti, & in loco calido digere, donec, quidquid erat, solutum sit. Huic auri soluto intinge gossypium, eoque bis quotidie tange locum affectum, quem initio quidem rodere videtur, sed id brevi cessat. Simul autem utere gargarifinis laudatis, & videbis curationem speratam. Eadem solutio solis valet in ulceribus externis, quæ aliam sanationem non admittunt. Est enim incarnandi vis in mercurio insignis. Idem præstat *oleum commune*, in quo mercurius sublimatus rubeus bulliendo solutus est ita, ut ipsum interim nigerrimum evaserit.

§. 21. *Tophis* ossium aliisque *tumoribus*, qui ingenti & acerbo cruciatu plerumque noctu vehementius affligunt, multum emplastra supra enumerata profunt. Quædam etiam & egregia Platerus in Praxi III. pag. 505. recenset. Præstantissimum est hoc: *℞.* Unguenti aurei officinalis unc. tres. Mercurii sublimati unciam. Misce & cum panno lineo tumoribus superimponere per unum alterumve diem. Sed locum

locum affectum vino prius tubro lava: sic enim felicius topi cedunt. Qui si admodum inveterarunt, diutius continuare, non tam applicatione emplastri, quam inunctione oportet.

§. 22. Absumptis doloribus & tumoribus, locus affectus deinceps fovendus est linteo inuncto butyro non salito & ex vino loto. Sic enim non tantum tumor absimitur, sed & omnes humiditates vitiosæ ex toto, quod ab iis tumebat, membro extrahuntur, & ita quidem, ut deinde vix unquam aut raro tumor redeat. Quod si tumor his non cedit, aperiatur, exprimatur, mundificetur. Exemplum habui in nobilissimæ feminæ brachio.

§. 23. *Cutis desedationis* species pene innumerabiles sunt, & pro ratione subjectorum aliæ atque aliæ. Quæ etsi exhibitis mercurialibus plerumque cedant & sanentur: sæpe tamen altior morbi radicatio facit, ut ad validiora illis transire medicum oporteat.

§. 24. *Pustula ergo & exanthemata* sic curentur. *℞.* Mercurii vivi uncias quatuor. Lunæ uncias duas. Solve utrumque seorsum in aqua forti: solutiones conjunge, & distilla in arena igne valido per retortam vel cucurbitam. Distillatum rectifica leniter in balneo, donec nihil amplius progrediatur. Quod superest, serva. Huic liquori linamentum intinge, coque ea, quæ in cute effloruere, seu vesicæ seu verrucæ fuerint, semel aut, si opus, quotidie continge, & protinus nigrescent atque emorientur sales illi, in quorum corruptela vitium consistit. Tum relinque quatrimum, & sponte cadent crustulæ; butyro recenti tamen illinendæ, si sponte non cadant. Quam cecidere, locum saccharo saturni aqua rosar. soluto

illine aliquoties, octies aut novies, & una cum lituris evanescent rubear macula.

§. 25. Idem præstat *oleum aruginis* per deliquium. Aruginis part. i. & nitri part. i. i. misce & in catillo succende cum carbone vel papyro, donec deflagarit. Quod remanlit, deliquio solve in cella, aut ingere in vesicam suillam, quam diligenter clausam merge sub aqua, & cito dissolvetur. Dissolutam cola per gossypium. Hujus usus idem est cum superiore.

§. 26. *Scabies*, quæque huc pertinent vitia, ut & *fissura* in volis manuum ac plantis pedum, sic curantur optime. ℞. Axungia porcina q. v. misce cum oleo tartari per deliquium, donec fiat unguentum acre, quod gustu deprehendes. Hoc unge, ubi opus, mane ac vespere. Quo si parum profeceris, pro oleo tartari sume oleum vitæ. Si ne sic quidem profeceris, mercurii sublimati semunciam coque in aqua petlicaria aut plantaginis sesquilibra, & in vase terreo vitreato, donec plane solutus sit: postea cola & serva. Vtere ut unguento, & sanabitur. Hac aqua etiam hæmorrhoides cæcæ & in obscænis mariscæ illitæ exsiccantur & cadunt.

§. 27. Hæc vero notandum, ut ne, quod fieri à quibusdam Chymicis solet, mercurius cum spiritu vini inungatur. Sic enim & sanguinem inflammat, & à locis distantissimis ad cor venenum defert. Hinc vero spura cruenta, aliaque symptomata gravissima superveniunt: unde tandem mors.

§. 28. *Ulcerà* à lue venerea rectissime mundantur oleo olivarum vel, quod melius, papaveris expresso ac spiritu mercurii sublimati rubro imprægnato. Vel mundentur hoc unguento. Mellis optimi uncia lenitur in sartagine solutæ misce vitellum ovi ad duritiem cocti, semper pistillo agitando, donec

abeant

abeant in unguentum spadicum. Si acrius requiritur, admisce a scrupulo ad drachmam mercurii sublimati. Vtere. Cave vero ab ægyptiaco, seu quod ossa nigrore inficit & corrumpit.

§. 29. *Ulceribus mundatis* imponatur hoc *sarcoticum & epuloticum* præstantissimum. Lithargii optime pulverati uncias quatuor, & olei olivarum uncias octo coque leni igne usque ad brunitatem. Cocta sensim affunde & cochleari agitando immisce ceræ in alio vase liquefactæ uncias duabus, & ubi refrigere, forma in magdaleones.

§. 30. Quod si ulcera fuerint admodum contumacia, ut sæpe solent, fac hoc *emplastrum*. ℞. Lithargii uncias duas. Olei olivarum, & lini ana unc. tres. Coque ad brunitatem & immisce ceræ liquefactæ uncias duabus. Repone ab igne & adde pulveris myrtæ rubear unciam: lapidis calaminaris ac tutiæ non præparatorum ana uncias duas. Serva.

§. 31. Si neque huic concedunt, præstantissimum est, quod ℞. Aloes hepaticæ uncias duas. Croci martis semunciam. Thuris drach. duas. Mumia sesquidrach. Mellis unciam. Terebinthinæ semunciam, & ovi unius vitellum. Fiat unguentum.

§. 32. *Bubones*, quæ circa inguina existunt, simplicissimum habent curandi modum. Nempe maturandi sunt emplastro diachylon vel bubone. qui pridem siccatus, tum rursus aceto sic madefactus & sic tumori impositus: quo intumescente & remoto alius applicetur. Hoc fiat quotidie bis, donec remollescat tumor, tum scalpello aperiatur & , quod habet fluidi, exprimatur ac mox emplastrum opodeldoch applicetur. Hoc enim coire vlcus non sinit, priusquam omnia fundamentaliter fuerint sanata.

§.33. Ceterum in hac cura, ut & in cujusvis alterius symptomatis, nihil remittendum est de interiorum cura. Quin observatum est, sæpe ejusmodi tumores, solo reperito mercurio vel oleo ejus, in totum disparuisse: minera nempe mali per occultam mercurialem operationem funditus eliminata.

§.34. Est & inter luis symptomata *glandis viridis vesicula crystallina*. Quæ, nisi probe curetur, adferre mortem solet. Ferrum autem nequaquam patitur. Solus *spiritus tabaci* laudem hic invenit. Quo si quinquies summum contingitur, emoritur & penitus perit. Hoc autem fiat ægro jacente, nisi cadere convulsus velis.

§.35. Atque hac luem veneream curandi methodo se aliquot aureorum millia lucratum esse quis confessus est. Etiam mihi in tota praxi nulla curatio feliciter successit præ ista, quam in præsens candide & plene vobis communico tradoque.

§.36. Sunt interim & alii ab aliis modi excogitati. E vulgaribus sequens est probatissimus. Primo corpus purgetur apozemate aliquo aut opiata. Vulgo solent confectionem Hamech cum electuario diacarthami aut è succo rosarum ad uncias tres in decocto communi exhibere. Post purgationem incidatur vena, si adsit plethora, alias non. Deinde, ex mercurii vivi, sed in succo limonum aut, quod melius, terebinthina extincti, uncias duabus & axungia porcina recentis libra, facto unguento ungantur genua ac tibie, quin & spina, si vehemens motus est. Ungatur autem tribus primis diebus semel matutina quarta aut quinta: deinde bis, mane & à prandio hora tertia, idque altero triduo: rum rursus semel mane, donec ptyelismus obtingat. Quo facto, adhuc semel vel iterum ungantur. Ast illo liberaliter fluente,

abstine,

abstine. Cura vero, ut in lecto & hypocausto aut aliter bene calido & nulli perflatui obnoxio loco æger contineatur & custodiatur, quamdiu ptyelismus durat. Qui si ultra octavum aut nonum diem protrahitur, os laverur *gargarismate* ex adstringentibus, pilosella, myrtho, centinodio, balaustris, cui aliquid aquæ mortuæ & mellis rosacei sit admixtum. Aut solum aqua mortua decocto guajaci diluta.

§.37. Durante ptyelismo, quia gingivæ & os inflammantur, panem jure maceratum edat, bibatque guajaci decoctum secundarium. Abstineat autem toto curationis tempore à sale & salsis omnibus.

§.38. Cum fluxus cessavit, os & gingivæ bene extergantur, & à liquidis abstineat, atque elixis utatur, assumatque singulis diebus bis hoc aut simile *decoctum guajaci*. Raturæ ligni libram & corticum ejusdem uncias quatuor infunde in libris duodecim aquæ communis horis viginti quatuor. Coque ad medietatem vel, quod melius, donec tertia pars restet. Colaturæ sumat singulis vicibus tres ad quinque uncias. Magmati relicto affunde alias duodecim aquæ libras, & aliquantum coque, ut fiat *bochetum*. Huic potes addere aliquid cinamomi & liquiritiæ ac passulurum. Hoc decocto secundario utatur loco potus. Priore vero sudor provocetur, idque cum custodia, quam proposui. Ille vero ut melius prodeat, æger operietur bene, & ad pedes ei apponatur instrumentum ad hoc accommodatum cum prunis;

§.39. Interea quovis quinto vel sexto die *purgetur* electuario Hamech vel è citro, vel diacarthami aut è succo rosarum, si pauper sit; si vero dives, potest fieri situpus magistralis aut apozema. Nisi malit, & suffecerint initio cibi, fructus laxantes, ut pruna, ficutus, poma cocta.

§. 40. Si dolor adfit, parti dolenti applicetur emplastrum de ranis cum mercurio, ita ut hic pro vehementia symptomatis, usque ad quadruplum augeatur.

§. 41. *Ulcera*, quæ sunt, leniter inungantur aqua forti aut, quod melius, oleo sulphuris aut vitrioli.

§. 42. Quod si hæc cura, non placeat, nec æger ob negotia, residere domi possit, instituat talis. \mathcal{R} . Radicum acoti vulgaris, cichorii, oxylapathi, scabiosæ, betonicæ, sarsaparillæ, ana unciam. Passularum majorum drach. decem. Herb. cichorii, scabiosæ, bethonicæ, chamæpityos, pimpinellæ, ana manipulum: adianthi manip. semis. Sem. anisi & melonum ana sesquidrachm. Florum cordialium ana pugillos tres. F. in f. q. aquæ decoctio. In colaturæ libris duabus coque sol. senæ & sem. carthami confusa ana unc. duas. Hermodactylorum sesquunciam. Agarici trochiscati, epithymi. ana semunciam. Colaturæ immisce sirupi rosarum solutivi unc. quatuor: violarum ex multiplici infusione unc. tres. Mellis rosati colati unc. duas. Misce fiat apozema pro octo dosibus, sumendis singulis aut alternis matutinis, pro operationis ratione. Sumpto autem apozemate ante decimam ne surgat. Aut fiat tantum decoctum ex foliis senæ & hermodactylis ana cum parte dimidia radicis sarsaparillæ & paucis rosimarini.

§. 43. Tertio quoque die post & ante assumptionem apozematis deglutiat pilulam parvam ex terebinthina factam cum mercurii præcipitati vel rubei bene edulcati vel solaris granis tribus vel ejus. qui fit solutione in aqua forti & præcipitatione per aquam saliam, granis sex ad octo.

§. 44. A sumpto autem per octiduum mercurio,
detur

detur hoc \mathcal{R} . Radicis sarsaparillæ recentis selibram. Scobis ligni sancti unc. quatuor. Chinæ non rancidæ unc. duas. Infunde in aquæ libris decem horis viginquatuor. Deinde coque ad consumptionem duarum partium. Colaturæ hujus sumat uncias quatuor, cum olei sulphuris guttis seu, & sudet in laconico vel lecto. Sumat autem mane & tribus quatuorve horis à prandio, idque per dies decem, aut quindecim, si admodum inveteratus morbus sit.

§. 45. Interdum vero detur *bezoardicum minerali* ad sudorem liberalius provocandum. Cui etiam promovendo vel imprimis facit *laconicum*, si praesto est. In quod ingressus, sed ut respirare possit, ex lecto capite, fiat suffragium ex cinnabaris antimonii aut, eo deficiente communis drachma, styracis calamitæ nunciis duabus, sulphuris semuncia, olei ligni sancti drachma, aut therebinthinæ q. s. ut formentur in trochiscos. Postquam per horam optime sudaverit, ingrediatur in lectum optime calefactum & adhuc per horam dimidiam inibi aut, quantum vires permittunt, sudet. Hinc sudor omnis calidis linteis detergatur, & ipse ad consueta opera redeat. Optimum vero, ut sudet hora tertia post meridiem, & matutino tempore sumat decocti propositi haustum cum drachma alcoholis serpentum, de quo cap. xcviii. 8. Quovis autem quinto die purgetur panchymagogo nostro, eique, si necesse, mercurii dulcis quatuor grana addantur, aut etiam solo mercurio dulci.

§. 46. Utile autem erit, imprimis, si morbus sit inveteratus, ut emplastro Vigonis cum mercurio, tamquam thorace, muniat atque involvat pectus atque dorsum lumbis tenns.

§. 47. Si ulcera habeat, aut tophos, quoque gua-

jacum, donec decoctio, lactis instar fiat crassa. Quae expressa laventur mane ac vespere, & super imponatur emplastrum Vigonis cum mercurio duplicato aut triplicato, vel quae proposita supra. Quibus si non cedunt, bis quotidie praefumentur dictis trochiscis & curabuntur, aut praecipitatus tuber sive communis misceatur cum aegyptiaco, coque purga ulcera: aut aqua hac mercuriali lava. Mercurii sublimati minutissime in mortario triti semunciae affunde aquae plantaginis sesquilibram, & leniter in B. solve sic, ut sub finem bulliant. Deinde filtra ac effunde in patinam stanneam mundissimam & brevi patina denigrabitur. Quo facto, eadem aqua in aliam patinam mundam infundatur, donec prior a suo nigrore fuerit purgata. Quem cum & secunda contraxit, rursus aquam in priorem transfunde: idque per vices totiens repete, donec neutra amplius nigrescat, sed ambae maneant albae. Hoc vero decima aut duodecima vice fiet. Aquam, quae albi coloris erit, usui serva. Utere ad quavis, ubi etiam fuerint ulceratum venerea tum cancrosa. Quod si fortiorem desideras, sexies in patinas transfudisse suffecerit. Usus ejus est, ut saltem penicillo ulceribus illinatur.

§. 48. Propositam hactenus curam instituere oportet aere calido; saltem providere, ut ne in frigidum aeger egrediatur.

§. 49. Si recens morbus est, utatur apozemate dicto cum mercurio dulci, ut diximus. Deinde sudorifero singulis matutinis, sed absque sudoris provocatione. Tantum, illo assumpto, sese exerceat, & utatur decocto secundario in pastu loco potus. Purgetur autem quinto quoque die, ut dictum.

§. 50. Si gonorrhoea adest, utile erit exhibere praecipitatum viridem aut gummi guajaci. Quibus exhibitis

exhibitis propinetur terebinthina, aqua violarum, abluta cum vitello ovi & decocto sarfaparillae.

§. 51. Si virium imbecillitas adest, perlae solvantur in liquore acido guajaci, eaque solutio saepius a semisrupulo ad integrum offeratur. *Liquoris guaiaci* destillatio fit ex retorta lutata in aperto igne ad modum spiritus salis. Scilicet, apposito primum recipiente amplo, fiat lenis ignis, & distillabit liquor clarus. Hoc modo continetur ignis sex vel octo horis, Tum spiritus apparere incipiunt forma nubis. Tum ignem per gradus auge, & continua, donec omnes spiritus transferint. Cujus signum est, si recipiens, disparente nebula, incipiat clarescere. Liquor distillatus misceatur recenti rasurae ligni, fiatque pasta. quae secundum distilleret in B. per cucurbitam ad siccitatem. Distillatum rectifica, & exhibit primo phlegma insipidum. Quum guttae acidae stillare incipiunt, muta recipiens, & seorsum excipe liquorem acidum. In hoc perlas pulveratas solve sic, ut alibi in aceto juvenberis.

§. 52. *Praecipitatus viridis*, cui supra mentionem feci, sic fit. Solve seorsum in aquae fortis duplo hinc mercurii tres uncias, hinc veneris unam. Deinde solutiones conjunge, & ex ea arena per retortam distillando separa aquam fortem, sub finem vehementius ignem urgendo, ut maxima pars spiritum corrosivorum tollatur. Quod in fundo restat, tere, & cum aceto in cineribus per sex dies digere, ac tandem fac a liquidum ebulliant, ut potissima mercurii pars in aceto solvatur. Acetum eo impraegnatum decanta, & leni igne distilla ad siccitatem, & in fundo restabit praecipitatus viridis. Hic *specificum* est in gonorrhoea virulenta & lue gallica, si a granis quatuor ad octo exhibetur in conserva rosarum.

Scorbutus.

CAP. CCXXXIV.

§. 1. Scorbutum *livi venerea* subjungo, quod, sicut hæc jecur, ita ille lienem sibi sedem deligit, & ex ea totam sanguinis œconomiam inficit. de quo vide Reusnerum, Hofstium, & Sennertum. Vterque morbus videtur veteribus haud fuisse incognitus, quamquam symptomatis se gravioribus potteritati ostenderit. Scorbutus autem familiaris admodum est maris tum accolis tum incolis.

§. 2. *Causse* antecedentes sunt spiritus salini vaporosi & sulphure suo destituti, ab æstis è mari elevati, nec percocci. Quos dum maritimi & navigantium turba ad se inspirando trahunt, plerumque primum pulmones inficiunt. Hinc vero ad hepat & venam portæ derivatæ, ac tandem tartareis fecibus in splenem & vicinas partes residentes, non tatum substantiam splenis, sed omnes in ea venulas obstruunt.

§. 3. Hinc subsequitur melancholia, tristitia, virium imbecillitas, membrorum lassitudo, coloris viridi in lividum & luidum mutatio. Cutis duritiem contrahit elephantinam cum squammulis tenuibus ac siccis & præduris. Vertigo diu, vigilia noctu infestat. Neque somnus etiam quum dormitur, nisi cum anxietate & terrore capitur. Cor palpitat, & macies totum corpus consumit. Sæpe principio gingivæ contabescunt, cum masculis & lituris caruleis, in ambitu instar aphtharum albescuntibus. Vacillant dentes, & fauces male olent. Viris sperma fit aqueum & tenue, feminis menses aut subsistunt aut in florem album degenerant. Musculi & carnes, in se quasi cõsumptæ, subtili intus & mordaci humiditate percretantur. *Oeconomia ventriculi* vel maxime imminuta

imminuta vel prorsus læsa deprehenditur. Corpus exterius, præsertim ubi musculi sunt firmissimi, inficitur maculis cæruleis, subinde evanescentibus, & paulo post alibi apparentibus. Pedes sunt œdematosi cum fetidis ulceribus. Feminae morbum hunc ad annos vel viginti sustinent: masculi vero non ultra septennium aut octennium.

§. 4. Quoniam autem in hoc morbo obstructions interiorum viscerum, maximeque hepatis & lienis vigent, ante omnia illæ sunt removendæ. Quare primas primum vias tartarus vitriolatus, digestivi loco in jusculis aut decocto sumtus, expediat. Quas deinde specificum purgans plenissime liberat, si per aliquot continuo dies in extracto ellebori propinetur.

§. 5. In hac curatione prorsus à *mercurio* abstinendum. Etenim ad superiora ascendens fluxiones auget, & invalescere symptomata facit. Deinde obstructions non expedit.

§. 6. *Antimoniatæ* è contrario plurimum possunt.

§. 7. *Specificæ* sunt essentia & arcanum cochleariæ aut becabungæ, elixir proprietatis Paracelsi, tinctura vera, & inprimis lunæ: præsertim si scotomia fecerit debilem.

§. 8. Decoctum radicis chynæ, & pro ordinatio potu, & pro specificorum vehiculo datum, conducit valde. Pauperibus ligni sancti decoctum cum cochlearia offeratur.

§. 9. Felicissime totum negotium expedieris, si, post universalia, singulis diebus, mane specificis, vespere autem iurus cubitum aqua philosophica sive tinctura tartari spiritu vini extracta utatur ad guttam vel duas summum. vide cap. cxliiii. & notas ad Crollium.

§. 10. *Gingivarum consumptionem*, unde vacillare dentes solent, si generalis cura non tollit, aqua illa *viridis* adhibeatur quæ exstat cap. LII. 4. 5.

§. 11. *Ulceribus oris* confert aqua radices enulæ, & quæ post extremam specifici purgantis extractionem superest. de qua vide infra, ubi de Gangrana. Quæ vero in aliis locis orta sunt, propere eluuntur & foveantur decocto rubi idæi in vino.

§. 12. *Macule* sponte evanescent post bene correctum corpus, ideoque peculiari auxilio non egent.

§. 13. Hujus curationis methodus testimonio nititur aliquot nobilium Westphalorum, qui grati animi specimina mihi etiam nunc quotidie edunt. Ceterum, quia morbus iste, quos semel invasit, raro in totum deserit, capropter, ut ne clanculum repullulet, opus est, hinc restituri diætâ bona & custodia sui.

Febris.

CAP. CCXXXV.

§. 1. Febres *curare* quisquis recte volet, eum cavere oportet, ut ne, corpore non purgato, initium à *specificis* faciat: quin contra, præmissis, pro ætatis & sexus ac virium ratione, universalibus, tandem ad illa methodo deveniat.

§. 2. *Specificum purgans* omnium febrium, excepta Hæctica, est antimonium. Cujus flores rite parati quaslibet febrium impuritates è corpore eliminant. Ceterum flores illi rediguntur vel in oleum: vel in pulverem emeticum, præcipitati scilicet per aquam simplicem: vel in pulverem tantum per inferiora purgantem, præcipitati per oleum tartari. De quo quærunt aliqui, diu à præcipitatione relinquendum sit, an cito auferendum. Hoc malo, alias enim
anti-

antimonium figitur ninis. Vtervis autem pulvis, justa dosi exhibitus, medetur febribus tam intermitentibus quam continuis: præsertim, si mali minerram ex corpore extirpandam ratio suaserit.

§. 3. Quod si pertinaces viscerum obstructions *digestiva* requirunt, sint ea, tartarus vitriolatus, cremor aut spiritus tartari, spiritus vitrioli, aperiens Penoti, salis. His enim, in conveniente liquore datis, nihil est ad removendas obstructions utilius. Quibus expeditis prosperior deinde cura est.

§. 4. *Vomitio* si necessaria, recte ab initio fit per aquam benedictam: præsertim vero in iis febribus, quæ à ventriculo sunt.

Ephemera.

CAP. CCXXXVI.

§. 1. *Ephemera*, quæ in Hæcticam, sæpe transit, paroxysmo soluto, convenit egregie mistura simplex, ut morbi reliquiæ ex habitu pellantur.

Intermittens.

CAP. CCXXXVII.

§. 1. Febribus *intermittentibus*, quum in initio sunt, & malum in ventriculo stabulatur, nihil æque convenit, ac hoc, quod fit ex vitri antimonii, justo. si fieri potuit, tempore facti ac spiritu vitrioli albificati & pulverati semuncia, & sacchari canarij unciis quatuor, & farinæ triticeæ unciis quatuor, ac croci scrupulo. Hæc leni igne coque ex aqua communi ad similitudinem crassioris pultis: sed cave, ne sub finè aduratur. Quum fictioni apta erit massa fac, ex ea globulos. Qui diligentissime reconditi, servari quadriennium integri possunt. Dosis est, in pueris ad scrupulum, in feminis ad duos, in adultis ad drachmam.

drachmam. Datur autem, quamprimum se manifestare febrilis paroxysmus cœpit.

Tertiana.

CAP. CCXXXVIII.

§. 1. *Tertianæ curanda* viam feliciter aperiant pilulæ antimoniales, si & vomitum & secessum simul moverint.

§. 2. Post quas *specificæ* dentur. Inter ea est *aqua tabaci*. Quæ uno alterove cochleari exhibita tribus aut quatuor horis ante paroxysmum, vomitione facta (quam altis in morbis nequaquam movet) febrim prævenit.

§. 3. *Radix asari*. Quæ si à scrupulo ad drachmam cum malvatico, præsertim in quartana, sex septemve horis ante paroxysmum, cum sudoribus, sæpe & vomitu, motis compescit.

§. 4. *Alumen crudum*. Datur horis quinque ante paroxysmum à scrupulo semis ad integrum in decocto centaurii minoris. Cura ut sudores moveat. Hoc satis laudari in Quartana nequeo.

§. 5. *Sal apsinthii* vel *ostruui*. Cujus à semis scrupulo ad semidrachmam summum datur in aqua centaurii minoris ante paroxysmum.

§. 6. *Oleum piperis nigri* per vesicam eximium cordiale, dulce quippe & cum grata humiditate refrigerans. Dantur ejus guttæ tres ad sex in aqua tabaci aut centaurii minoris aliquot ante paroxysmum horis.

§. 7. *Testæ cochlearum*. de quo vide Crollium in specifico febrili.

§. 8. *Spiritus salis ammoniaci*. Qui guttis tribus ad octo datur ex aqua centaurii minoris aut cichorii, ante paroxysmum quinque vel sex horis. Superfudet.

§. 9. Inter *composita* est *aqua radices imperatoris*. Radices ostruui q. v. digere cum pari pondere vini generosi in b. sub alembico cæco. Distilla ex alembico per arenam; sed cave, ne sub finem empyreuma contrahat. Hujus da die integro cochlear jejuno, aliudque postero tribus ante paroxysmum horis, atque iterum tertio, &, si pote, sudet. Raro post hoc specificum paroxysmus redit.

§. 10. *Crollii compositum* ex oleo vitrioli & sale vel spiritu apsinthii datum cum aqua cichorii

§. 11. *Aqua formicarum*. ℞. Aquæ fragorum, centaurii minoris, ana lib. duas. Mellis totidem vel tres. Misce in cucurbita quasi ventre tenus curta, & aperitam sepeli in acervo formicarum sic, ut aliquantum summo extet & formicæ confertim admodum in eam irruent, allecæ scilicet dulcedine mellis. Postquam satis earum ceperis, tolle vas tuum, & agitando formicas, misce liquori. Distilla deinde mixta per alembicum ex cineribus, &, quam accipies, aquam diligenter serva. Detur ejus semicochlear summum in paroxysmi principio. Ceterum, quia adinstar aquæ tabaci vomitum in febrientibus ciet, antequam exhibeatur, dispiciendum est, eumne aut facere oporteat, aut ferre æget queat.

§. 12. *Sal centaurii minoris*. ℞. Salis centaurii minoris probe facti drachmam. Conf. rosarum vitriolatæ & violarum ana unciam. M. & exhibe ejus quotidie bis drachmas duas: inprimis ante paroxysmum duabus tribusve horis. Datur etiam vesperti. In usu perge, donec declinet febris.

§. 13. *Mixtura simplex*. Detur quatuor horis ante paroxysmum: aliquando & intermediis.

Quartana.

CAP. CCXXXIX.

§. 1. *Quartana ludibrium* Medicorum, ut dicitur, ita & esse solet, nisi convenienter tractetur. Quamvis enim recens, haut facile se tamen patitur domari. In curatione autem quartanariorum attendere vel imprimis ad naturam oportet. Ea enim multis est talis, ut etiam lenissima quæque medicamenta non ferat.

§. 2. Quamobrem *purgantia* caute admodum offerenda sunt. Inter ea *extractum ellebori* & *pilulæ antimoniales* per secessum tantum moventes, blandissime hujus febris minervam exigunt; præsertim siticens fuerit, aut sua sponte jam declinet.

§. 3. *Vomitus* in hac febre nihil prodest. Quamvis enim primam regionem utcumque expurget, non tamen attingit, quod febrem continet. Certe sufficit una vomitio.

§. 4. Sed & *Paracelsi purgans specificum*, est *Quartanam* non tollat, tamen in signe aperitivum est, si ejus aliquid misceatur cum ceteris digestivis. Quin, si sæpius cum extracto ellebori equali majoreve quantitate & justa dosi offeratur, febrilem minervam paulatim consumit. Certe aliud purgans dari in *Quartana* feliciter non potest. Nam & obstructions feliciter aperit, & alvum leniter subducit, febrimque simul tollit. Huic paria facit extractum lapidis lazuli de quo cap. v. 4. In quorum usu, cum non facile etiam repetitis cedat febris, omnino sic pergendum est, ut ad specificatandem devenias. Quibus usus pridiana sese cæna absteineat. Expedi autem *lieni impostum* habere emplastrum ex *gummi ammoniaci*.

§. 5. Inter

§. 5. Inter *specificæ* (quæ dari omnia paulo ante paroxysmum debent) est *oleum myrrha*. Dentur guttæ quatuor ad octo in vehiculo convenienti.

§. 6. *Succus nasturtii aquatici* cum ana acetum mixtus &, si ferre possunt, cum oleo communi temperatus. Dantur cochlearia duo vel tria cum guttis quatuor ad octo spiritus salis apsinthii aut ipsius salis toridem granis, aut spiritus ipsius apsinthii. Hoc reperi terque quaterque debet, etiam cum paroxysmus emanet.

§. 7. *Pulvis viperarum*. de quo cap. xcviij. 8. dosis est scrupulus ad semidrachmam, sed observatis, jamjam dixi.

§. 8. *Oleum caryophyllorum* à guttis sex ad octo in conserva vel sirupo datum incipiente paroxysmo. Vel detur cochlear succi è sedo minore expressum: vel infusum asari. Solent autem in quartanis vehementissimi subinde dolores esse in dorso, in vigore non tantum, sed & remissione. His mederi oportet hordeo ex aqua ad crepaturam cocto, & oblongo sacco indito, & ante ac post paroxysmum toti dorso calide applicato.

Hætica.

CAP. CCXL.

§. 1. *Hæticæ* eadem conferunt, quæ pulmonum exulcerationi, cujus esse comes individuus solet. Conferunt autem humectantia & refrigerantia, non accidentaliter, sed essentialiter. Ad ista, præter sales corallorum & perlarum, multum balnea dulcia, ad squalidum corporis habitum reficiendum, valent.

§. 2. *Lac asininum*, calide sumtum, mirifice restaurat.

§. 3. Sunt & alia quamplurima apud auctores, qui consulantur.

Febris composita.

CAP. CCXXI.

§. 1. Febres *compositæ* curantur more simplicium, ita tamen, ut purgantia sint leviora.

Quotidiana.

CAP. CCXXII.

§. 1. Febres *quotidiane* puræ maxime hospitantur in ventriculo. Earum ergo cura vomitione, præsertim repetita absolvitur: præsertim per aquam benedictam.

§. 2. Deinde *corroboretur* ventriculus conserva acetosellæ, rosarum, menthæ, similibus, sed suaviter acidis factis admixtione spiritus vitrioli.

§. 3. Reliquum *diata* absolvit. Nisi quod interdum opus sit expurgatis quibusdam imputitatibus viscosis & lentis. Cui sane conferunt panchymagogum vegetabile, purgans specificum, & inprimis antimonium per secessum purgans.

Maligna.

CAP. CCXXIII.

§. 1. Malignas *febres* dicimus quascunque affectiones epidemicas à prava vel aëris constitutione, vel eorum, quæ edimus bibimusque, conditione natas. Tales sunt petechiales, ungaricæ, catarrhales, & ex ardentibus illæ, quæ magnam Europæ partem hæcenus exercent.

§. 2. In istis curandis feliciter invenire modum non est, quam qui à vomitione incipit, & per media necessaria tandem in confortantibus desinit.

§. 3. *Vomitorium* sit aqua benedicta. hujus enim usus merito hæc præ aliis laudatur.

§. 3. De

§. 4. De *venæ sectione* quam adeo multi reformidant, alibi à nobis disputatum est. Summa est, ut in plethoricis non omittatur, in biliosis non admittatur. vide Rulandum & Conradinum de Morbo ungarico.

§. 5. Inter *roborantia* vel præcipuam est apud exturionibus cornuum cervi. de qua revise ad I. cap. v. 16.

Methodus generalis curandi febres.

CAP. CCXXIV.

§. 1. *Febrium curandarum* generalis methodus est, ut statim in principio, si continua est, emolliente ac refrigerante *clystere* præmissa, *vena* aperiat, seu mane, seu ante vesperam, prout occasio tulerit.

§. 2. Deinde singulis diebus offeratur *Inlapium refrigerans*, ex decocti refrigerantis uncias quatuor & siropi violarum aut cichorii uncias duabus. Aut ℞. Aquarum endiviæ, cichorii ana selibram: rosaceæ uncias quatuor. Salis prunellæ drachmam. Siropi nymphææ, vel violarum, aut è quinque radicibus ana sesquunciam. Misce. Vel ℞. Rasuræ cornu cervi uncias duas. Coque ex aqua hordei vel papaveris ℥. q. Decocti libris tribus adde siropi è tussilagine, & prassio, ac capillo veneris, ana unciam. Spiritus cordii sine additione guttas octo: vitrioli guttas sex. Misce. Sumat ex istis q. v. Memineris, post purgationes universales licere illis addere sacchari saturni à granis sex ad semiscrupulum.

§. 3. Altero post venæ sectionem die detur *apozema* aliquod aperiens & laxans, aut, quod haut incommodum, purgetur infusione rhabarbari vel extracti panchymagogi. Vel fiat siropus magistralis

E c

naturæ patienti & humori peccanti accommodatus;

§. 4. Hinc per duos dies mane & tribus horis à prandio utatur *apozemate* aperiente & laxante. Die quinto iterum purgetur, sed habito respectu ad dies criticos.

§. 5. Si sic febris non remittat, iterum *vena* die octavo aperiatur, atque interim continuetur in usu julapii. Cui recte miscentur aliquando guttæ aliquot spir. vitrioli aut tartari, vel succi limonum depurati uncia.

§. 6. Si vires labant, detur subinde aliquid confectionis alkerimes, aut hyacinthorum cum sirupo è limonibus & aqua aliquacordiali. Potest etiam fieri *opiata*. ℞. Conservæ nymphææ, rosarum cichorii, ana unciam. Salis perlarum & spiritus vitrioli ana semiscrupulum. Sumat ad libitum. Interdum vesperi, præsertim diebus criticis, offerri cum dictis confectionibus possunt grana sex lapidis bezoar, aut semidrachma aquæ è typhis cervorum. Quin, à julapio si abhorret, ptisanæ licet rasuram cornu cervi incoquere. Quam si rubelli instar rubentem desiderat, adde radicis acetosæ q. pl. Sed tunc pro glycyrrhiza addere passulas aut jujubas oportet. Radices autem relinqui in decocto debent, donec refrixerit.

§. 7. Interdum magno commodo sudor excitatur, dato aut lapide bezoar, aut antimonio diaphoretico, aut bezoartico minerali. Inter sudandum vero, & postea bibere liberalius de julapio oportet, quod habet salem prunellæ aut spir. vitrioli sulphurisve ad gratum acorem.

§. 8. Si *lingua ardet*, mucilaginem è semine cydoneorum aut granatorum vel salem prunellæ aqua solutum ægrote teneat. Vel comedendum detur malum granatum.

§. 9.

§. 9. Si *lingua valde nigra* est. convenit aperire venas sublinguales.

§. 10. Si *febris est intermittens*, prodesse eadem possunt, sed variata pro materiæ & morbi conditione, neque neglecto, quum opus, vomitorio ex infuso florum aut vitri antimonii vel vitriolo albo.

§. 11. Hinc sine omni coctione medicamentis paulo fortioribus purgetur. Quæ, ut in aliis semper, eo modo offerri debent, ut ante paroxysmi accessum operationem suam perficere possint. Verbi gratia, si accessus sit matutina nona, detur purgans nocturna tertia, & sic in aliis.

§. 12. In fine paroxysmi sudor, qui ut plurimum tunc sponte solet prorumpere, ut largius fluat, bene æger & operiatur, & bibat ex julapio suo.

§. 13. Si non purgetur, semper hora ante paroxysmum sumat julapii cum duplo salis prunellæ, quantum voluerit, & minimum sex uncias. Quod si hoc nolit, detur emulsum.

§. 14. Altero purgationis die, si vires constant, si non, tertio vena secetur.

§. 15. Si his ad tempus continuatis non cedit febris, utile est sub ipso horroris initio exhibere de his *pilulis*. ℞. Vitri antimonii per se facti & tenuissime pulverati semunciam. Sacchari canarii unc. tres. Farinæ tritici unc. quatuor. Croci ad scrupulum. Coque in aqua communi leni igne ad spissitudinem micæ panis, ut fingi in globulos queat: sed cave, ne in fine aduratur. Detur ex his à scrupulo semis ad integram pueris, à scrupulo autem ad duos adultis. Aut detur semicochlear *aqua* hujus *febrisfuga*. ℞. Aquæ centaurii minoris & fragorum ana lib. duas. Mellis

Ec 2

lib. quatuor. Misce & præpara porro, uti est in notis ad Crollium.

§. 16. *Aqua alia*, in quibusvis febris. Fac ex libra nitri & semuncia sulphuris lapidem prunella, eique sub finem adde salis ammoniaci etiam semunciam. Tum hujus unciis duabus adde aquæ cardui benedicti libras quatuor, & olei sulphuris scrupulos duos. Misce, & hujus unciæ quatuor sæpe vesperi exhibeantur.

§. 17. Vidimus per sudorem curatos quibus datus esset tribus ante paroxysmum horis aut sal apsinthii à scrupulo ad semidrachmam cum spiritus vitrioli guttis sex & aquæ cichorii ab uncia ad tres, aut spiritus tartari vel salis ammoniaci (de quo vide cap. cxxv. §. 5.) à guttis sex ad octo cum q. s. aquæ centaurei minoris aut decocti cichorii. Nota vero iterandum esse dosim, si prima vel secunda vice non fecerit facie. Multum quoque valet specificum febrile Crollii, quod ex conchis, si à scrupulo ad duos detur in haustu vini.

§. 18. In omnibus vero istis febris non intermittenda *epithemata* cordi, hepatis & testibus applicanda, de quibus vide Practicos.

§. 19. Tandem notetur, quod in omnibus intermittentibus diuturnis ad antimoniata & mercurialia confugere liceat. Latet enim illorum fomes cum alibi tum maxime in mesenterio. Unde nisi uno è dictis medicamentis, quæ penetrare per omnia solent, educantur, vix unquam fomitem recte expelles, nisi longo tempore.

§. 20. Sublatis obstructionibus convenit offerre duobus diebus continuis bezoarticum minerale, & supersudare.

Pestis:

Pestis.

CAP. CCXLV.

§. 1. *Pestis præservativa* ubique plurima describuntur. Verum, quam quis se non satis secure queat illis credere, vel ex eo patet, quod pestis adoriatur æque eos, qui etiam pretiosissimis utuntur, quam qui nullis, aut certe vulgaribus, ut zedoaria aut rhabarbaro. Sunt aliqua tamen, in quibus & ad præservandum & ad curandum est prætidii, de quibus vide Ioh. Reylingii *Ideam loimodem*.

§. 2. *Specifica varia sunt*, & inter ea excellentia, elixir pestilentielle Crollii, antimonium diaphoreticum solare, sol transparent, panacea ex sulphure antimonii, de quo vide in notis ad Crollium ubi de Bezoartico minerali: bezoarticum animale, & pulvis Ducis Saxonix in Pharmacopœa Augustana.

§. 3. *Spiritus vini camphoratus*. In spiritus vini optimi libra solve camphoræ, ætate quidem scrupulos vigintiduos, hyeme vero triginta duos. Tum in eo suspende croci optimi semisrupulum in nodulo, & fiet aurei coloris. Serva in vitro capaci & bene obturato, sed quinta vel sexta parte vacuo. Utere ex præscripto germanice edito Ann. 1623. quum pestis grassaretur.

§. 4. Eiusdem virtutis est *oleum pestilentielle*, compositum ex oleo camphoræ, caryophyllosum & sale apsinthii. vide Beguini tyrocium in fine.

§. 5. *Elixir pestilentielle*. ℞. Boli armenix, terræ sigillatæ, sigilli Salomonis, helenii, tormentillæ, pimpinellæ, angelicæ, ostrutii, seminis etucæ, theriacæ optimæ, ana semunciam. Caryophyllorum, ligni aloes, cinnamomi ana drachmam. Santali tubri

scrupulum. Spiritus vini mensuram, Macera & distilla s.a. ex cucurbita in B. Datur, præservandi causa, semicöchlear jejuno; curandi vero, cochlear integrum vel q. s. sudoribus movendis. Quibus etiam motis, tamen iteranda dosis post octo præter propter horas totiens, donec nullam amplius anxietatem sentiat.

§. 6. *Unguentum cordiale.* ℞. Vini malvatici unciam. Succii citri sesquunciam: salvia, olei juniperini, ana semunciam: amygdalini dulcis, aquæ theriacalis, ana unc. duas. Mithridatii optimi, theriacæ Andromachi ana unciam. Misce & in vase vitreo in arena leniter solve. Dein colaturæ adde olei scorpionum unciam, & ceræ parum, atque iterum leni igne diligenter agitando misce; ac tandem, additis extracti nostri pestilentialis sesquidrachma, olei amygdalini dulcis drachma, citri scrupulo, & zibetæ semisrupulo, redigantur omnia in formam liniamenti.

§. 7. *Extractum pestilentiale.* ℞. Radicis angelicæ, imperatoricæ, zedoariæ, helenii, valerianæ, vincetoxici, ana semunciam: tormentillæ, dictamni cretici, sentranæ, petasitidis, morsus diaboli, pimpinellæ ana unciam. Seminum levistici unc. tres: angelicæ, melissæ, ana drach. duas: citri drachmam. Granorum juniperi manip. duos. Summitatum veronicæ, melissæ, scordii, scabiosæ, cardui benedicti, ana sesquimanip. Florum hyperici, verbasci, ana manip. Infunde in l. q. spiritus vini in loco calido & vase bene clauso, fiatque lege artis extractum.

§. 8. *Spiritus salis dulcis.* Spiritum vini & salis pari mensura simul ter aut quater distilla per alembicum, & unientur inseparabiliter atque dulcescent. In hujus aliquota parte tantum sacchari cantii albi-

mi solve, quod satis, ut fiat instar electuarii. Detur singulis diebus drachma jejuno. Resistit putredini & ventriculum cum visceribus reliquis in dispositione optima conservat.

§. 9. Huc & *diuretica* refer, de quibus initio dictum est. Nam & ea faciunt ad curationem & præservationem pestis.

§. 10. Sunt qui *amuleis* & *periapis* multum tribuunt, neque forsitan præter rem, vide notas ad Crollium & tractatum meum de peste, ubi plurima id genus reperies.

§. 11. In peste correptis commendant nonnulli saltem ex sarmentis vitium, sed plurimis solutionibus & coagulationibus depuratissimum. Hujus scrupulum in vino vel qua aqua pestilentiali exhibent circa ipsa contagionis initia.

§. 12. Alii post tres quatuorve horas exhibent *antidoti colubrine* communis à scrupulo ad semidrachmam. Quod ut ad sudores proliciendos efficax est valde, ita sine sale prorsus inefficax. Certe aliqui nullam pestem tam formidabilem esse affirmant, quin eo antidoto saltem ad emunctoria extrudi possit; præsertim si, post operationem debitam, confortativa accesserint.

§. 13. Ad *apostemata* seu *ulcera pestilentialia* primo extrahentia, deinde resolventia, denique consolidantia requiruntur.

§. 14. *Extrahunt* bufones siccati. Hos oportet caput perfosso exarefacere, aridosque per acetum ducere ac complanare, & cum voles uti, ventre suo imponere tumori pestilenti, & integra cate. Venenum attrahere ex eo liquet, si paulatim tumescant ita, ut tantum non ruptum iri credas, vide Paracelsum de peste ad Sterzingenses. Sic & elixir pestilentiale

Crollii, tumoribus illitum, insensibiliter venenum extrahit & dissipat. Idem facit à theriacæ extractio-
ne relictum magna, & oleum juniperinum factum tin-
ctura sulphuris à se extracta.

§. 15. *Resolventia* seu *maturantia* quoque varia sunt. De quibus notandum, ut ne ullam veneno oc-
casionem dent ad recursum. Quod quia *cataplasma-
ta*, præsertim humidiora faciunt ut plurimum, præ-
stat non adhibere, & hoc modo procedere. Locum
affectam illine butyro vel oleo antimonij ad latitu-
dinem nummi, & relinque donec exsicceetur locus.
Tum impone hoc *ruptorium*. ℞. Olei lini, chama-
melini, ana drach. duas. Croci drachmam. Vitellos
ovorum duos. M. fiat unguentum. Hujus aliquid
applica calide & sæpe reitera, donec, quod brevi fit,
rumpatur ulcus. Hoc mundifica mundificatio il-
lo, quod exhibuimus, cap. cxxiii. Mundificatum
vero consolida emplastro opodeldoch: non prius
tamen, quam omne venenum radicibus sit evulsurum.
Prius ergo utere hoc *emplastro*. ℞. Cerae libram.
Resinæ albæ unc. quatuor. Terebinthinæ laticæ
unciam. Olei bufonum, scorpionum, ana unc. duas.
Styracis liquidæ drach. sex. Succi chelidoniæ unc.
quatuor. Pulv. aristolochiæ rotundæ semunciam.
Gummi ammoniaci aceto soluti & inspissati sesquun-
ciam. Myrræ, sarcocollæ, ana drachmam. F. s. a. em-
plastrum.

§. 16. *Oleum bufonum*. Olei olivarum selibræ in
fartagine ferventi injice octo vel novem bufones, an-
te ligno transfixos & in aere siccatos. Relinque ali-
quandiu, & ubi refrixerint, cola & serva.

§. 17. *Emplastrum rumpens* aliud. ℞. Magnetis
semunciam. Terebinthinæ, olei scorpionum, ana un-
ciam. Mastiches, succini, myrræ rubræ, sarcocollæ,
gummi

gummi ammoniaci, cantharidum præparatarum ana
drach. duas, Resinæ uncias quatuor. Cerae libram.
M. f. s. a. emplastrum. Quod super alutam extensum
& ulceri applicatum emollit & rumpit.

§. 18. *Opodeldoch* facillimæ præparationis nec ta-
men minoris virtutis, quam Crollianum aut Wurt-
zianum. ℞. Galbani, opopanacis, ana uncias duas.
Ammoniaci, bdellij ana unciam. Macerentur in ace-
to diebus quatuordecim aut pluribus: melius enim.
Deinde cola & coque ad crassitiem mellis. Tum li-
thargyri pulverati libra in olei olivarum libris dua-
bus leni satis igne bulliat, atque interim spatula sem-
per move, donec acquirat colorem spadiceum. Re-
move ab igne, & paulo post adde ceræ libram, &
agita donec liqueat. Liquefactis adde præparata
gummi, deinde olei laurini unc. tres. Quibus s. a. mix-
tis & ab igne remotis paulatim immisce pulverem,
qui constat ex Croci martis, mumie, magnetis, magi-
sterij corallorum rubrorum & alborum ana semun-
cia: lapidis calaminaris, myrræ rubræ, thuris mascu-
li, mastiches, aristolochiæ rotundæ ana unc. duabus.
Denique admisce balsami seu olei succini in distilla-
tione postremo loco prodeuntis drachmam. Quum
vero pene reflexerint forma magdaleones cum oleo
hyperici.

§. 19. *Anthraces pestilentes* diligenter tractandi
sunt. Methodus esto talis. Carbunculi halonem tam-
diu circumducto eleganti saphiro tange, donec li-
velcat. Gemmam in terra si sepelias, vires recipit.
Deinde anthracis apicem illine butyro antimonij &
junge unguentum ruptorium, & paulo post excidet
totus carbunculus. Deinde impone emplastrum at-
tractivum magneticum vel unguentum mundificati-
vum compositum, & tandem opodeldoch, ut locus
consolidetur.

§. 20. *Magnes arsenicalis.* ℞. Antimonij crudi, sulphuris flavi, arsenici albi, ana drach. duas. Quæ subtilissime pulverata indantur cucurbitæ & in arena, ut artis est, igne dato colliqueant tandem, donec immisso stilo ferreo materia adhaerit, & instat terebinthinæ ductilis ac coloris subobscuræ rubei, & vase refrigerato, cum eximitur, dura instat picis est. Hic magnes arsenicalis non est amplius venenatus: quin sine omni noxa dari animalibus potest. Est & insigne cauterium potentiale, operans sine vlla vel inflammatione vel corrosione dolorifica. Vfus ejus in peste est, ut periapti vicem collo appendatur.

§. 21. *Emplastrum magneticum arsenicale.* ℞. Terebinthinæ laticæ & ceræ, ana semunciam. Gummi sagapeni, ammoniaci, galbani, magnetis, arsenicalis, ana drach. tres. Olei succini drach. duas. Terræ vitrioli optime lotæ drachmam. Gummi in aceto scyllino soluta & per linteum colata tandem bulliendo inspissa, donec acetum fuerit consumptum & ipsa ad priorum consistentiam redierint. Deinde seorsum ceram & terebinthinam liquefac & ab igne repocita tandem agita, donec spissa instat unguenti fiant. Tum adde gummi & magnetem arsenicalem cum terra vitrioli & oleo succini, cumque refrixerint, forma cum oleo scorpionum in magdaleones, & serva. Hoc emplastrum carbunculis pestilentibus applicatum subito eos rumpit & venenum ex imo instat magnetis potenter attrahit, nec apertum ulcus coire patitur, ante ejus perfectam extractionem.

§. 22. *Terra vitrioli* sic fit. Vitriolum cum sale ammoniaco sublimetur, donec auferantur tria ejus præcipua, sal, sulphur & mercurius, & supersit sola terra aliquoties aqua dulci elvenda.

§. 23. Quo

§. 23. Quo facto utere mundificantibus & consolidentibus rotiens dictis, si opus, vide Angeli Salæ Anatomiam vitrioli. Habes & Wurtzij emplastrum. Mihi domesticum est, quod ℞. Colophonæ, ceræ, ana unciam quatuor. Terebinthinæ laticæ, unciam. Quibus leniter inter se colliquis unguenti populei uncias duas immisce bene, & mixtis adde pulveris succini, thuris, mastiches, myrrhæ, aloes, ana unciam. Rad. dictamni, gentianæ aristolochiæ rotundæ, ana drachmas duas. Aluminis usti semunciam. Salis drach. sex. Camphoræ drachmam. M. f. a. & forma in magdaleones. Vfus ejus est non solum in carbunculis, sed & in mammillis inflammatis & suppuratis. Quin conducit ambustis, & ulceribus, etiam antiquis, & hisuris quibuslibet. Vulnere punctim cæsimve inflicta sine omni pure curat. Excrescentiam carnis impedit.

§. 24. Si *febris pestilens* adest, in principio convenit *vena sectio*. Quod si illud præterit, omittere hanc longe præstat, & ad ea statim, quæ malignitati resistunt, accedere. Inter quæ primas merito tenet *bezoarticum minerale*. Quo in peste dato statim ad externa venenum expellitur. Cujus signum est, si à prima statim alterave sudatione, sexta quaque hora repetenda, appareat bubo vel anthrax.

§. 25. *Siti* restinguendæ detur julapium ex aqua cardui benedicti cum sale prunellæ & sirupo è limonibus aut succo citri.

§. 26. In ceteris progrediendum ex præscripto Practicantium. Apud quos laudata sunt rotulæ ex balsamo sulphuris, conserva scordij, rob juniperinum, quæ thertaca Germanorum est, cornu cervi, liquor è typhis cornuum cervi, lapis bezoardicus, lacryma cervi unicornu, terra sigillata. Quæ omnia ad

provocandum sudorem offerri vel scotum possunt vel cum aqua potabili, vel cum sale aut solutione perlarum. Ex his etiam, addita confectione alchemes, fieri possunt morsuli.

AFFECTVS EXTERNI.

Scabies.

CAP. CCXLVI.

Cutis admodum frequens vitium est pustula, cuius appellatione comprehenditur quicquid rotundo schemate leviter in cute exuberat. Ejus duo genera, una est humida, e qua rupta vel humor vel sanies vel pus emanat: altera sicca humoris nihil profundens. Humidis continentur hidraea, ephelides, phlyctena seu phlyctides, epinyctides & qua ex his ruptis sunt scabiei genera. In siccis numerantur exanthemata quaedam, pruritus, deinde & vari & verrucarum genera.

Exigua & aquosa pustula sunt hidraea, id est sudationes. Emergunt repente sparsim toto corpore, sed frequentius in manibus pedibusque milij magnitudinis, aqua plena, sine rubore, sine ullo dolore. Fiunt ex sudoribus sub epidermide coercitis, per cujus spiracula ij digeri minime possunt: unde a quibusdam sudorum papulae nuncupantur.

His aliquanto majores sunt ephelides, pustula quidem in ambitu rubra ac fervida levi dolore, e qua rupta bulla aut vesica, albus humor instar lactis exit scabiesque succedit. Fiunt autem ex fervido impuroque sanguine sub cute effuso.

Scabies aspreto cutis est, seu levis exulceratio pruriens aut interdum rodens. Fit autem ex humidiore quavis pustula, siue pallida, siue livida, siue nigra sit: qua rupta ulcusculum in cute profert humidum, aut etiam interdum expurgata sanie aridum, idque

idque modo cum prurigine sola, modo cum levi rubore in ambitu, cumque calore ac dolore. Ex resiccata sanie crustula obdurefcit, qua saepe ulcusculum obducitur. [Fernelius.

§. 1. Scabiem curaturus præ primis sanguinem emundet. In hujus enim impuritatibus salinis, vitriolatis, aluminosis illa stabulatur. Curam vero absolvunt mercurius dulcis & vitæ, arcanum corallinum, extractum panchymagogen, similiaque extergentia.

§. 2. Quod si qua uspiam obstructio est, ea prius expediatur, quam purgationes fiant, sine quibus inveterata scabies vix cedit.

§. 3. Quibus expeditis, tum, quæ sanguinem emundent offerantur. In his magisterium & tinctura corallorum laudantur maxime.

§. 4. Si contumax & magno cum pruritu scabies est, eam feliciter tollunt sudores, continuis viginti diebus moti à floribus albis & fixis antimoniij cum decocto vel spiritu guajaci. Sic restitui Medicinæ studiosum, & quendam Bohemum.

§. 5. Requiritur interdum laconica vel incessiones, & unguenta. De quibus Practicos vide.

§. 6. Aqua mortua, quæ post lunæ in aqua forti solutionem & præcipitationem superest viridiuscula, scabiem manuum & pedum simplici illinitione, præmissis tamen universalibus, perfecte curat.

§. 7. Idem facit aqua distillata aurantiorum, si in ejus libra levi ebullitione solvatur mercurij dulcis semidrachma.

§. 8. Idem facit aurum in aqua regis solutum, & in calcem præcipitatum, si cum spiritu terebinthinæ extrahatur, & distillatione ad olei formam

redigatur, coque scabies illinatur.

Scabies volatica.

CAP. CCXLVII.

§.1. Scabiei species est, quam *volaticam* Fallopius vocat, quia volando videtur per totam cutem vagari. Certe visa est, quæ una nocte totum occuparet corpus. Medicis haberi pro efflorentia sanguinis solet. Quam recte, curatio ostendit: quam adeo præstare non potuerunt, ut è contrario sæpe ad internecionem usque malum invaluerit respuendo omnem medicinam.

§.2. Hoc casu, præmissis purgationibus & sudationibus necessariis, secretum optatissimum est in sanguine, qui recens à partu ex utero prodit una cum secundina, seu toto seu aliquota ejus parte, si nempe eo abluatur locus affectus. Tantæ hoc remedium efficacix est, ut & raro necesse sit repetere, & protinus *Volatica* quasi emortua cadat. Hoc ego infinitas periculosa scabie infectas curavi. Vnctiones heic minime conveniunt.

Cynones.

CAP. CCXLVIII.

§.1. Cynones curat aqua, cui sulphur & tartarum pari pondere sunt incocta. Fricetur ante locus, & mox aqua illa lavetur. Curat quoque balsamus sulphuris.

Struma.

CAP. CCXLIX.

§.1. Strumæ sine omni incisione curantur facile, si continuo patiens bibat in cranio hominis sepulti.

§.2. Idem præstat *cinis spongiarum*. Spongiarum uncias sex, & lapidum spongiæ semunciam, simul calcina in olla operculo tecta, donec pulverati possint.

Hujus cineris quotidie drachma exhibeatur in vino & mane duabus ante pastum horis. Sic curavi filium Coznitis novem annorum, & virgines aliquot hujus civitatis, de quibus etiam empirici, alias in hoc genere excellentes, desperarunt.

Scrophule.

CAP. CCL.

§.1. Scrophulæ *non exulceratae* perfectissime curantur, si talpæ cinere à granis sex ad duodecim quotidie exhibeantur in vino vel decocto scrophulariæ.

§.2. Citius autem evanescent, si linantur oleo ex lacte putrido per vesicam facto, & superimponatur emplastrum ex ejus capite mortuo & eodem lacte inter se temperatis. Cave vero, ne justo illud pinguis sit.

§.3. *Exulcerata* vero felicissime curantur insperis cineribus salamandræ (quæ *Olm oder Dolch* dicitur) ustæ in olla igne circulari. In calcinando cave à fumo. Interim & *talpæ cineres* succurrantur.

Contractura.

CAP. CCLI.

§.1. *Contractura membrorum* à variis causis fit, ripotest. Proxima est Synovia ligamentorum & nervorum.

§.2. Cura vulgaribus difficulter præstat. Ultimum in iis refugium est in thermis mineralibus. Quibus aut nihil juvantibus aut longius remotis, instituat hæc cura.

§.3. Blande primum corpus purgetur extracto ellobori, rhabarbari, mechoacanæ, aut panchymagogo vegetabili, aut pilulis antimonialibus quoquo modo purgantibus. Mercurialia, quod notandum, itidemq; colocynthis & elaterium nequaquã heic conveniunt.

§. 4. Si quæ vero obstructions adfint, eas expedire per deobstruentia tum vulgaria tum chymica oportet, ac tum corpus uniuersum reducere ad temperaturam necessariæ humiditatis. In hanc rem parentur incessiones ex plantis emollientibus & humectantibus. In quibus sedenti detur dosis tincturæ antimonij cum olei ex angelica destillati tribus quatuorve guttis ac aqua lilij convallium aliove vehiculo convenienti, quo inter lavandum queat & sudor manare, & spiritus vitalis ad extrema membrorum liberius commeari.

§. 5. Inter *externa*, huc arcessenda, omne punctum absolvit *unguentum angelicæ*. Hujus radicum libras quinque contusas coque in diplomate ex optimo vino & vase diligenter clauso, donec in mucaginem abeant. Tum exprime & leniter coque ad dimidias. Interim in spiritus vini thenensis libris quatuor solve croci optimi & pulverati drachmas tres, & super cinere calefactis adde libram saponis veneti tenuiter rasi, & continua spatula move, donec sapor plane fuerit solutus. Quo facto adde olei terebinthinæ & juniperi ana sesqui libram, & mixta diligenter cum præparata angelicæ mucagine conjunge, atque ad consistentiam redige per vaporationem lenem. Hoc unguento totum corpus ungue, præsertim in locis, ubi validior contractura est. Hoc vero fac semper ab egressu balnei, & quidem novies, alternis semper diebus in sessione & inunctione repetitis. Hoc modo enim adstricti nervi & ligamenta restituantur, & patiens ad pristinum vigorem reddit.

§. 6. *Galbanetum*, nisi firmis viribus, & corpore non emaciato, non convenit.

§. 7. Contracturam ex inunctione mercurij sanar *laconicum*, quod ex spiritu vini parere docuimus. hujus

docuimus I. hujus v. 13. ut & *balneum* ex decocto pilorum: exhibito simul balsamo vitæ ex aqua theriacali aut tinctura simplici vel tinctura antimonij ad sudores elicendos, ac postea adhibito emplastro magnetico.

§. 8. Quod si à *veneno* est, confert balsamus vitæ cum emplastro magnetico, præsertim illud, si lateat in profundo corporis vide supra cap. v. Hoc modo curata est filia Comitiss.

Aridura.

CAP. CCLII.

§. 1. Ariduris *particularibus*, post universalia, adhiberi fomentationes ex salibus, inunctiones & emplastra vulgo solent. In quibus etsi multa apud auctores reperire est, quæ usû sint comprobata: potiora tamen sunt *specificæ*, tam interna, quam externa.

§. 2. Inter *internæ* excellens est *aqua formicarum*, quam parare docui cap. clxxv. 5. Hujus singulis matutinis detur jejuno cochlear. Subinde & vesperi semicochlear cum pane tosto. Interea membrum aridum sæpe & valde fricetur eo spiritu vini, qui in distillatione aquæ proposito prodit primo.

§. 3. Mirabili quoque potestate in restituendis ariduris valet *aqua* laudata nobis cap. ci. 10. si bibatur mane ac vespere.

§. 4. Maximum vero est *arcanum aluminis dulcis*. Quod Felix Wurtz Chir. III. 23. sic fieri jubet. Alumen calcinetur, donec omne phlegma evaporaverit. Deinde tritum distilletur per retortam, & accipies spiritum instar aquæ fortis. Caput mortuum est illa terra mollis & lenta, de qua loquitur Wurtzius. Ea solvatur aqua tepida, & filtretur, ac coaguletur leniter vaporando. Coagulato adde salem communem, & ex præscripto auctoris procedere, etiam in usu.

§. 5. Præter quæ laudantur oleum vitrioli, succini, terebinthina: vel seorsum vel inter se & cum pinguedine humana mixta. Quibus uti volens, primum asperiori linteo partem fricet, tum illinat. Illita vero, quod semper observandum, vulpino corio, præsertim non præparato, aut panno saltem, qui calefaciat egregie, foveatur.

Luxatio.

CAP. CCLIII.

§. 1. Luxatio curatur membri in locum repositio-
ne, repositique foitione per decoctum florum chama-
meli, hyperici, verbaslici cum panno cæruleo, ac de-
nique inunctione cum oleo ceræ.

Tumor.

CAP. CCLIV.

Morbi qui in externis partibus ex humoris vitio
succrescunt, modo cum tumore fiunt, modo citra tu-
morem: & ex urisque alij ex sanguine, alij ex bile
flava, alij ex atra, alij ex pituita, alij ex sero, alij
ex flatu, alij ex horum permistione. Humor porro
qualitate aut acer est & exedens aut mitis ac blan-
dus. Situs vero humoris aut in sola cute est, aut cum
cute subjectam quoque carnem, vel tendonem, vel ade-
nem occupat. Qui in cute, vel in summa qua epider-
mis appellatur, vel etiam in vera consistit, qua illi
substernitur. Rursum vero humor vel partem cui in-
sidet in suam naturam convertit, ut in elephante &
alpheo, vel per ipsius duntaxat substantiam effusus
sua illam qualitate afficit. Hæ quidem propria exter-
norum affectuum differentia sunt ad medendi ratio-
nem accommodata. Itaque uniuscujusque propria
continentisque causa est humor quidam vitiosus præter
naturam cumulatus: cumulatur autem, vel conge-
stione vel fluxione. Congestio præter naturam sensim
fit ex

fit ex humoribus in partem alimenti vice distribuitis.
Quum enim pars vel ita imbecilla est ut nec affluens
alimentum in propriam substantiam mutare, vel ita
vitiosa ut id ipsum corrumpat, nec genita excre-
menta a se propellere queat, necessario præter naturam
congestio quadam fit. Fluxio autem est humoris in-
curso concitator atque copiosior quam parti alenda
fit ex vis. Hujus interiores causa sunt fluxura ma-
teria copia, acrimonia vel tenuitas: propellentis partis
robur, viarum laxitas, & excipientis partis imbecil-
litas suisve declivior. Evidentes vero causa: contu-
sio, ruptio, vulnus, luxatio, & quacunque doloris aut
caloris vi fluxionem accersunt. Hi porro affectus qui
corporis summa obsident, vel in cute prominent, vel
eam excavant, vel commaculant. Prominent tumor,
tuberculum, pustula. Tumor tuberculo major, &
uroque minor est pustula. Tumores sunt: phlegmo-
ne, phlegmon, bubo, phyma, erysipelas (hoc enim & in
tumoribus recenseri solet) œdema, hydrocephalon,
hydrocele, tumor stultentus, scirrhus, ganglion, bron-
chocoele, parotis, struma, cancer. Tubercula sunt: car-
bunculus, furunculus, terminibus, glandula, nodus.
Pustula sunt: phyracia, epinyctis, phlyctæna, ecthy-
mata: ephelides, hidroa, herpes, scabies, prurigo, li-
chen, psora, lepra, omniaque verrucarum genera cla-
vus, callus. De singulis igitur dicendum, sed alio ordi-
ne ex causarum affinitate instituto, qua in curandis
ratione primas obtinent.

Phlegmone tumor est calidus præter naturam col-
lectus, prominens atque circumscriptus, ovi saltem
gallinacei magnitudine. Huius quasi ex igne aut ex
balneo rubor inest: calor quoque ex inflammatione
vehemens quasi pars vratur: distentio ex copia reni-
tens: pulsatio profunda & molesta, quod arteriarum

diastole partem inflammariam seriat: dolor ex calore, ex pulsu atque tensione acerbus præsertim quum pars eximio sensu prædita est Causa continens sanguis est, non in solam cutem, sed in subjctam quoque carnem impactus, qui è venis eo tandem confluxit. Quum enim vena arteriaque majores immoderata sanguinis copia distenduntur, hanc gravata in minores quasi onus deponunt, ex his demum in minimas. Ac tum per earum oscula, perque tunicarum meatus sanguis cohiberi non potest, effluit illabiturque in spatia vacua que inter fibras sunt primorum corporum præcipueque musculorum, venarum, arteriarum, nervorum atque membranarum. Hæ partes fluxione dum persunduntur implenturque, distenta copia quasi divelluntur, ferventisque sanguinis ardore incallescunt, doloremque faciunt. Sanguis quippe extra vas collectus, nec libere perflabilis, necessario putrescit atque inflammatur. Ita quidem si purus is erat, exquisita phlegmone fit, cujus species sunt. ophthalmia, parotis, angina, parulis in gingivis, aliaque ex partibus nomina adepta. Est & alia minus exquisita, cujus non sincerus est sanguinis, sed aliorum quoque humorum particeps. Hinc fiunt phlegmone erysipelatodes, œdematodes & scirrholes. [Fernelius.

§. 1. Tumoribus œdematosis stercus caprillum cum aqua fabrorum vel, quod præstat, urina propria coctum applicetur.

§. 2. Tumoribus calidis, quos φλεγμονὴς appellant, generatim prodest sanguinis missio, ut prioribus purgatio. Tum applicetur vel aqua spermatis ranarum, in qua aliquid myrrhæ ebullierit: vel lixivium adeo forte, ut quasi lactescat, cum oleo lini (quod & intra quatuor horas sistit herpetas, quibus inficiuntur pueri:) vel emplastrum ex nasturtio aquatico contuso.

Phypella.

Phypella.

CAP. CCLV.

Phygethlon phlegmone est in adenum locis emergens, maxime vero in cervice, in alis, aut in inguinibus: Latinis Panus appellatur. Sed & qui in inguine nascitur, peculiari nomine bubon nuncupatur, Similibus ex causis orisque simili ac phlegmone nascitur, isdemque signis innolescit. Fere autem sit aut post dolores partis alicujus, quistuxionem proritant in adenes.

Phyma tumor quoque adenum est, simplici phlegmone atque phygethlo aliquanto minor ac planior, minusque rubens ac dolens. Non enim è puro sanguine proficiscitur, sed ex eo cui pituita quiddam sit admixtum, ut sit phlegmone œdematis particeps. [Fernelius.

§. 1. Phypella, qui & panus dicitur, phlegmone glandularum inguinalium est. Curatur oleo tum guajaci tum tartari fatido.

Bubones.

CAP. CCLVI.

§. 1. Bubonibus medetur balsamus sulphuris & emplastrum diafulphuris Rulandi.

Carbunculus.

CAP. CCLVII.

Carbunculus ex sanguine originem habet, non eo quidem tenui & laudabili, sed crasso ac nigro calido tamen, fervente atque corrupto. Hic in quamcunque partem invaserit, eam mox exurit, pustulas circum se ardentissimas acerrimasque ciet, tandemque ardoris vi crusta vel nigra vel cinerea obducitur. Huic partes vicina longo sæpe tractu consentiunt, ca-

loris dolorisque participes: valida quoque febris accersitur. Inflammata pars nunquam suppurat, sed fervore exusta corrupta carnis lobum tandem excutit, quo excidente vlcus carum sordidumque manet, hocque vno maxime à cæteris sejungitur tuberculis. Carbunculorum alius simplex, qui è solo ardore simplici que putredine nascitur, alius malignus, qui his etiam jungit venenatam qualitatem: talis in pestilentia grassatur de quo plura proprio loco diximus. [Fernelius.

§. I. Carbunculi curationem vide supra de peste. Confect quoque emplastrum ex magnete arsenicali, de quo paulo ante.

Epinyctis & furunculus.

CAP. CCLVIII.

Furunculus dothien Græcis appellatus, tuberculum acutum cum inflammatione ac dolore, ovum columbinum magnitudine non excedens. Phymate ergo minus est, sed acutius, rubentius, ac dolore gravius. Phlegmones veram speciem exhibet, sed ejus exigua, & qua vix infra cutem descendat, atque subjecta carnis minimum comprehendat. Suppurat furunculus perinde atque phlegmone hincque à simplici carbunculo discernitur. Fit autem non quemadmodum phlegmone è probo sanguine, qui in particulam vi quadam irruat: sed è crasso & vitioso, non perinde tamen atque in carbunculo exusto, quem à reliquo puriore natura fecernens tanquam insensum & inutilem in corporis summa propellit. Quocirca ut phlegmone multitudinis, sic furunculus cacochymie solum est: raroque fit ut hic solitarius erumpat, sed fere multis corpus scætet atque inquinatur.

Epinyctis Celsi pustula est pessima circa quam vehementis inflammatio cum ingenti dolore, sub rubra
ac

ac quadamtenus livescens, eaque noctu potissimum affigit. Sponte exulceratur, ex eaque suborvencia sanies emanat. Unde & speciem habere cognoscitur carbunculi, causamque similem, sed que nullius pestilentia particeps, levior existat: quemadmodum & ejus pustula carbunculo minor. Terminibus hujus quoque generis est, eo fervido præassatoque sanguine prorumpens. Epinyctidi par quidem magnitudine, sed cui pustula incumbit nigra ac rotunda, que ardore in squamam abit. Ethymata etiam si pestilentia conditionem sequantur, ex sanguinis tamen fervore produm & exuberant: neque manifesta est pituitæ permistio. Tempore concoquantur & albescunt, eorum materia in pus jam conversa, qua tandem & in squamas siccæfit. [Fernelius.

§. I. Epinyctis pessimum pustulæ genus est, noctu erumpens, & sublividum. Eam cave ferro aperias: præsertim tempore pestis. Plerumque enim mors sequitur.

Terminibus.

CAP. CCLIX.

§. I. Terminibus tuberculi genus est, nigram in summo pustulam habens, nec absimile herpeti ulcerato. Curatur inuncto oleo nucis expresso & inspissato, aut balsamo sulphuris,

Oedema vide c. 254. §. I.

CAP. CCLX.

Vituita alia tenuis, aquosa, aut mucosa existit, alia crassa & glutinosa, cujusmodi est que vitrea aut gypsea appellatur: ita necesse est varios ex hac collecti nasci tumores. Ac primum quidem oedema tumor est frigidus, laxus ac mollis, doloris expertus. Nec calor nec rubor, sed vel genivinus vel albidus duntaxat color inest: tumor sæpe magnus & qui presso digito,

vel nullo vel exiguo dolore cedit. Est autem duplex: unus collectus & circumscriptione definitus, qui proprie ac simpliciter œdema nuncupatur: alter diffusus & expansus, qui rectius tumor est œdematosus. Hic ex crudiore pituitosque sanguine, aut jecoris aut asumptiorum vitio progignitur, qui in nutriendas partes illapsus, nec in earum substantiam conversus sensim cumulatius redundat partemque tumore distendit, ac fere retinet prementis digiti vestigium. Ita sane in tæbe, in cachexia & in leucophlegmatia, modo penes, modo reliquum corpus omne tumidum evadit. Verum autem & exquisitum œdema non ex sanguine pituitoso, sed ex pituita sit supervacanea, que solum vel aquosa, vel mucosa sit, undecunque illa in affectam partem deferatur. Fere tamen è capitis destillatione huic origo est, que sæpe in genua, interdum in humeros aliasque partes decumbit.

Huc pertinent aquosi tumores, quibus vel aqua, citrina, vel sanguinis serum comprehenditur: quod genus hydrops, ascites, hydrocephalon, hydrocele, & quicumque eorum similitudine sub cutem prominent, [Fernelius.

§. I. Oedematis curationem egregiam Plate-rus tradit.

Hydrocephalus.

CAP. CCLXI.

§. 2. Hydrocephalo medentur limaces, si cum testis contusi emplastri vice capiti applicentur, & relinquantur, donec sponte cadat. Mirabiliter enim hoc resolvit. Vide Hildanum Cent. III.

Inflatio

inflatio cutis.

CAP. CCLXII.

Finitimi his etiam sunt flatulenti tumores, in quibus vapor aliquis statusve præter naturam concluditur. Hujusmodi sunt hydrops tympanias, ramex flatulentus, & quicumque aut sub cute, aut sub ossium membranis, aut in musculis ex collecto vapore attoluntur. Hi admodum raro usu veniunt, vixque usquam potest solus status citra humoris permissionem colligi. Tumor indolens est, nisi quum membranas magna vi divellit atque distendit, œdemate mollior minusque renitens, nec prementis digiti vestigium retinens. [Fernelius.

§. I. Tumores subcutaneis à statu applicentur primum cucurbitulæ sine scarificatione: deinde femina carminativa. Radix ebuli recens contusa & emplastri vicem applicata, valide omnes ventositates digerit.

Scirrhus.

CAP. CCLXIII.

Scirrhus tumor est præter naturam durus ac renitens, concolor & indolens. Duplex is est: unus velut incipiens nec confirmatus nec legitimus, in quo pressio doloris sensus inest: alter confirmatus & exquisitus, qui omnis doloris omnisque sensus est expertus. Utriusque materia est crassus viscosusque humor, qui particula impactus in eiusque spatia insertus ita obduruit, ut non nisi ægre solus dissiparique possit. Hic autem humor aut statim tumoris initio talis existit, ut quum vel pituita vitrea atque gypsea, vel natura-

lis melancholia quæ sex est sanguinis, in parte aliqua seu fluxione seu congestione cumulatur: Aut ex male curato eryspelaie vel phlegmone talis evasit, ut quum ejus materia immodicè refrigeratur & adstringitur, aut diaphoreticis dissoluta tenui portione crassior subsistit ac manet. Ut enim jecoris scirrhus ferè omnis qui ab ictero relinquitur, ex bile sensim crassescere fit, ita & nonnunquam in externis quoque partibus eandem habet originem.

GANGLIUM.

Pertineta: ad scirrhos, non redemata, ut strume, differt, ab arberomate tumoris inæqualitate & renitentia: Curatur generalibus, Topica sint mollientia, postea ad calorem Ganglium discutiens appone, vel manibus cystera rumpe: laminam plumbeam impone, seca, ure si liceat. In articulis non licet: suppuratio procuretur, si reliqua frustra sint.

Ganglion tumor est concolor, durus, renitens & indolens, nisi quod vehementer pressus stuporis sensum exhibet. Oritur circum nervos & articulos, sæpe in carpo ex crassa lentaque pituita, vel ex naturali melancholia, quæ in eum duritiem concrevit. Qui extra articulos nervesque necnon extra adenes passim exoritur, discriminis gratia quibusdam nodus appellatur. [Fernelius.

§. 1. Scirrhos externarum partium egregie emolliat cataplasma ex radice bryoniæ, aut stercore & urina caprarum.

Bronchocele.

CAP. CCLXIV.

Bronchocele, nostris hernia gutturis appellata, in-

ter asperam arteriam cutemque congestat non ut pleurisque visum est ex immodicis clamoribus, aut ex potu aqua ex liquefactis nivibus, quæ Alpinis aliisque montans in usu est: sed ex crassa lentaque pituita quæ eo sensim è capite ejusque partibus externis per auras posteriora devaluitur. [Fernelius.

§. 1. Bronchocele est tumor nervorum in partibus ligamentosis, ex carnibus sponte factus. Curatur balsamo sulphuris & emplastro diasulphuris.

Cancer.

CAP. CCLXV.

Cancer; tumor est durus, rotundus, inæqualis, venis quandoque in ambitu turgidus, colore livescens aut nigricans, dolore, ac interdum calore gravis. In qualibet corporis parte nasci solet, in ore, in oculis, in vulva, in cole, in ano: ac maxime in feminarum mammis, quæ quia fungosa & inanes illius materiam promptè excipiunt, sed & in eas tum è capite tum ex viro facilis est decursus. Hujus obscura sunt rudimenta, ac plerumque tumor exoritur sentitur ciceris magnitudine, cum dolore & calore quasi ferientis candentis acus, interdum etiam dolore nullo. Hinc fabæ, deinde juglandis & ovi magnitudinem æquat, dum tandem in ampliorem molem attollatur & incrementum. Quum jam illius materia aut vetustate aut errore vivendi, aut medicamentis incalescit, dolor calorque circa inflammationem vehementior exercet, pars conspicue livescit aut nigricat, vena in ambitu crasso nigroque sanguine nonnunquam turgens. Hujus continens causa est bilis atra sanguis de feruidus ac rotorridus: sæpe ex suppressis menstruis aut hæmorrhoidibus, nonnunquam ex quariana febre cumula-

ius. Quo prior & ignavior humor est, hoc mitiorem cancerum inferit: graviolem vero quo is calidior acriorque fuerit. Ille nisi irritatus excandescat, diu scirraperniciem consistit. Hic vero coërceri vix potest quin brevi exesa cute se detegat, fiatque cancer exulceratus. Tum quidem corrupta carnis speciem tumor exhibet. cum febre, cum sordida illucie, horrido aspectu, labris præduris & inversis. Ex eo sanies tenuis, nigra aut fulva manat, vapor expiratur cordi, ori, cerebroque gravis, febris assidua eaque lenta inest, frequens animi defectio, quum præsertim cancer mammis inhaeret: exesis venis sæpe sanguis profunditur, & nisi malignitate ocyus interimat, longè lateque prorepat. [Fernelius.

§. 1. Cancer nomen à cancris habet. Est autem collectio atrabiliosa.

§. 2. Differentias habet à materia, loco, specie. Ratione materia est vel melancholicus vel biliosus. De loco constat, partem non esse, quam non apprehendat. Specie alius occultus est, alius exulceratus.

§. 3. Signa quod attinet, cancer melancholicus fere à tumore incipit, uti biliosus à pustula instar verrucæ, aut cicericis. Ille scirrhii instar durus est, & inæqualis cum venis velut varicosis & lividis, coloreque cutis purpureo, & plerumque indolens, certe initio: postea enim acres punctiones & rodentes paulatim colores suboriuntur. Ille brevi se aperit & dilatat, labia invertit, callosaque facit, introsum rodit, profundum suffodit, saniemque virulentam emittit, atque intolerabilem magis magisque dolorem excitat, dum quaquaversum serpit.

§. 4. Incurabilis censetur, qui venulas habet varicosas, sanguinemque è profundo corruptum jugiter attrahit, præsertim in partibus thoracis.

§. 5.

§. 5. Qui curabilis est, ista poscit. Primo, ut in victus ratione vitentur, quæ gignere succum melancholicum queunt: contra fumantur, quæ coctu facilia bonum sanguinem faciant, ut prislana, hordeum, malva, atriplex, beta. Vinum bibatur album & tenue, nec vetus valde.

§. 6. Victu præscripto opus est, ut, si vires & ætas permittunt, mittatur languis ex mediana, & in viris hæmorrhoides consuetæ, in feminis menses rite cant.

§. 7. Purgantia sint epithimum, polypodium, rena, senuum lactis, dialcæ, diabuglossæ, pilulæ lazuli.

§. 8. Post hæc vero humorem, qui in partem decubuit, digerere, ipsamque partem adversus novas affluxiones firmare oportet iis, quæ ista speciatim pollere scimus.

§. 9. Denique in usum veniat pulvis benedictus. ℞. Ari præparati uncias duas. Arsenici præparati unciam. Fuliginis splendidæ (spiegell-ruff) & lectæ è caminis, ubi ligna duntaxat querna aut fagina uruntur, drachmas tres. M. f. omnium pulvis subtilissimus.

§. 10. Ari præparatio. Serpentariæ sive dracunculi majoris radices, mensibus Junio, Julio, vel Augusto collectas, suspende in loco perfluvii obvio, & siccabene, & serva usui. Quum haberi arum majus non potest, si substituere minus licet. Præferendum tamen majus.

§. 11. Arsenici præparatio. Sume arsenici non splendidi instar vitri, neque rubei, sed albi calcinosis q. v. Pulvera subtilissime, & repone in loco calido, & affunde spiritus vini q. s. irrigando. Defunde tertio, & novum affunde. Hoc fac quinquies.

Vltima autem vice sine spiritum illum sponte vaporare. Serva usui.

§. 12. *Pulvis compositus* fervetur in pyxide vel vitro optime clauso, ut ne humescat ab aere. Hic usurpari intra primum annum non debet: quin, quo antiquior, eo efficacior atque tutior est.

§. 13. Vltus sic usurpet. Si ulceratur cancer est; ulceri probe exterso inspergat pulverem sic satis liberaliter, & tegat gossypio madente saliva jejuni, & hoc linat proximum ulceri circulum Gossypium omni mane simili sputo madefaciat. Linamentum si contingat ulceri hæere, non prius cadit deinde, quam una secum radices educat. Interea, nisi virulentus, qui suboritur, ichor per ulcus expurgetur, plerumque doloris aliquid infert. Cujus gratia tamen remove medicina, vel quid aliud superimponere non licet: sufficit in circuitu illevisse oleum rosatum.

§. 14. Posteaquam cum linamento crusta cancrofa excidit, operam adhibere sollicitam oportet, ne qua radix supersit. Quamobrem denuo & eodem modo pulvis inspergendus: præsertim si, stumatum instat, tumor tumori superjacet.

§. 15. Radicibus eradicatis soleo, mundificandi causa, uti digestivo, quod ex terebinthina & vitellis ovorum cum lithargyro ac mumia paratur.

§. 16. Ulcere mundato, incarnare oportet. Huc facit hic *pulvis*. ℞. Rad. aristolochiæ utriusque, aloes, mastiches, mumix, myrrhæ, olibani, sarcocollæ, ana uncias tres. Mercurii sublimati cum aqua calcis compositi sesquidrachmam. Misce, fiat pulvis. Ego sæpius utor præcipitato, sed cum sole amalgamate facto: & in nobilibus hoc unguento. ℞. Lithargyri auri uncias tres. Mumix sesquidrachmam.

Fiat

Fiat subtilis pulvis, & hic cum q. s. olei & aceti, utriusque rosacei, redigatur s. a. in mortario plumbeo inunguentum.

§. 17. Multis ego mulieribus in mamma cancro, qui primum ulcerari inciperet, curavi solo gummi ammoniaco, emplastri vicem imposito ulceri prius exterso ab ichore suo vitulento.

§. 18. *Balsamum saturni terebinthinatum*. Sali saturni affundatur in cucurbita spiritus terebinthinæ ad digitum, & fac sal sese in spiritu solvat, & rubicundo hunc colore inficiat. Spiritus tinctus distilletur è cineribus per retortam, leni primum igne, donec oleum terebinthinæ prodierit: quo cessante ire, apponatur aliud recipiens & augetur ignis usque ad fortissimum, & accipies oleum præstantissimum in vulneribus, ulceribus, cancro, noli me tangere. Intinge ei gossypium, & hoc contingat ulcus. Vide & aliud *specificum* Canceri supra lib. I. c. VII. 17.

Ulcera.

CAP. CCLXVI.

Ulcus est sœda impuraque continui solutio. Impura quidem sit, non ut vulnus sanguine, sed vel humoris vitio, vel hinc genita sanie, vel pure, vel quavis alia corruptione, non extrinsecus, sed ex vulnere ipso profecta. Vulnus extrinsecus accipitur: alius nonnquam extrinsecus quoque, ut quum vel septico medicamento, vel cauterio corpus inuritur: at sapius hinc origo spontanea ex interiori vitio est. Itaque omnis efficiens vulneris causa, evidens est, ulceris vero plerumque interior, quivis scilicet humor præter naturam collectus. Hic enim vel excessione ulcus gignit, vel in vulnere accepto verustate aliaveratione succrescit.

Est autem ulceris interior illa causa duplex, antecedens & continens. Antecedens est corporis impuritas atque cacochymia, aut ex improbo victu aut ex viscerum prava affectione contracta. Continens est, vitiosus humor omnisque corruptio in affectu parte consistens ac harena. Vulnus ergo solitarium existit, neque illi causa, assidet: ulceri sua semper comes est causa, qua quod genuit etiamnum fovet. Præcipua ulcerum differentia & ex iis qua dimanant, & ex causarum varietate statuuntur. Ulcus quidem quemadmodum & vulnus appellare licet magnum parvum, summum profundum, rectum obliquum, æquale inæquale, recens aut inveteratum, at non illius propria sunt differentia. Ab iis autem qua in ulcere succrescunt indeque manant species hæc sunt: ulcus saniosum, virulentum, sordidum purulentum atque verminosum. Est autem sanies omnium qua destuunt tenuissima, minime glutinosa, subalbida aut subrubicunda. Quod hac crassius existit, si glutinosum quoque est, sive Græcorum ichor sit sive meliceria, nostris virus appelleitur: pus utroque crassius est & albidius, minime tamen glutinosum aut coherens. hoc ex ulcere exit jam sanescente, sanies ex incipiente atque crudo, virus ex maligno. Unumquodque autem vitiosum habetur, si multum, tenue, dilutum, lividum aut nigrum, mali odoris & acre: tolerabilius vero si omnia obtineat contraria. Sordes hisce omnibus crassior glutinosiorque est ac minime profluit: sed veluti concreta adherescit ulceri. Vermes tum sordis tum puredinis soboles sunt, solentque in neglecto ulcere procreari.

Ulceris porro differentia ex continente causa hæc sunt: ulcus phlegmonodes, erysipelatodes, œdematodes & carcinodes: dein exedens, cacœthes & puridum. Nam interdum ex adaperto quodam tumore

fit ulcus, interdum circa tumorem ex humoris parvisse corruptione. Ex tumore fit phlegmonosum aut erysipelatofum aut œdematofum aut canerosum, quod & cancer dicitur exulceratus. Sine tumore verò ulcus fit exedens, quod partem cui insidet, assiduo excavat exteriorque. Quincitiam depascens (Græci nomodes appellant) quod non solum affectam partem excavat, sed & vicinas quoque integras absumit & quasi depascendo depopulatur. Hujus quoque species est phagedæna, serpens quidem ulcus & obambulans, sed solum cutem, non autem subjectam carnem rodens ac depascens. Omnium causa est biliosus, acer & mordax humor, alias crassius, alias tenuis conferunt in partem effusus. Succedunt ea herpei & eryspelati, interdum & vulneri quod acrius medicamentum exasperavit.

Ab his sunt ulcera cacœthe, id est maligna & ægrè sanabilia, que etiam quod difficile ad cicatricem ducantur Græcis dysepulota nuncupantur. In hoc genere sunt Telephia atque iis deteriora Chironia. Ea ferè magna, non tamen putrida sunt, neque tetrum odorem expirant, neque depascunt, neque dolore excruciant, sed oras habent tumentes, præduras atque callosas: proinde non facile sanescunt, cicatrice interdum obducuntur tenui, sed qua mox disrupta ulcus renovat: exulceratio cancro ferè similia, nisi quod tumore nullo obsidentur in ambitu. Horum præter vulgare humoris vitium, cæca quoque malignitas causa statuenda, qua vix abigi profligatve potest. Talia ferè ex pestilentia relinqui solent.

Puridum ulcus proximum his est, in quo non id solum quod exit, sed ipsa quoque ulceris caro computruit, atque mollis glutinosa & cadaverosa jam reddita, tetrum gravemque odorem exhalat. Hoc nisi

coërceatur plerumque in sphacelum deducit. Oriuntur nonnunquam ex sola humoris pernicio, sed hinc tamen frequentius quod partis insuus calor vel ab arteriarum obstructione vel alia quavis ex causa sit excitus, neque jam possit partis substantiam & integritatem tueri. Ulceris igitur cujusque species ejusque continens materia tum ex iis, tum ex eorum qua dimanant substantia atque colore, tum ex oratum duritie vel umore vel colore noscenda.

Ad hac vero ut perfectior instituat curandi ratio, causam quoque ulceris antecedentem, & quicquid in illius ambitu confedit, etiam atque etiam circumspicere oportet & accuratius explorare. Multa enim plerumque circumstant, sine quorum animadversione nequeat ulceris sanatio compleri: cujusmodi sunt intemperies præter naturam, phlegmone omnisque tumor: varix, contusio aliave carnis corruptio. In intemperies deprehenditur partis colore, contactu, laborantis sensu atque remedium usu. Tumor præter naturam quum tactui visuique sit obvius, se ipso innotescit. Hic autem ulcere materiam pabulumque suggerit, ut (nisi prius sublatus sit) nequeat ulcus omnino sanescere. Varix quoque aut quovis modo dilatata vena, si in ulcus materiam eructat, id agglutinari non sinit. Contusio autem omnisque subjecta carnis corruptio aut viuositas, haud secus ac intemperies ulcus sanari prohibet. Neque enim id carne impleri, neque agglutinari neque cicatrice rectè obduci sinit, nisi convenientem naturæ suæ modum obineat. Quinetiam viscerum præsertim vero jecoris atque lienis constitutio, totius denique corporis habitus tenendus, quod ex bono facilis, ex malo habitus difficilis sit ulceris curatio: hæc ex causa hydropicorum & ictericorum ulcera egre sanescunt. [Fernelius.]

§. 1. Ulceribus qualibuscunque primo mundificantibus opus est, postea detergentibus, tandem consolidantibus. De mundificantibus dictum est antea. Consolidantia utilissima sunt, balsamus & emplastrum diatylphuris.

Phagedæna.

CAP. CCLXVII.

Cancrum proximè imitatur phagedæna, ulcus quidem non curen modo, sed & subjecta queque depascens & erodens. Hujus etiam origo est ab atra bile maligna aut ab æruginosa, de qua inter ulcera tractatur. [Fernelius.]

§. 1. Phagedæna mundificari oleo communi impregnato (spiritu mercurii sublimati debet, de quo cap. 223. 13. 14.)

§. 2. Ulceribus autem mundificatis confert balsamus sulphuris cum emplastro diatylphuris.

Sarcomata.

CAP. CCLXVIII.

Sarcoma carnis est incrementum tuberculi tumorisque specie. Non ex humoris cujusquam sit affluxu sed ex solo partis alimento. Hæc enim quia aut intus aut foris exulcerata est, nisi cohibeatur, assiduo alimenti accessu diffunditur atque luxuriat: sæpe etiam venarum & arteriarum instar ductus producit, per quos alimentum sumat. Sic in malè curatis ulceribus sæpe excrescit caro, sic polypus naribus contusis, sic epulis in gingivis ad dentium radices sic ficus in ano. Sic demum & integra cute quum subjecta caro consumpta ruptaque est, ingens tumor sensim exurgit, quæ

& caterarum parium more alimentum capessit, nullo quidem dolore, sed exquisito sensu & naturali colore. Hic in quavis parte, sed frequentius in cervicis, alarum, inguinumque adenibus provenit, quorum circumscripta caro non facile potest amplificari in tumorem. Similem serè ortum habet atque phlegmone, distat verò quod non affatim, sed sensim sanguis accedit, & quantum accedit in alimentum absumatur atque luxuriat. [Fernelius.]

§. I. Sarcomata curantur, ut polypus, de quo cap. LV.

Varix.

CAP. CCLXIX.

Varix vena immodica est dilatatio: in cruribus quàm in cæteris partibus frequentior. Quumque vena impletur multo crassoque sanguine, pars aut livida aut nigra apparet, atque etiam tumet, sed sine dolore: pressus tumor protinus cedit moxque cedit. Fit autem ex ictu, ex contusione, ex nimio conatu, ex labore & peregrinatione: interdum ex plethora, ut plerisque mulieribus uterum gerentibus. [Fernelius.]

§. I. Varicibus (quæ Germanis Kindes-adern dicuntur, quia familiares sunt puerperis) medetur, quod ℞. butyri majalis vel, eo deficiente, olei rosarum part. I. succi ex contulis cancris expressi part. II. Mische & coque leni ebullitione ad consistentiam unguenti, quod soli expositum contrahit fetorem maximum.

Aneurisma.

CAP. CCLXX.

Aneurisma arteria dilatatio est spirituosus plena sanguine.

sanguine. Id interdum in externis partibus existit, in manibus pedibus, circa ingulum atque pectus: hoc à varice distans, quod magna, turgida ac saepe molesta pulsatio insit. Presso tumore, quæ intus est materia promptè subterfugit. Fit & nonnunquam in interioribus arteriis, maxime sub pectore, circa lienem & mesenterium, ubi vehemens saepe pulsatio animadvertitur. Credi vix potest quod nonnulli comminiscuntur, per hos affectus ruptam aperiamque esse venam aut arteriam. Si enim sanguis è vena aut arteria profluens, non amplius illis contineretur, mox corruptus pureficeret, tumorque fieret generis diversi. [Fernelius.]

§. I. Aneurismati emplastrum conveniens est, quod fit ex cineris ficuum semuncia, ceræ uncia, cum terebinthinæ drachmis duabus, ex arte mixtis. Extendatur in aluta & applicetur sæpius, Quandoque balsami sulphuris quid, aut terræ vitrioli purificata oportet addere.

Erysipelas.

CKP. CCLXXI.

Erysipelas, ardor est vehemens per corporis summa diffusus. Nec tumore manifesto extuberat, nec partem attollit aut distendit, nec penetrat in subjectam carnem, sed late diffunditur nulla collectione circumscriptum. Quancunque partem prehendit, vehementer mordicat & urit: color inest ex rubro flavescens, qui pressu subterfugit, moxque redit. Dolor nec pulsans nec admodum vehemens est. Quum fluxio excutitur, horror quidem ac dein febris hominem adoriunt: ac saepe quum in crura irrui, ab inguinis tumore initiis ducti. Serpit id quidem herpetum more, atque prius

derelicta sede, in vicinas partes sensim obrepit. Est autem duplex, unum quod simplex erysipelas Celfo appellatur, solo rubore & ardore, nulla exulceratione molestum. Alterum quod eidem sacer ignis nuncupatur: estque exulceratum erysipelas. Huius dua species sunt, una qua summa cutis sine altitudine exulceratur, in qua & crustula instar furfuris excitantur: altera cuius exulceratio altius in cutem penetrat, e qua ruptis pustulis purulenta sanies exit. Simplicis erysipelatis origo est e fervente tenuique sanguine, qui biliosus appellatur: exulcerati vero ex eo cui bilis supervacua eiusque incal:scens nonnihil sit admistum. Is e venis tenuioribus propulsus nequaquam in carne subsistit & haeret, sed tenuitate in cutem feritur & evolat, qua densior & compactior hunc retinet cohiberque: Quumque tenuis sit humor facile dispergiur, neque in conspicuum tumorem se attollit. Genus hoc universum exquisitum est erysipelas: quod verò phlegmonodes appellatur, tumentius quidem, sed minus feruidum existit multoque minus oedematodes. [Fernelius.

S. 1. Erysipelas recens, quamcunque partem invaserit, externa discutientia requirit moderata. Sanguis menstruus in aceto rosaceo dissolutus & calide applicatus subito solvit: praesertim si sudores quoque moveantur bezoartico tum simplici tum composito, solari vel lunari, ex aqua senecionis, aut mistura simplicis in eodem vehiculo.

S. 2. Sic decoctum myrrhae & olibani ex vino & aceto, si calide applicatur, cito dissolvit.

S. 3. Folia raphani sylvestris, conquassatis fibris, calidiuscule applicata fervorem sanguinis reprimunt.

S. 4. Nonnullis aqua spermatis ranarum, ad extin-

extinguendum ignem sacrum familiaris est, sed malo saepe successu. Est enim nimis frigidum: quia habet in se mercurium cum saturnina quadam proprietate conjunctum. Itaque reperiens quidem est, sed gangraenae aliorumque gravium symptomatum causa manifesta. Praestat vero ejus aliquid superiori ex myrrha decocto miscere.

S. 5. Tibialia linea si aliquoties madefiant in aqua illa spermatis, iterumque siccentur, & induantur, pedes & crura ab erysipelate, saepius recurrere solito, praeservant.

S. 6. Erysipelatis exulcerati curam vide apud Rulandum 1.43. & 1x.61. Hac cura feliciter usus sum in mulierculis.

S. 7. Est & nasturtium aquaticum heic singulare.

Phlyctæna.

CAP. CCLXXII.

Huc pertinent phlyctæna & phlyctides Græcis nuncupatae. Repente emergunt substani humoris copia distenta, bullarum modo lucida atque iis similes qua ab aqua feruida, vel ab igne ambustis erumpunt, non manifesto tamen dolore graves. His ruptis humor excidit, crustulaeque obdureseunt, dum sanescant. Has constat non nisi ex ferventissima bile gigni, qua ignem viribus suis adaequet, ut non idcirco praeter rationem illis vulgus ignem sylvestrem appellavit. [Fernelius.

S. 1. Phlyctænae sunt pustulae similes illis, quae à fervente aqua factae flavum in se liquorem habent. His, quando in carnis locum figunt, cito tum re-

stinguendis tum curandis optimum est epithema,

quod fit ex lixivio forti cinerum fagi & oleo lini ana calide mixtis. Hoc cum laciniis loco dolenti applica & sæpius itera. Cui si quid olei nucis adjeceris, perfectior subsequetur cura.

Herpes miliaris,

CAP. CCLXXIII.

Phlyctænis proxima est papula. Est autem ardor cutem serpentinis minimis pustulis exasperans ac rodens, Græcis herpes appellatur. Ea quidem duplex, una simplex que herpes est miliaris, altera sera, que herpes exedens nuncupatur. Papula sera rupis pustulis veram cutem exulcerat, rodit atque depascit, serpit in latum atque in altum, ex eaque ulcuscula manent arida. Papula simplex & minor summam cutem exasperat, & sub una epidermide consistit, exiguas illic pustulas excitans, qua minimum extant aut prominent, milio haud absimilis. Utraque in vicina quasi in orbem quoquo versum serpit, seque diffundit, ac plerumque medium sanescit extremis longius procedentibus, Papula exulcerata erysipelati summe affinis est, ut idcirco nonnulli in genus idem confundant: hoc tamen discriminis intercedit, quod erysipelus conspicua fluxione derepente emergit, herpes vero seu papula sensim multoque tempore, nec conspicua fluxione efflorescit.

Herpetes pustula arida sunt, è quibus rupis nec sanies nec pus exit. Erysipelatis verò magna, exulcerata & humida, quo saniosum pus effundunt. Herpes prurium, erysipelas dolore ac ardore torquet. Omnis papula diuurna est, prorsus febris expers, nec nisi tempore sanescit: erysipelas verò ferè cum febre est, præcept & quod brevi vel sponte solviunt. Utriusque herpetis

herpetis materia continensque causa, bilis est sincera, supervacua eaque ardentissima, (cujusmodi prassina vel aruginosa, que sensim nulloque fluxionis impetu è venis expurgata, tenuitate partes omnes præcipueque carnosus transgreditur, dum densiorem cutem attingit. At verò crassior ea atque glutinosior est quam in erysipelate, ac proinde diutius atque tenacius in cute hæret ac subsistit. Que igitur glutinosior fuerit simulque acrior, in cute tota remoratur, pustulasque movet, quibus rupis exulcerata cute, papula sera emergit. Tenuior verò cutem etiam penetrat, coerceturque in sola epidermide, quam si sudoris modo nequeat transire, erodit & pustulis intercursanibus exedit. [Fernelius.

§. 1. Herpetem miliarem, ut & veram, mitigat aqua calcis vivæ, si calide cum petiis applicetur. Quæ potentius operatur, si alumen dulce vel saccharum saturatum fuerit in ea dissolutum.

§. 2. Optimum vero in his casibus, ad mundificationem corporis præsertim respicere. Sæpe enim aut cacochymia aut mensium cessatio suppeditare causam utriusque solet. Utrouque igitur faciendum, quod res jubet. Præter quæ etiam sudores sunt necessarii. Quibus præmissis, felicior à topico cura expectanda.

§. 3. Quod si profundius malum serperit, & cutem exulceraverit, cremorem calcis vivæ oportet aliqui mundificanti miscere.

§. 4. Sed & decoctum perficariæ, aut foliorum rubi idæi ex aqua & vino herpetes, præsertim tibiatarum, non tantum mundificat, sed etiam ex toto sanat.

§. 5. Egregie etiam conducit unguentum saturaminum ex lichargyro auri & oleo olivarum sine igne

in mortario plumbeo longa tritione mistum.

§. 6. Balsamum vero sulphuris curam absolvit.

Impetigo & lichen.

CAP. CCLXXIV.

Impetigo, cutis est asperitas dura ac sicca cum ingenti prurigine. Ea autem à scabie distat, quod sicca sit & omnis humoris omnisque sanietis expers. Ex siccis enim pustulis fit, scabies vero ex humida. Hujus quatuor sunt species, una admodum simplex: qua cutis rubra, dura, exasperataque vehementi pruritu roditur: at hæc simplici pruritus nomine continetur. Oritur ex bile, aut ex pituita tenui, qua tamen putrida sit aut salsa, & qua sub una epidermide coërcetur, eamque exedit. Altera est vera impetigo, lichen Græcis nuncupata, qua asperior pustulis majoribus emergit, acrius corrodit, latiusque procedit. Hæc sæpe ex neglecta papula fit, serèque ex ea qua papula serà nuncupatur, & qua nisi maturè sublata sit in lichenem vertitur, hic deinde in psoram, psoraque in lepram. Lichenis materia, est bilis ardentior, aut pituita putris ac salsa, non tenuis illa quidem, sed que crassitiem aut ex se aut ex aliorum permissione contraxit. Tertia species est Græcorum psora hæc enim à scabie longe est diversa) qua cuius crassior, sicciior, durior, tumenior & serpentinibus pustulis asperior evasit: his vehementer roditur & exeditur passimque finditur, ex se furfuracea quædam nigra excutit. Huic originem dedit atra bilis in cutem effusa, è qua digeri vix potest: agrè siquidem hoc malum sanescit. Quarta species est lepra Græcis nuncupata, omnium sane deterrima. Et cutem vehementer rodit, alie depascit atque findit: ex qua non solum fursures,

sed & squamula decidunt, modo pallida modo subnigra: nullis hæc cedit remediis, & de ejus curatione vulgus divos implorare solet. Nasciitur ex bile atra, cui etiam crasse lentæque pituitæ salsa quiddam sit admistum. Hincque non epidermidem solum, verum etiam totam cutem prehendit ac obsidet. Quodcumque psora lepræ inquinatum sit corpus, sensim id tabescit & absuntitur. [Fernelius.]

§. 1. Impetiginem & lichenem præsertim in facie & collo, siquidem primum inceperint, saliva jejuni tollit, si loco prius scabendo asperato superillinatur. Quod si latius altiusque serpsit, mundificare primo corpus oportet, & tum applicare hanc aquam tartari. Olei tartari per deliquium libræ adde mercurii crudi quadrantem. Distilla ex retorta, & prodibit mercurius, deinde aqua sine morfu abstergens, & vitia, ista, quamvis contumacissima, curans. Idem facit olei tartari per deliquium, si æquali pondere miscetur oleo ceræ.

Pruritus.

CAP. CCLXXV.

§. 1. Pruritus illine, quod ℥. unguenti refrigerantis Galeni unciam, & populi semunciam, cum opii dissoluti in amygdalino tribus quatuorve granis.

Psora.

CAP. CCXXVI.

§. 1. Psora, quantumvis à scabie videatur diversa, easdem tamen habet causas generationis suæ, nisi quod semper aut coincident, aut una alteram subsequatur. Quicquid igitur discriminis est, id to-

tum alterutrius parentis male sanæ constitutioni acceptum videtur. Inquirendum itaque sedulo, quando generari vel etiam dominari in corpore cœperit.

§. 2. *Psora fœda* pene eadem est, quæ *psora Graecorum*, neque multum differt ab eorundem lepra. Quam curari posse, supra vidimus. Qui autem pleuram curare potest, numquid & ille scabiem sanare poterit? Existimo: nec longe experientia abest. Vide quæ dicta sunt de Lepra.

Ulcera manantia capitis.

CAP. CCLXXVII.

Ut puctularum, ita & scabiei species multe, humoresque multi ac varii earum causæ existunt, quos & dolor & color & manantis sanie species distinguunt. E toto quidem corpore scabies erumpere solent, sed ex capite pessimæ, quæ idcirco peculiari nomine sunt insignita. Appellatur autem *psyracia*, *favus*, & *manantia capitis ulcera*. *Favus*, qui Græcis est *cerion*, saniem amplis foraminibus emittit mellis crassitudine. *Ulcus manans*, quod Græcis est *achor*, gluinosam saniem angustis foraminibus eruciat. Hæc scabiei genera ab ea simplici capitis scabie distant, quæ summa duntaxat cutem obsidet. Hinc autem *cerion* & *achor* dignoscuntur, quod evulsi capilli radix crassa in primis est, lenio crassoque humore obsita. Causa est nitrosa salsaque pituita aut melancholica, sub cute maligne putrescens, quæ quoniam capillorum radicibus multa inhaerescit, & capitis quàm careriarum parium cutis densior est, ex ea detergeri aut elui tota vix potest. Quocirca ulcus ægrè sanescit, utque ex humoris pernicio in primis contagiosum pueris existit. [Fernelius.

§. 1. *Favum* & *achores*, ac reliqua capitis manantia ulcera, in pueris sæpe præstat non curare. Curata enim rato non noxam & periculum creant. In adultis tam nullum externum potens est, quod non simul per interna, causis excisis, curare queat. Fuere, qui arsenico vitris picatis mixto eradicare malum tentaverint, sed irritò successu, quin cum manifesto damno.

§. 2. Quamobrem præmittere oportet, quæ corpus à cacoehymia sua expurgent, ac tum accedere ad usum balsami sulphuris, vel urinæ aprugnæ. Hujus usus talis sit. Vesica urinæ plena è corpore eximatur, & invertatur, iterumque repleatur sua urina, sed admixto ei ejusdem apri cerebro. Tum colligetur bene, & suspensa in camino siccetur. Duratæ medulla deinde illinatur ulcerato capiti sæpius, & curabit ex fundamento.

Verruca.

CAP. CCLXXVIII.

Verrucarum genera licet exigua sint mole, quod tamen fœda sint ac plerumque molesta, in morbis haberi debent. Verruca pensilis, quæ acrochordon Græcis appellatur, parte quidem summa latior, ima vero quæ ad cutem est tenuior, quæ quasi pediculo innititur. Exquisite dura est & aspera, cuti concolor. Altera thymium dicta, & colore thymi florem representans, ad cutem etiam tenuis est, in summo lata, dura & aspera, pensili minor. Hæc quidem verruca raro solitaria, sæpius complures proveniunt, maxime in palmis pedibusque puerorum. Plerumque inopinatè comparent, atque etiam nonnunquam subito disparent. Verruca sessilis, quæ Græcis est myrmecia, his-

milior est thymio, lupino vix unquam major, dura, stabilis, latiore basi, radices alte exigens dolorem ciet. [Fernelius.

§. I. Verrucas cujuscunque generis tollit aqua supernatans truncis quercuum bipenne detruncatarum.

Clavus,

CAP. CCLXXIX.

Clavus ut sessilis verruca, in cute eminet, albus, rotundus, callosus, parte summa clavorum capiti similis, sed prædura solidaque radice intro se inficiens, quasi ex ossium membranis emergat & expulset. In digitis plantisque pedum ex calcei pressu aut interirigine nasci solet: acuto interdum dolore sponte ferrens, semper vero ingredienti molestus. [Fernelius.

§. I. Clavis incisus & urina canina elutis imponatur emplastrum ex cera rubra cum tantillo mercurij dulcis. Excidentis clavi cavo imponatur frustulum lardi saliti.

§. 2. Secretum Rulandi est. ℞. Olei sulphuris per campanam semunciam. Lapidis corrosivi vel salis alkali drach. duas. Sem. hyofcyami drachmam. Opii semidrachmam. Tere & misce s.a.

§. 3. Sunt qui anguillæ sanguine jubent lavare locum affectum.

Callus.

CAP. CCLXXX.

Callus colore atque substantia clavo similis, obdurata est summa cutis ex labore, in palmis aut in inferioribus pedum plantis succrescens. Nullam tamen radicem alte demittit, ac proinde prorsus est doloris expertus. [Fernelius,

§. I. Cal-

§. I. Callis, frequentiore lotionem emollitis remedium optimum est rasura cum cultro. Caetera locum hic non habent.

Macula.

CAP. CCLXXXI.

Cutis etiam vitia quedam nihil prominent, sed equalia manent nulla asperitate hujusmodi sunt macule quæcunque alieno colore hanc fædant: ut vitiliginis species, lenticula, ecchymomata, sugillata, stigmata, vibices. Vitiliginis tres sunt species: albus, melas, leuce. In his cutis fædatur dispersis maculis, neque continuatis, neque coherentibus, sed quæ se dem mutant ac serpunt. Sub his sensus aut omnino perit, aut multo stupidior evadit, ut ne si cutis scalpatur & interdum ne si acus quidem leniter insignatur, percipiat. Albus albo, melas nigro colore velut umbra inficit: atque hi summam duntaxat cutem occupant. Leuce albo etiam, ut albus, colore describitur, sed altius descendit cutemque totam prebendit. In hac pili excidunt, alique albi ac tenues succrescunt lanugini similes. Confirmata leuce perfrictione nunquam rubescet, neque adacta acu sanguis, sed aquosa duntaxat sanies exit. Videtur præterea & interdum vitiligo quedam rubro, fusco, aut livido colore, cujus sensus aut perit aut stupidior est, hocque genus unum versum juniores malum mortuum appellant. Hac vitia peculiaria iis sunt, quorum malus est habitus: omnium quippe efficiens causa est humoris impuritas. Albi quidem & leuces crassa glutinosaque punita, melanos bilis atra, cæterorum humor fædo coloris consentaneus. [Fernelius.

§. I. Maculas curare quisquis cupit, corpori à pravus humoribus emundato externa, adhibeat. de

quibus Practici videantur, ut de eorum natura Fernelius.

§. 2. Pinguedo piscis Thymali (*Asthen*) cum oleo cannæ maculis illita medetur.

§. 3. Sanguis & lac humani si pari mensura distillatur, quod prodit, illitu maculas tollit. vide *Lentigo* infra.

Lentigo.

CAP. CCLXXXII.

Lentigo & *varus* in facie potissimum & in manibus, nonnunquam in pectore emergit lenis magnitudine, colore fusco, crebris quasi guttis dispersa: his familiaris qui ruffo sunt pilo. Interdum hyemeque præsertim sponte deletur, æstate revirescit ac crebrescit: Accidunt & partibus cæteris maculae majores, palma interdum magnitudine, colore etiam fusco, & quæ quibusdam temporibus & oriuntur & desinunt, quæ quoniam naturæ ejusdem sunt, in id quoque genus pertinent. Has autem constat ex melancholico succo nasci, qui è visceribus in cutem sit effusus. Interdum etiam peculiaris cuius vitio & affectu contrahuntur, quo illius alimentum, etiamsi purum sit, corrumpitur alienumque colorem subit. Cuius enim extrinsecus infecta suum pariter cibum mutat, quemadmodum & macula ab ortu primæque conformatione, ut signa quedam nobis inusta, nulla possunt ratione deleri: & si nonnunquam obscurantur, tempore virescunt, aliæ quidem cum maturis fragis aut cerasiis, aliæ vindemiarum, aliæ alio tempore aliove cæli statu. Quin etiam ut ex anthemata, ita etiam aliæ quedam macula venenata qualitatis contagione sine pustulis efflorescunt, tum colore tum figura variæ, atque etiam interdum inaudita: idque vel aëris inquinamento, vel hausti veneni pernicie, vel virulenta bestia morsu, qua

fit: quæ non nisi extincta venenata qualitate deleri possunt. [Fernelius.]

§. 1. Lentigines (*Dommerstlercken*) tollit aqua distillata ex foliis satyrii maculosi & in novilunio collectis. Ea cutis autumnò diligenter lavetur, quo ne vete redeant. Quin præsens remedium est, si in aqua ista solvatur sal è veterum caulium cineribus s.a. paratus,

Suggillata.

CAP. CCLXXXIII.

Ecchymomate quoque cutis sedatur, hoc enim est sanguinis per cutem effusio atque concretio. Effunditur autem è tenuibus exilibusque venis in cutem sparsis, quæ ob sanguinis copiam aut tenuitatem aut acrimoniam vel anastomosi, vel diapedesi referantur: crebrius vero vel labore immodico, vel contusione ex ictu casuque rumpuntur. Ex his ergo sanguis per cutem effusus coit, modo cum levi tumore ac dolore, modo citra hæc ejusque colore inficitur cutis. Primumque livescit, ac tum affectu pelioma Græcis nuncupatur: deinde nonnunquam nigrescit, estque tum melasma: utraque nobis sigillata dicuntur. His minora sunt stigmata, minoresque vibices quales relinquuntur è flagellis. [Fernelius.]

§. 1. Suggillata optime carnes crudæ impositæ tollunt.

Gangraena.

CAP. CXCLXXXIV.

Magna sepe vitia phlegmonis aliisque tumoribus succedunt, quorum non aliud gangraena pejus. Est enim incipiens partis corruptio: quæ quum jam eo processit, ut pars corruptione extincta & emortua sit, Sphacelus id est, sideratio nuncupatur. Hæc in ossibus særies est, in carne cæterisque partibus generis no-

men retinet. Primum igitur coloris flos perit & ex-
tinguitur: quumque jam sphacelus est, pars livet aut
nigrescit, tumida, mollis ac prorsus cadaverosa: nec
arteriarum pulsus est, nec dolor, sed nec sensus ullus,
ut etiam sine sensu dotoris alie scalpellus adigi possit.
Oritur autem quum pars affecta virali calore ac spi-
ritu destituatur: aut quia corde per arterias influere
prohibetur arctiore vinculo, conuisione vel obstructio-
ne: aut quia insinus parvis calor profocatur & exin-
guitur, idque vel humorum copia, ut in magnis in-
flammationibus, vel ingenti obstructione qua perspi-
rationem prohibet, vel perspirationem prohibet, vel
penetrabili frigore, vel venenata atque maligna qua-
litate.

ABSCESSVS.

Abscessus ante maturationem est aperiendus, alius
enim in fistulam abit in parte exanguis, ut pleura,
& si materia sit maligna acris: Si à materia frigi-
da, aperienda non est ante materia uniuersa coctio-
nem: Sopia sunt si dolor, calor tumor, febris inten-
dantur: Vbi calor, dolor, febris remiserunt, & tu-
mor in mucronem auollitur, pus est confectum: Lo-
cum habent suffurantiã cum humor sit impactus est
ut repelli, vel ob parvis principis ut reniam nequeat.
Sit crassus ut resolui non possit: Aperiitur qua parte
in conum assurgit, secundum fibrarum rectitudinem
in pus non confectum effluat. Suffurantiã poros occlu-
dunt ne calor exhalat, & sic à mollientibus disse-
runt, Aperiitur vel ferro, vel medic. Ferro vel igni-
to, rarius, vel secante, ut in annulo: medic. sunt vel
cauieria potenti vel miioras ut fermentum, cape sub
cineribus cocta allium, Stercus columb. Sapo niger,
semen sinapi, sal, ficus diachyl. Stercus canis, ni-

trum

trum tussis, vociferatio, sternutatio, vomitus, sca-
bios. pulsus; horum aliqua ampl. maturantibus ad-
de: Syr. de pussio cum aqua scabiosa exhibea-
tur.

Abscessus, apostema Græci dicunt, est collecta ma-
teria in pus aut in alienam substantiam conversio.
Inflammationis quidem materia, qua sanguis est, ex-
tra venas purescit, cuius si tanta est puredo ut ne-
queat ab insino calore vinci sepe in gangranam tran-
sit: si vero vincatur, concoctionem pus facessit, ea-
que puris collectio absolute est abscessus. Hic quum
fit, locus tumensior, durior, rubicundior, feruidior
ac antea apparet, dolor incumbit vehementior, isque
pungens ac lancinans, atque si locus insignis est fe-
bricula rigorque inordinatus noctu potissimum fati-
gans. Abscessu jam factio mitescunt omnia tumor in
mucronem magis auollitur, exciraturque cuius pru-
rigo. Pus enim cineri comparatur, cuius jam calor
deserbit.

ATHEROMA STATHOMA meliceris.

Rarissime sine chlimogia ope curantur: Quod si
vesicula rumpatur, aut tota non auferatur, fistula
fere, aut vlcus fædum remanet, quorum difficilis &
iarda curatio est; Tolluntur quandoque, licet ra-
rius, Dissipantibus fortioribus, Balsamo peruvia-
no aliquot curavi, Laudatur oxy croceum. valeo
sequens ℞. Gummi sequp. ammon. ana. ℥ss. rad. py-
ret. euphorb. ana. ℥ss. sulph. ℥ij, olei succ. ℥j, m.f.
Emplastr. Quod si materia sua ex membrana ru-
mpione, tota, excierit, exedentia sive corrodentia,
adhibenda, alia enim nimis debilia forent, Rad-
helleb. n. galla vsta, nuclei dactylor. combusti, arugo

aris, alumen vstum, calx viva vitriolum, mercur. sublim. & precipit spir. Scol. vitrioli spir. salis, liquor tartari, ungu. aegypti. Fuscum Fel. Wuribis, cinis quorum, sament. vitis &c. Placet nonnullis Arsenico hic vit. & Auripyg. & non nisi cum summo periculo vsurpantur iis in locis quibus nervi accumbunt. Si ad suppurationem abeant, quod rarius, videndum maturantibus, Barbette.

Fiunt porro & alij abscessus ex frigidis, duris, inveteratisque tumoribus quorum materia neque inflammatur neque suppurat. Ex his non pus, sed aliena quadam substantia eruitur, ex frigido humore concoctionis vi genita. Ita enim his apertis potissimumque inveteratis, substantiam deprehendimus similem vel grumo, vel ossi, vel unguis, vel pilo, vel lapidi, vel adeni, vel ligno vel carboni, vel luto: ea in carnosa parte succrevit, sed nulla cysti obvoluta.

Fiunt & alij quoque abscessus quorum materia cysti & tunica concluditur, atque ex materia conditione res emergunt eorum differentia, steatoma, atheroma & meliceris. In steatmate que extirpatur sano, in atheromate putri, in meliceride melli per similitudinem est, circumquam tunica vetustate obduruit. Hac in reliquis partibus corporis rarissime, crebro in capite progigni solent, quod huius cutis densa materiam diu contineat, dum in alienam externamque substantiam concedat. In hac quoque genera pertinent capitis tumores, junioribus testudo & calpa dicti, nisi quod forte distent magnitudine. Quoniam autem leni sunt hi abscessus, ac sensim multoque tempore gignuntur, aut nullo aut obsecuro dolore exercent, nisi quum forte acius suppurant. [Fernelius.

§. I. Gangrenam seu sphacelum incipientem curat

rat balsamus sulphuris una cum emplastro dia sulphuris. vide Mart. Rulandum cent. x.

§. 2. *Lixivium forte, in quo scordium & radices scorzonerae ac vincetoxici coctae sunt; si eo calide foveatur.*

§. 3. *Spiritus vini camphoratus, sive in cujus unciis tribus soluta est camphorae drachma: si eo pars lavetur & foveatur impositis linteis. Vide Hildanum in observationibus & de Gangraena.*

§. 4. *Butyrum antimonij sicutatae parti illitum potenter mortuum a vivo separatur. nam si eo circulus in parte describatur, ibi silit malum, nec serpere ulterius patitur. Ut vero, quae iam consistit, gangraena separetur, & locus mundificetur, convenientissimum est oleum papaveris expressum & ad uncias tres cum mercurij sublimati seu turpethi mineralis semidrachma ad brunitatem lenissime coctum. Hoc enim perfecte mundificat, & omnes exulcerationes fetidas ac gangraenas a partibus vivis efficaciter separatur, putridaque absorbit, & sana non tangit.*

Fistula.

CAP. CCLXXV.

Sinus, venter est & obiecta latensque capacitas expurgato abscessu manens. Quum sanguis in phlegmone, aut alia in abscessu materia putrescit, contagione vicinam quoque carnem, & interdum nervorum venarumque fibras corrumpit & exedit, quae & puris naturam subeunt, & cum pure destuunt. Proinde pure affatum effuso, necesse est in eius sinum relinqui, quo id tenebatur. Quum enim pus exitum nullum habens diu coercetur ac in eius subsidio proxima quaeque & adhuc sana rodendo sinuat, sicque late sinus se fundit. Hic si in longum exporrigitur, longioreque ducto pus emittit, fistula nuncupatur: est enim arcus oblongus

gusque sinus. Hac ex figura modo simplex, modo multiplex, quasi ramulis sparsa, interdum recta, interdum tortuosa flexuosaque est. Recens sinus atque fistula carne sua circumvolvitur, cujus tandem latera vetustate obdurescunt, quod pure adhaerente nec tempestive deterso atque concrefcente occalescant. Hoc tanquam pariete aut velamento sinus fistulae circumdatur, qui & tum callosus appellatur. [Fernelius.

§. 1. Fistulae curantur internis pariter & externis. Interna sunt potiones vulnerariae, de quibus consulantur auctores, atque in primis Felix Wurtzius De cur. vuln. tract. iv. cap. 5.

§. 2. Memineris autem inquirere, an quæ caries subsit ossi. Fistula enim nunquam curatur, si in os aliquod definit, illudque nigredine aliqua infectum fuerit. Ita que os aut radendum, aut convenientibus medicamentis purgandum. Præ aliis convenit mercurius dulcis aqua plantaginis solutus.

§. 3. Inret consolidantia excellit sal aluminis ex capite mortuo, præsertim si cancerum fluviatilium succo fuerit solutus, & cum turundis aliisve instrumentis fuerit in fistulam prius elutam ingectus.

§. 4. Liquor ille, qui post tertia quartave vice extractum specificum purgans Paracelsi superest incoagulabilis, aliquot guttis in fistulam inditus brevi consolidat mundatam: præsertim in gingivis post extractos exesos dentes.

Sinus citrationem vide apud Sennertum Tomo. 5 p. 2. c. 6.

Vulnera.

CAP. CCLXXXVI.

Vnitatis solutio in veramque partem tum simi-
rem

rem tum organicam incidit, estque communis veriusque morbus. Quacunque interiorem & ex corporis vitio originem habet, aut que pus putredinemve contraxit, ulcus appellatur. Nam phlegmone aperta & vulnus quod incuria jam sordidum ac pure evasit, specie mutata ulcus est. Quæ vero extrinsecus orta est, si casim inferitur, plaga aut vulnus: si punctim ab acuto telo, punctio: si collisu à re gravi, in carne quidem contusio, in osse fractura: at in membrana, nervo atque venaruptio nuncupatur. Evidentes causa aut incidunt ac vulnerant, aut pungunt, aut contundunt, aut multifariam agunt. Incidunt ensis & quæcunque longiore sunt acie. Pungunt pugio, sica, sagitta, animalium morsus & quæcunque iacurone sunt prætenui. Coniundunt casus, violentia incurso, motus vehemens, vociferatio. Multifariam agunt, venabula, retusa vela & quæcunque vulnerando coniundunt. Hinc igitur tres prima sunt solute vnitatis differentia, vulnus quod parvis est mollioris, ut cuius, ut carnis, vena, arteria, nervi aut membrana. Punctio vero vniuscujusque partis perforatio. Contusio seu collisio mollioris partis frequens interior divisio, externa facie integra. Durioris vero partis ut ossis (quod irruenti corpori duro non intro cedit, nec in se compellitur) solutio, fractura est. Tensarum vero partium, ut nervi, membrana, tendonis, vena & arteria, ruptio. Hac quidem simplicia sunt solute vnitatis genera, ex quorum commistione composita emergunt. Vniuscujusque multa rursus species existunt. Nam vulnus aut simplex est aut cavum. Hoc ita appellamus in quo propria substantia portio quadam periit. Simplex rursus aut summum est, quum cutem solam occupat, aut profundum, quum in carnem aliasve subjectas partes infligitur. Longum aut

breve, magnum aut parvum, atque in his non longitudo sola sed altitudo quoque & latitudo spectanda. Rectum vel obliquum: aequale vel inaequale, ut quod parte una summum est aut angustum, altera profundum aut latum. Singula ejusmodi differentia tum sensibus praesertimque visu atque tactu tum insipientis causae animadversione internosci solent: nequa (quum coram sint & in conspectu posita) alia de se iudicia postulant. Sed tamen causa quae vulnus inflixit & materia & figura & magnitudo & vires astimanda sunt. Materia aut lignea est, aut arundinea, aut ferrea, aut aerea, aut stannica, aut plumbea, aut cornea, aut vitrea. Figura aut acuta, aut, obtusa, recta, curva, angulosa, sulcata aut spiculis alata. Magnitudo teli admodum varia obtingit, cujus etiam appellatione irruendi impetus comprehenditur: ut sit utrinque vulneris magnitudo conspectior. Vires ejus materiae quae vibratur interdum nulla sunt, interdum aut simplici aut venenata qualitate insensae sunt: simplici ut cauterium & septicum medicamentum: venenata ut tela toxica immensa exintraque, ut rabidi canis, serpenis aut muris aranei morsus: ut scorpii, viperæ aut phalangij aculeus. Hæc vero non amplius simplicia & solitaria sunt vulnere: quemadmodum nec qua vel intemperiem, vel ingentem dolorem, vel phlegmonem, vel prurium comitem habent. Hinc autem illa nosci, possunt, quod symptiogramata quampro simplicis vulneris conditione graviora suscitent, maxime vero quae toxicum & virulentarum bestiarum ictibus insiguntur, de quibus posthac plenior erit tractatio. Nunc autem ad eas notas pergo quae demonstrant quae pars in quovis vulnere primum sit affecta. Incisa vena, sanguis abunde profunditur, eoque abundantius quo amplior

atque

atque turgidior ea fuerit, profluit autem continenter & aequaliter nullo subsultu, sanguis crassusculus atque rubicundus. Ab arteria vero tenuis, flavus servidusque manat, neque is aequaliter, sed pulsu quodam & saltu, quum enim arteria se summittit, copiosior exit. Neruo autem sensum tantum sed casum vulneratio, motus interdumque sensus petiti aut certe offenditur, torporque accidit pariter. vulnere subjectis, dolor ingens excruciat, inflammatio partem exercet nonnunquam in gangranam desinens, febris accenditur, cerebrique consensu saepe delirium succedit. Convulsio quoque insequitur, idque frequentius puncto & quadam tunc secto quam preciso neruo. Vulneratis tendonibus aut membranibus quantum calviam tum reliqua ossa convalescunt, eadem signa at obscura tamen obtingunt: multo quoque magis castis articularum vinculis. Os vulneratum sinudatum est, immisso specillo scabrae exasperatumque percipitur nullo dolore, nisi quum forte obrepente membrana durius occurritur. Tam vero quam intus partem unumquodque penetrans vulnus attingat, signis judicandum. Si ex capitis ictu meninges vulnus acceperint, atrocissimus dolor inest, qui & mansu adductisque maxillis, & spiritus contentione exacuitur, protinus vomitio consequitur, identidem ac subinde recurrens: sanguis iniro effusus nonnunquam vel e naribus, vel ex oculis promanat: sensu interdum quasi attonitus obtunduntur, neruique distenduntur: nec multo post febris atque mox delirium exoritur, praesertim quum inflammatio occupaverit. Si cerebri quoque substantia offenditur, ut facile sit quum amplificatum id (ut plenitudo) omnem calvæ capacitatem implet, mens laboriosa symptomataque omnia ingravescant, ac saepe cere-

bri portio non citra vicia perniciem excidit. At si alius in cerebri ventriculos vulnus sit inflatum, aut si transfossi sunt oculi, repentina mors insequitur, perinde ac percusso corde: illic quippe vis animalis, hic autem spiritus atque etiam sanguis confertim emanat. Quum pectoris vulnus in caetera subit, expiratione status erumpit, atque vel aloës vel myrrha vel aristolochia pulvere in vulnus infuso, mox amaror imparitur ori. Vulneratis pulmonibus præter hæc, expulsiio spumans cruentaque feritur, spiritus difficile atque cum sono eliditur, deinde n̄ repentina mors sequitur, tum febris tum marcor hominem sensim conficit. Consciatio corde protinus extrema frigescent, morsque in propinquo est: atque ea derepente irruet, si consciatio in illius sinus descenderit. Arterius venisque amplioribus inibi dissectis magna sanguinis viriumque facta profusione, sudores frigidi foetidique exeunt mortis nuntii. Transfixum diaphragma præcordia convellit, summam inferi difficultatem spirandi, delirium quoque & mentis alienationem, nonnunquam tussim & expulsiionem cruentam, tandemque haud secus atque ictus pulmo tabem atque interitum: maxime quum parte, id media afficitur, ut qua nervosa exanguisque sit, & continenter agitetur. Extremarum vero partium qua carne multa sunt prædita vulnera interdum agglutinantur. Vulneratis gula nullus cibi potusve transitus est, quicquid assumptum fuerit, protinus evomitur: singultus, animi defectio, ac plerumque convulsio distorquet. E ventriculi vulnere quod in capacitatem subit, cibus & potus erumpunt, vomitiio quoque frequens est, & singultus, & animi defectio, nec ex eo diu quisquam servari potest. Dissectis intestinis faeces minime descendunt, sed in abdominis spatium illabuntur gravi exoria

exoria purredine: atque plaga vel faeces ipsas vel eorum odorem fundit. Iecoris aut lienis vulnus quum per summa est, præcordia ad spinam reducit, cruentas tum vomitiones tum dejectiones movet, lateris punctiones doloresque ad jugulum quod è directo est, animi defectiões atque febrem, alvi profluvia, quibus tandem quasi atrophia corpus liquescit & absimitur. At quod aliis vulnus infligitur, animi defectiione frequenti sudoreque frigido mortem accelerat. E releso mictio sit crucentia eaque parcius, dolor ad inguina atque testes devolvitur, urina sub abdomine collecta hydropis quandam speciem exhibet. Eadem propemodum & percussa vesica inferi, atque insuper vomitionem, singultum, deliria, urinaque profusionem è vulnere, quibus & mors succedit. Dissecta spina medulla subdita partes resolvuntur, earumque motus ac sensus omnisque functio intercidit, ut etiam modo stercois, modo vena, modo semen præter voluntatem exeat. Rarè autem simplex vulnus usquam conficit, sed ferè partes complures occupat atque comprehendit, è quibus & multa & varè confusa signa existunt. [Fernelius.

§. 1. *Vulnera & quævis vulnerum symptomata curandi methodum longe optimam & laude dignissimam scripsit. Felix Wurtzius. Cui tamen prævit Paracelsus: qui ceteteris palmam in omnibus præcipit, quæ ad chirurgiam pertinent, cujus chirurgica scripta magno usui sunt, ei præfertim qui intelligit inter quæ vel in primis legis meretur Chirurgia parva, quam succincte olim fuisse à Viro Amerbachio contractam novi.*

§. 2. *Balsamus vulnerarius Wurtzii. ℞. Galbani, ammoniaci, bdellii, ana semunciam. Macerentur in aceto per triduum, colentur, & ad mellis consi-*

stentiam inspissentur. Postea ℞. myrrhae rubrae optima, mastiches electae, ana semunciam. Olibani unciam. Quibus tenuissime pulveratis adde terebinthinam laricem & olei olivarum ana uncias duas, & omnibus leni igne ac perpetua agitatione solutis per vices adde olei olivarum recentis unciam, & porro eodem igne coque, donec integram eius libram immiscuerit, ac tum tandem primum praeparata gummi admisce, & perge agitare ac alteram quoque olei libram addere, donec evaserit in balsamum subflavum. Quem si viridem cupis, adde aliquid arginis. Deinde repone ad solem per aliquot septimanas, donec subsederint feces. A quibus denique sincerum decanta. Hoc vulnera recentia, punctim casimve facta, citissime curat, si modo parum ejus modice calidum sic in vulnus immittatur, ut omnino cavitatem impleat. Nisi enim hoc fiat, labiis tenus consolidantur, relictis inferioribus adhuc crudis & ad inferendum varia symptomata promptis.

§. 3. Quod si simul vena fuerit laesa, illa liganda est, balsamoque infuso quatrivdi minimum spatio, si modo ligatura conveniens accesserit, perfecte vulnus consolidabitur.

§. 4. Nonnulli usurpant interdum in hisce casibus, etiam balsamo non adhibito, pulverem hunc *gluinatorium*. Cancros fluviatiles vivos & integros & ob positas nuper exuvias (quod fit luna inambulante cancro) adhuc molliusculos exsicca in clibano in vase terreo ita, ut ab igne non tangantur, ne dum comburantur, & tamdiu donec pulverati possint tenuiter. Hunc pulverem immittunt in vulnorum profunda, sed eadem cautione, & ob eandem causam, quos supra proposui.

§. 5. *Balsamus alius*. Cerumina aurium, quan-

tum habere potes, cum pari pondere olei nucibus juglandibus expressi coque donec instar balsami spissescant. Hujus usus est stupendus in omnibus vulneribus citissime curandis.

§. 6. Huc quoque refer balsamum sulphuris & emplastrum diaphulphuris Rulandi, ceu quae comperitae hinc virtutis sunt.

Fractura.

CAP. CCLXXXVII.

Osse quoque peculiaria vitia insunt ulceri finitima: nam & continuitas solvitur & id loco movetur. Continuitas solvitur quum id aut vitiatum, aut colliditur, aut foratur, aut finditur, aut frangitur. Vitiatum vel quum nigrum evasit, à caudente ferro ustum, à maligno ulcere, à fistula, à cancro assidente inquinatum: vel quum pingue & molle vel etiam quum cariosum sit. In his non solus color, sed & ossis soliditas perit: qua in nudato osse satis est conspicua, in contectio vero explorari debet specillo tenui in ulcus immisso, dum os attingat: molle siquidem & asperum apprehenditur. Colliditur atque contunditur nonnunquam cum nulla divisione pars illius summa ex ictu solum exasperatur: nonnunquam quum integra continuatione inflectitur, ut costa atque cartilago, at vero proprie quum in interiorem partem impellitur. Hos concavum quodammodo sit, quemadmodum & aenea vasa quum illiduntur. Infantibus & iis quibus etiamnum tenella sunt ossa, praesertim vero calvaria, peculiare hoc vitium. Tum quidem incumbens caro contusa est atque sub ea depressum os cavumque tactu dignoscitur. Foratum est os quum adacto tenui mucrone demissoque tenui specillo undique soliditas exi-

fit. Finditur rectum & ut lignum in longitudinem, frangitur vel transversum vel obliquum: atque huius extrema modo reclusa, modo acuta sunt, hæcque sapius carnem vulnerant aut nervum. Quinetiam fragmenta ab his tenuia interdum recedunt non sine compunctione ac dolore. Fissum fructuræ os facile cognoscitur si illius fragmenta suis sedibus moventur: aliud enim super aliud effertur, ac proinde asperitas & inæqualitas tangenti occurrit, mutaturque interdum partis figura. At nonnunquam fit ut fragmenta omnia in suis sedibus persistant, ac tum obscurius est malum: nihil enim pungit, nihil resissum est, sed tactu omnia sunt æquabilia membroque sua figura manet. Hinc tamen coniecere licet, quod pars contacta dolet, neque suo persungitur munere: tota intumescit ac plerumque calet, evidentes quoque ictus causa antecesserunt. Atque hæc omnibus quidem ossibus communia sunt, nunc quicquid unicuique peculiare est persequamur.

Calvariam penitus frangi aut etiam findi periculosissimum, & nihilominus cognitum difficillimum est. Quum caput vehementer percussum est re quæpiam dura, aspera atque vasta, sanguisque per aures aut per nares effluxit, & bilis vomitio & vertigo insequeuta est, homoque quasi attonitus concidit, sine voce, sine sensu, magna fracta calvaria suspicio esse debet. At hæc certe interdum ea nondum fracta obtingunt, concusso dumtaxat vehementius cerebro. Sed & nonnunquam sine his quosdam vidimus fracta calvaria dies circiter octo quasi minime affectos, ad consuetam munia prodire, quos tamen postea ingens symptomatum turba prostravit. Itaque quum fracti ossis opinio est, nullum certius signum sit, quàm demisso in plagam specillo id explorare. Si quid enim in osse
asperum

asperum extra suturas occurrit, fractum id ipsum est: si nihil nisi leve & lubricum, integrum manet. Interdum etiam ex malis symptomatis fractæ calvarie suspicio est, nec tamen qua parte vulnerata est cutis, sed altera os finditur: ac tum circumspiciendus querendum nunquis locus mollior sit aut tumeat aut doleat, in hoc quippe ruina existit. Porro autem si malis quas dixi notis statim per initia vel meningis alienatio, vel torpor, vel nervorum resolutio vel distentio accesserit, non modo fracta, sed & depressa calvaria meninges cerebrumque premit. At si ea multo post tempore supervenerint, vel ex phlegmone, vel ex humorum illuvie originem trahunt. Siquid autem in naribus adversum frangitur, sive os sive cartilago est, nasus defidit, coarctantur nares, spiritusque egrè ducitur. A latere vero si quid fractum est, aut locus cavus apparet, aut nasus in alteram partem contorquetur. Fracta verò maxilla quemadmodum & jugulum, non nisi communibus indicibus deprehenditur. At costa si tota perfringitur, præter eas notas, sanguinis quoque spiritum, gravissimum dolorem, spirandi difficultatem, inflammationem, febrem, suppurationem vitæque periculum infert. Contusio atque depressio, eadem quoque sed leviora multo. Quum quid verò in spina fractum est, quoniam acutum id est, uique pungit, locus concavus fit, corpusque in partem interiorem nititur. Humerorum atque femorum fractorum non alia quàm communia signa sunt: uti neque brachiorum neque tibiarum: quanquam in his non parum ad rem pertinet considerare alterumve os an urumque sit fractum. Hæc de fractis ossibus, nunc de luxa-

§. I. Fracturis ossium confecturaminandis mirifice valet osteocolle. De cuius usu vide in Hildani obser-

vationibus : & nota, juvenibus non admodum convenire, nisi prius in arcanum vel magisterium philosophice redigatur.

Luxatio.

CAP. CCLXXXVIII.

Luxarios dicimus quod vel prolabitur vel quovis modo sede sua movetur. Id si perfecte fit & articulus prorsus excidit, ossisque caput è sinu suo promovetur, vitium hoc Græci ἔξωσπονία vocant. Si vero os ab offe paulum recedit, eaque inter se debiscunt atque diducuntur, ἔξωσπονία. Utrumque autem modis quatuor fieri solet : aut enim in partem priorem, aut in posteriorem, aut in anteriorem, aut in externam os elabitur. Fit autem prolapsus omnis interdum ab externis causis, ut ab ictu, casu & ab aliis quæ violenter os aut è propria sede dimovent, aut vincula disrumpunt, aut laxant, idque frequentius in pueris & imbecillis, quàm in robustis. Interdum etiam ab interiore causa, quæ vincula articulosque laxat & infirmat : ut quum humor pituitosus, mucosus ac lubricus exuperat, qui vel multitudinem vincula emolliat vel lentiore ossa lubrica efficit. Luxari autem omnis articuli hoc indicium est, quod quæ parte os proflit, articulus extuberat, adversa è qua recessit sinum habet : membri figura pervertitur, neque recta manet, membrum ægè in eam partem flectitur in quam os excessit, in adversam per facile. Et hæc quidem luxatio omnibus sunt communia, quid verò singulis accidat, deinceps dicendum. Maxilla & in partem priorem & in alterutrum latus promovetur. Quum in priorem, nec tum prominet forasque excedit, & inferiores dentes linguæ superiorum sedem excedunt : quum

quum vero in latus, mentum in contrariam partem contorquetur, nec dentes inferiores partibus respondent. Cervicis vertebra si in partem anteriorem procidant, ægè tum spiritus ducitur, tum cibus vocatur, sinusque inest : si in externam, præter hæc mentum etiam pectori committitur & tumor in cervice prominet. Sic propemodum & quum in spina vertebra prolabitur, licet non prorsus excidant, ea posteriore parte vel prominet, vel excavatur vel in alterum latus inflectitur, neque amplius recta illius figura manet. At verò quum toto loco mutata sint vertebra, quoniam & membrana & nervi premuntur aut etiam disvelluntur, præter ea quæ dixi, ex iis quæ super sepium transversum sunt, brachia atque latera aut resolvuntur aut distenduntur, vomitus spiritusque difficultas incidit. Ex iis vero quæ sub sepio, cura resolutione aut distentione laborant, unde aut fæx alui aut urina modo supprimuntur modo præter voluntatem exiit. Humerus in alam frequentius, in priorem partem rarius, in superiorem nunquam prolabitur : si in alam, brachium recedit à latere, neque in id adducere potest : si in priorem brachium in posteriora facile, in priora difficile inflectitur. Cubitus ab humero in omnem partem excidit : quum in posteriorem, brachium curvum, est neque exporrigi potest, estque altero brevius : quum in priorem, extensura id ipsum est neque incurvatur. Similis quoque luxata manus est ratio. Fæmur si (ut sæpissimè fit) in anteriorem partem prolabitur, crus totum extra porrigitur, vix alteri jungere potest, estque eo longius. Si in posteriorem, ut non nunquam contingit, crus totum intro spectat, estque altero brevius. Raro autem admodum vel in priora vel in posteriora luxatur.

Genus in omnem præterquam in priorem partem

converti potest: quod signis communibus internoscitur. Hinc etiam quod perinde atque in fœmore nervi intendi solent. Palma plantaque ossa modo in priorem partem modo in posteriorem prodeunt, atque in ea parte tumor apparet, in adversa sinus. Digni tum manus tum pedis in partes omnes excidunt, communesque notas habent, quia neque naturalem figuram retinent, neque possunt in eam partem flecti in quam prolabantur. [Fernelius.

§. I. Luxatio quemadmodum curari debeat, apud Chirurgiæ magistros videre oportet.


FINIS.



IN



INDEX
RERVM ET VERBORVM
in Hartmanni Praxi Chymiatricæ
contentorum.

A	Acrochordon.	473.
	Abcessus.	478.479
	Abortus & causa.	377.378
	Abortum præcavenia.	378
	Abſynthii uſus & uili- tas.	207
	Sal.	207.424
	Spiritus.	207.427
	Arcanum.	207.432
	Acetum terebinthina.	31
	Terebinthina pro extrahendis la- pidibus.	31
	Scilliticum.	100
	Theriacle.	23.100
	Acidula.	259.261.288
	Achor.	472
	Acrochordon.	473.
	Aegyptiacum ossa nigro- re inficit & corrup- tit.	413
	Aegylops quid & causa.	111
	Agrimonia arcanum.	336
	Unguentum de alabaſtro.	44
	Album gracum.	153
	Alkermes extractum.	31
	Aloëica pitula.	201
	Aloës Balsamus.	201
	Alphus.	475
	Alvi promotio.	223
	Tarda deſectio.	219.
		220
	Alumen crudam.	244.
		424

Index

<i>Aluminis arcanum.</i>	445	<i>Antimonium solummodo</i>	
<i>Sal.</i>	482	<i>per alvum & non per</i>	
<i>Aluminis crudi usus de-</i>		<i>vomium purgans.</i>	422
<i>bet esse cautus.</i>	256	<i>Antimonium diaphoretici-</i>	
<i>Ambra rectificata.</i>	27	<i>cum.</i>	20.22.165.204.
<i>Amuletum in dolore ca-</i>		430	
<i>pitis.</i>	66	<i>Diaphoreticum fi-</i>	
<i>Antiepilepticū.</i>	66	<i>xum.</i>	294.303
<i>Anagallidis decoctum.</i>	50	<i>Solare.</i>	433
<i>Anasarca.</i>	295.305	<i>Antimonii cinnabaris.</i>	21
<i>Aneurisma.</i>	464.465	<i>Butyrum.</i>	436.437.
<i>Causa & signa.</i>	465	481	
<i>Angelica oleum.</i>	444	<i>Electuarium.</i>	6
<i>Vnguentum.</i>	444	<i>Essentia.</i>	391
<i>Angina quod & ejus si-</i>		<i>Flores.</i>	6.13.22.422
<i>gna.</i>	150	<i>Flores correcti.</i>	13.
<i>differentia.</i>	151	16.40	
<i>causa.</i>	151	<i>Flores albi fixi.</i>	20.
<i>cura</i>	152.153	165.182.204.297	
<i>Angina notha.</i>	152.154	<i>Oleum.</i>	436
<i>Angina notha puerorum</i>		<i>Oleum dulce.</i>	14.
<i>curatio.</i>	154	391	
<i>Animalcula in corpore</i>		<i>Pilula antimonialia.</i>	424.
<i>humano.</i>	218	426.431.443	
<i>Anisum laxativum.</i>	12	<i>Succinum.</i>	14
<i>Anodyna.</i>	34.35.36.37.38	<i>Sublimatio.</i>	22
<i>Anseris pedum cuticula.</i>		<i>Sulphur fixum.</i>	20
362		<i>Tinctura.</i>	390.391.
<i>Antidotus colubrina.</i>	435	397.444	
<i>Antimonium est specifi-</i>		<i>Virum.</i>	14
<i>cum purgans omnium</i>		<i>Antimonium album fi-</i>	
<i>februm.</i>	422	<i>xum.</i>	339
<i>cum marte infusum.</i>		<i>Ani vitia.</i>	250
14		<i>abscessus & causa.</i>	
		250	608.

Rerum & Verborum.

<i>condylomata.</i>	250.	<i>Apoplecticos excitantia.</i>	
251		75.76.77	
<i>Fissura.</i>	250.251	<i>Apostema.</i>	479
<i>Fistula.</i>	250	<i>Apostemata pestilentia-</i>	
<i>Ficus.</i>	250	<i>lia.</i>	435
<i>Hæmorrhoides.</i>	250.	<i>Appetentia canina.</i>	210
251.352		<i>Appetuum excitans.</i>	209
<i>cæca.</i>	252.253	<i>Appetitus imminutio.</i>	209
<i>aperta.</i>	252.253	<i>Appetitus amissio.</i>	209
<i>Inflammatiō.</i>	250.	<i>Apri dentis rasura.</i>	179
251		<i>Aqua allii.</i>	358
<i>Hæmërda inconti-</i>		<i>Aluminis.</i>	125.212
<i>nentia.</i>	256	<i>Antapoplectica.</i>	72.
<i>Marisca.</i>	252	73	
<i>Mora.</i>	252	<i>Antipodagrica Rulandi.</i>	
<i>Procidentia.</i>	255	387	
<i>Tubercula.</i>	250.251	<i>Arantiorum.</i>	441
<i>Ulcus.</i>	250	<i>Arsenici.</i>	127
<i>Anserum stercus.</i>	301	<i>Benedicta Rulan-</i>	
<i>Anthraces pestilentes.</i>		<i>di.</i>	3.5.45.152.213.
437		306.428	
<i>Aperitivus spiritus Pen-</i>		<i>Bryonia.</i>	210
<i>ii.</i>	264.272.423	<i>Cinamomi.</i>	210
<i>Aphonia.</i>	144	<i>Corticum arantio-</i>	
<i>Aphthe.</i>	142	<i>rum.</i>	211
<i>Apoplexia</i>	70	<i>Citri.</i>	220
<i>ut differat ab aliis</i>		<i>ad dolorem capitis.</i>	
<i>soporosis affecti-</i>		43	
<i>bus.</i>	70	<i>Cichorii florum.</i>	108
<i>Causa.</i>	70.71	<i>Aqua cancrorum.</i>	106
<i>Curatio.</i>	71. & seq.	<i>Chelidonii.</i>	106
<i>officium medici ad</i>		<i>Confortativa.</i>	27
<i>apoplecticum vo-</i>		<i>Deopparativa.</i>	265
<i>canti.</i>	75	<i>Antiepileptica.</i>	69

Index

<i>Epileptica langii.</i>	<i>Perlarum.</i>	189
189	<i>Perficaria.</i>	142.405
<i>Enula radicum.</i>	<i>Philosophica.</i>	265.
422		288.421
<i>Formicarum.</i>	<i>Plantaginis.</i>	125
425	<i>Quercuum truncis</i>	
<i>Febrifuga.</i>	<i>supernatans.</i>	474
431.442	<i>Aqua Raphani.</i>	158
<i>Fortis.</i>	<i>Rubi.</i>	158
416	<i>Sabina.</i>	356
<i>Fragorum.</i>	<i>Sedi majoris.</i>	152
322	<i>Serpilli.</i>	98
<i>Hedera terrestris.</i>	<i>Spermatis ranarum.</i>	
182		448.466
<i>Hydrotica.</i>	<i>Spleneica.</i>	279
301	<i>Stomachalis.</i>	202
<i>Hypochondriaca secreta.</i>	<i>Tabaci.</i>	424
54	<i>Tartari.</i>	471
<i>Imperatoria radicum.</i>	<i>Theriacalis.</i>	21.22.
425		186.190.371
<i>Fellis lucii piscis.</i>	<i>Camphorata Crollii.</i>	190.405
105	<i>Tiphorum Cornu</i>	
<i>Lumbricos omnis generis expellens.</i>	<i>Cerui.</i>	22.132.
302		429.430.439
<i>Magnanimitatis.</i>	<i>Valeriana.</i>	165
27.85	<i>Verbena.</i>	42
<i>Menha.</i>	<i>Viridis Hartman.</i>	
216.217		126.142.149.150.
<i>Mercurialis.</i>		409.422
418	<i>Viridis Plateri.</i>	125.
<i>Morina & quid sit.</i>		149.150.409
415.441	<i>Vna.</i>	25
<i>Antinephritica.</i>	<i>Weekeri.</i>	306
322		<i>Vna</i>
<i>Ophthalmica interna.</i>		
105		
<i>Externa.</i>		
105.112.		
114.117.118		
<i>Ovorum albuminum.</i>		
106.107.112		

Rerum & Verborum.

<i>Vna mulierum</i>	62	<i>Ascarides.</i>	240
<i>Viriola albi.</i>	107	<i>Ascites.</i>	270.298
<i>Aquilegia usus.</i>	141	<i>Signa.</i>	298
<i>Arcanum agrimonie.</i>	336	<i>Causa.</i>	299.300
<i>Arcanum aluminis dulcis</i>	445	<i>Aselli.</i>	326
		<i>Asini sanguis in melancholia.</i>	49
<i>Becabunga.</i>	421	<i>Asthma.</i>	157.158
<i>Centaurei minoris.</i>	198	<i>Asthmaticus pulvis.</i>	159
		<i>Atheroma.</i>	479
<i>Cardui benedicti.</i>	21	<i>Airopbia.</i>	288.289
		<i>Airopbia particularis.</i>	
<i>Carui.</i>	305		
<i>Chamemelo.</i>	213	<i>Aurium dolor.</i>	120.121
<i>Cochlearia.</i>	421	<i>Fluxus.</i>	120
<i>Corallinum.</i>	390.	<i>Obauditio.</i>	120.122.
	397.405.441		
<i>Cumini.</i>	305		
<i>Hedera.</i>	180.183	<i>Parotis.</i>	124
<i>Arcanum de ludo humano.</i>	273	<i>Phlegmone.</i>	118.119
		<i>Sibilus.</i>	121
<i>Perficaria.</i>	405	<i>Sonitus.</i>	121
<i>Salis gemma.</i>	347	<i>Streptus.</i>	121
<i>Verbasci.</i>	304	<i>Surdus.</i>	123
<i>Ari preparatio.</i>	457	<i>Tinnitus.</i>	120
<i>Pulvis preparatus.</i>	155	<i>Vermes.</i>	120
		<i>Aurium ulcera.</i>	119
<i>Aridura.</i>	445	<i>Auri amalgamatio.</i>	243
<i>Arsenici preparatio.</i>	457	<i>Calcinatio.</i>	243
<i>Atribuis.</i>	380.381.382.	<i>Aurum potabile.</i>	58
	383.384.385	<i>Potabile Anglicum.</i>	
<i>Nodosa.</i>	384		21.27.32.34.239.
<i>Asari coagulum.</i>	4		243
<i>Folia.</i>	5	<i>Potabile Philosophorum.</i>	397
<i>Radices.</i>	424		

Index

<i>Solutum.</i>	409	<i>Bellidis minoris floris in</i>
<i>Transparens.</i>	27	<i>hemorrhaginarū. 131</i>
<i>Sulphur.</i>	243	<i>In sanguine coagu-</i>
<i>Vita.</i>	14	<i>lato resolvendo.</i>
		187
B		<i>Benzoin flores. 158</i>
		<i>Bezoar lapis. 94.190.191.</i>
		206.430.439
<i>Balbuties.</i>	145	<i>Bezoardicum animale.</i>
<i>Balbi.</i>	145	170.433
<i>Balsamus aloëticus. 201</i>		<i>Lunare. 19.62.466</i>
<i>Apoplecticus. 72.</i>		<i>Minerale. 19.302.</i>
74.370		417.430.432.439
<i>Caryophyllorū. 144.</i>		<i>Minerale solare. 19.</i>
189		192.466
<i>Cinamomi. 26.189</i>		<i>Biliaris cysti affectus. 272</i>
<i>Embryonum. 62</i>		<i>Obstructio. 272</i>
<i>Fœniculi. 155.203.</i>		<i>Calculus. 272.273</i>
204		<i>Bilis adaucia in cysti sel-</i>
<i>Peruvianus. 479</i>		<i>lea. 272</i>
<i>Podagricus. 386</i>		<i>Blasi. 145</i>
<i>Ruis. 189</i>		<i>Bolus armena. 132.206</i>
<i>Salis gemma. 345</i>		<i>Bochetum. 415</i>
<i>Saturni terebinthi-</i>		<i>Bradypepsia. 207</i>
<i>natus. 459</i>		<i>Bronchocele. 454.455</i>
<i>Succini. 100</i>		<i>Bryonia succus. 162.183</i>
<i>Sulphuris. 172.442.</i>		<i>Bubones. 443.449</i>
458		<i>Venerci. 413</i>
<i>Rulandi. 193.346.</i>		<i>Bubonocèle. 344.345</i>
470.473.449.457.		<i>Est viris & femi-</i>
489		<i>nis cōmunis. 344</i>
<i>Vita. 72.94.192.445</i>		<i>Bufones exsiccati. 435</i>
<i>Vulnerarius. 487</i>		<i>Pulvis. 20.301</i>
<i>Bardane folia. 303</i>		<i>Bufoſonum olenm. 134.436</i>
<i>Batrachus. 143</i>		<i>Bulinus.</i>

Rerum & Verborum.

<i>Bulimus.. 211</i>	41.42.43.44
<i>Bulyrum antimonii. 436.</i>	<i>est symptoma, non</i>
437.481	<i>morbis. 38</i>
<i>Buxi folia in mania. 50</i>	<i>meninges & periera-</i>
	<i>nium sunt ejus sub-</i>
C	<i>jectum. 38</i>
<i>Caliaca affectio. 236</i>	<i>Ejus differentie &</i>
<i>Cachexia. 292</i>	<i>species. 38.39</i>
<i>Differentia & cau-</i>	<i>signa specierum. 39</i>
<i>sa. 292</i>	<i>Cura. 40.41.42.43.</i>
<i>ejus ab atrophia</i>	44
<i>differentia. 293</i>	<i>Ulcera manantia.</i>
<i>Calami aromatici extra-</i>	472.473
<i>ctum. 198</i>	<i>in pueris an curan-</i>
<i>Calcis viva aqua. 469</i>	<i>da. 473</i>
<i>Cremor. 469</i>	<i>Caput purgium. 41</i>
<i>Calculus. 319</i>	<i>Caput confortantia. 48.</i>
<i>Renum. 314. 315.</i>	53.68.82.100
319	<i>Cinis stercoris caponum.</i>
<i>Vesica. 324</i>	364
<i>Callus. 474</i>	<i>Carbunculus. 437.449</i>
<i>Calvaria fractura. 490</i>	<i>est duplex. 449</i>
<i>difficillimè cognosci-</i>	<i>Cardialgia. 21.31</i>
<i>tur. 490</i>	<i>Carcinoma. vide Cancer-</i>
<i>Cancerorum cataplasma</i>	<i>Cardui benedicti extra-</i>
<i>in dolore capitis. 43</i>	<i>ctum. 21</i>
<i>Succus expressus.</i>	<i>Carnis essentia. 209</i>
152.307	<i>Catalepsis quid signa,</i>
<i>Cinis. 152</i>	<i>causa & curatio 87.</i>
<i>Cancer. 455.456.457</i>	88
<i>Cancris specifica remedia.</i>	<i>Cataplasma ad humores</i>
28	<i>testiculorum. 344</i>
<i>Capitis dolor. 38.39.40.</i>	<i>ad exomphalon. 347</i>
	<i>in paralyfi. 81</i>

Index

Catarrhus. 95.96.97.98	Clavus. 474
<i>cur homo p̄ ceteris</i>	Clyster ad apoplexiam.
<i>animalibus ca-</i>	75
<i>tarrhis obnoxius.</i>	Chrysolitus lapis. 62
96	Cholera. 217.218
Catarrhus suffocativus.	<i>ejus signa & causa.</i>
99.158	218
Cathartica mineralia.	Cingulum sapientie Ru-
13.14.15.16.17	landi. 89
<i>Vegetabilia. 7.8.9.</i>	Coagulum asari. 4
10.11.12	Cochlearum testa. 414
Cauticum inter futuram	Colica passio. 225.227
coronalem & sagitta-	<i>ejus signa, differen-</i>
lem. 59	<i>tia & causa. 225.</i>
Centaurii minoris arca-	226.227.228
num. 198	Colicam sepe emulantur
Cera oleum. 24.145	nephritici dolores. 227
Ceratum ad tumores pe-	Columella ulcera. 149
dum. 261	Columbinorum pullorum
Cerebri humani spiritus.	sanguis. 118
64	Conceptus irriti & inui-
Cerebri debilitas. 48.53.	les. 351
68.82.100	Concoctionem juvant. 209
Cerion. 472	Confortania. 26.27.28.
Cervi priapus. 179	29.30.31.32.33.38
<i>Lacryma. 439</i>	Consolida majoris essen-
Cicuta usus ad inflam-	tia. 345.347
mationem mamma-	Consumatum. 34.169
rum. 192	Contractura membro-
Cineres salamandra. 443	rum. 443
<i>Talpa. 443</i>	<i>ex podagra. 391</i>
Cinnabaris antimonii. 21	Contusio. 483
Cinnamomi oleum. 26	Convulsio quid differen-
<i>Balsamus. 26</i>	tia subjectum & causa.

Rerum & Verborum.

Convulsio flatulenta. 92	Crystalli Martis. 158
Corallorum liquor. 239	<i>Tariari. 3</i>
<i>Magisterium. 26.</i>	Cucupha cephalica. 101.
210.287.360.278.	<i>Cuis foedias. 411</i>
441	<i>Inflatio. 453</i>
Sal. 26.287	<i>Macula. 475</i>
Tinctura. 26.63.	<i>Tumor flatulentus.</i>
244.218.287.386.	453
362.378.441	Cynones. 442
Coriandri essentia. 204	
Cordis affectus. 187	D
<i>erysipelas. 188</i>	
<i>intemperies calida.</i>	Decoctum Guajaci. 415
187	<i>Herpetes curans.</i>
<i>frigida. 187</i>	469
<i>Lipothymia. 188</i>	<i>pulmonum ulcus</i>
<i>Palpitatio. 189.190</i>	<i>consolidans. 169</i>
<i>Syncope. 188</i>	<i>Antipodagricū Pa-</i>
<i>Vermiculi. 191</i>	<i>racelsi. 389</i>
<i>Ulcera. 188</i>	Delirium. vide Desipien-
<i>Vulnera. 187.487</i>	<i>tia.</i>
Cordiale unguentum. 434	Denitio molesta. 141
Cornu cervi spiritus recti-	Dentes deubant. 137
ficatus. 249	<i>Cariost. 140</i>
Corroborans. 391	<i>Cavi. 137</i>
Coryza. 129	Denium dolor. 136.138
Cranii apertio in mania.	<i>Mobilitas. 136.138</i>
51	<i>Nigredo. 136.137</i>
<i>Fractura. 490</i>	<i>stupor. 136.137</i>
<i>Croci essentia. 53</i>	Desipientia. 44.45
<i>Crocus martis. 242</i>	<i>ejus subjectum. 44</i>
<i>Metallorum. 252</i>	<i>signa & species. 44</i>
Crystallum preparatum.	<i>Causa. 45.46.47.</i>
365	48

Index

<i>Destillatum sanguinis.</i>	291	<i>contra filtra.</i>	55
<i>Diabetes.</i>	311	<i>ad hydropem.</i>	302
<i>causa & signa.</i>	311	<i>Martiale.</i>	302
<i>Diacubeba Paracelsi.</i>	304	<i>In obstructione lie-</i>	
<i>Diaphoreticum in pera-</i>		<i>nis.</i>	278
<i>cutis.</i>	21.73	<i>Inparalysi.</i>	82
<i>Diaphoretica.</i>	19	<i>è floribus Sulphu-</i>	
<i>Diarrhoëa.</i>	232	<i>ris.</i>	158
<i>ejus differentia.</i>	233.	<i>Solenandri.</i>	280
234		<i>Elephaniasis.</i>	394.397
<i>Diarrhoëa chylosa.</i>	238	<i>qua curabilis, &</i>	
<i>Diasenna pulvis.</i>	7.42.53.	<i>qua non.</i>	397
1.8		<i>Elixir pestilentielle.</i>	433
<i>Digestiva.</i>	2.3.54	<i>pestilentielle Crollij.</i>	
<i>Dyspnoëa.</i>	158	433.435	
<i>D'uretica.</i>	24.25	<i>Proprietatis Para-</i>	
<i>Dolores venerei.</i>	416	<i>celsi.</i>	26.53.421
<i>Doibien.</i>	450	<i>Ellebori radicum prepa-</i>	
<i>Dracunculi.</i>	291	<i>ratio.</i>	8.53
<i>Dysenteria.</i>	239	<i>Extractum.</i>	6.8.
<i>ejus differentia.</i>	239	200.426	
<i>in Dysenteria, specifica.</i>		<i>Radices vitriola-</i>	
242		<i>ta.</i>	8
<i>Dysenteria hepatica.</i>	238	<i>Emplastrum de crusta</i>	
<i>Dysuria.</i>	311	<i>panis.</i>	206
		<i>attractivum magne-</i>	
		<i>ticum.</i>	437.445
		<i>arsenica.e magneti-</i>	
		<i>cum.</i>	438
		<i>Ad aneurisma.</i>	465
		<i>In catarrho suffoca-</i>	
		<i>tivo.</i>	99
		<i>De cicuta.</i>	257.271.
		280	

IE

<i>Ecchymomata.</i>	475
<i>Ecthymata.</i>	451
<i>Ectropion.</i>	209
<i>Elaterij extractum.</i>	297
<i>Electuarium antimonij.</i>	6
<i>confortans.</i>	430

Rerum & Verborum.

<i>Ad dentium dolo-</i>		<i>Inflammati.</i>	266.
<i>rem.</i>	139		267
<i>Diasulphuris Ru-</i>		<i>Epatis incemperies.</i>	258.
<i>landi.</i>	449	398	
<i>De bacis lauri.</i>	206	<i>Obstructio.</i>	258.262
<i>Pro matrice.</i>	370	<i>Cur illi est obno-</i>	
<i>Ad nodos podagri-</i>		<i>xium.</i>	262
<i>cos.</i>	392	<i>Puredo.</i>	258.259.
<i>Oppodeldoch facil-</i>		260	
<i>lima preparationis.</i>		<i>Scirrhus.</i>	258.259
437		<i>Ejus signa & causa.</i>	
<i>Contra filtra.</i>	55	269.270.271	
<i>Ad ulcera contu-</i>		<i>Plerumque ictero</i>	
<i>macia venerca.</i>		<i>succedit.</i>	270
413		<i>Ulcera.</i>	258.268.
<i>Emprostonos.</i>	91	269	
<i>Empyema quid, causa, si-</i>		<i>Vulnera.</i>	487
<i>gna, curatio.</i>	180.181.	<i>Epatici qui dicuntur.</i>	260
182		<i>Epatis.</i>	266
<i>Empyreumatis oleorum</i>		<i>Ephelides.</i>	440
<i>correctio.</i>	7	<i>Epilepsia.</i>	59
<i>Enterocoele.</i>	344.345	<i>Ejus signa, cause &</i>	
<i>Epar variis affectibus est</i>		<i>differentia.</i>	59.60
<i>obnoxium.</i>	257	<i>Epilepsia in adultis cura.</i>	
<i>Epar calidum.</i>	258	63.64	
<i>frigidum.</i>	258	<i>puerorum.</i>	62.63
<i>Epatis abscessus.</i>	258.266.	<i>Epilepticum specificum</i>	
268		<i>Crollii.</i>	63
<i>eos satius est prave-</i>		<i>Epinyctis.</i>	440.447.450
<i>nire quam curare.</i>		<i>Epiphora.</i>	107.108.109.
269		110	
<i>Debilitas.</i>	239.260.	<i>Epiplocele.</i>	344.345
261		<i>Epulis.</i>	141.163
<i>Fissura.</i>	268	<i>Epuloticum præstantissi-</i>	

Index

<i>mum.</i>	413	<i>Saiyrionis.</i>	340
<i>Euphrasia oculis amica.</i>		<i>Sulphuris vitrioli.</i>	
105		397	
<i>ejus essentia.</i>	105	<i>Tabaci foliorum.</i>	
<i>Erynacei pinguedo.</i>	346	80	
<i>Erysipelas.</i>	444.465.466	<i>Tartari.</i>	220.237
<i>est duplex.</i>	466	<i>Esula extractum.</i>	8
<i>Essentia ambræ.</i>	93.340	<i>Exanthematum cura.</i>	411
<i>Florum anthos.</i>	93	<i>Excretio purulenta.</i>	246
<i>Becabungæ.</i>	421	<i>Exomphalos.</i>	346.347
<i>Carnis.</i>	209	<i>Expulsió cruenta.</i>	185
<i>Chamæpythios.</i>	93	<i>Quo modo fiat.</i>	185
<i>Cochleariæ.</i>	421	<i>Extractum absinthii.</i>	216
<i>Consolidæ majoris.</i>		<i>Agarici.</i>	223
345.347		<i>Agrimonia.</i>	259
<i>Essentia coriandri.</i>	204	<i>Alkermes.</i>	31.53
<i>Euphrasie.</i>	105	<i>Bryoniæ.</i>	379
<i>Fellis humani.</i>	124	<i>Centaurii minoris.</i>	
<i>Granorum ebulli-</i>		259	
<i>371.374.375</i>		<i>Colocynthidos.</i>	9
<i>Margaritarum.</i>	170	223	
<i>Martis liquida.</i>		<i>Calami aromatici.</i>	
237.261		198	
<i>Martis.</i>	312	<i>Glomorum cynosba-</i>	
<i>Croci martis.</i>	254	<i>ii.</i>	323
304.360		<i>Croci martis.</i>	131
<i>Melissa.</i>	189.201	264	
211.223		<i>Extractum elaterij.</i>	297
<i>Mellis.</i>	168	<i>Esulæ.</i>	8.228.293.301
<i>Panis.</i>	208	<i>Ellebori nigri.</i>	6.8.
<i>Persicorum florum.</i>		200.293.355.389.	
248		426	
<i>Pulegii.</i>	189.201	<i>Graminis.</i>	259
<i>Pestilentialis.</i>	434	<i>Gummigujacæ.</i>	339
		<i>Heleniij</i>	

Rerum & Verborum

<i>Heleniij.</i>	158	<i>Rubedo præternat-</i>	
<i>Lichenum.</i>	371	<i>uralis.</i>	133.134
<i>Melissa.</i>	189.216	<i>Sugillatio.</i>	133
<i>Mechoacannæ.</i>	8.	<i>Vari.</i>	133.134
198.211.307.355.		<i>Verruca.</i>	135
365.443		<i>Facula bryoniæ.</i>	379
<i>Menthæ.</i>	216	<i>Fatuius quid est & use.</i>	
<i>Panchymagogû ve-</i>		84	
<i>getabile.</i>	9.223.365.	<i>Fauus.</i>	471
369.443		<i>Febres.</i>	422. & seq.
<i>Crolli.</i>	293	<i>Febrim cura methodica.</i>	
<i>Pilularum de am-</i>		429	
<i>moniaco.</i>	288	<i>Febris composita.</i>	428
<i>Rhei.</i>	8.238.248.	<i>Ephemera.</i>	423
283.287.211.255		<i>Hæctica.</i>	427
<i>Salvia.</i>	74	<i>Intermittens.</i>	423
<i>Scammonij.</i>	9.11	<i>Maligna.</i>	428
<i>Senna.</i>	8.355.365	<i>Perechialis.</i>	428
<i>Specificum Para-</i>		<i>Pestilens.</i>	428.429
<i>celsi.</i>	293	<i>Quartana.</i>	426
<i>Splenis bovis.</i>	278.	<i>Quotidiana.</i>	426
358		<i>Renum.</i>	307
<i>Turpethi.</i>	248	<i>Tertiana.</i>	424.425
<i>Zedoaria.</i>	198.216	<i>Fel perdicum.</i>	124
		<i>Filipendula radix.</i>	364
F		<i>Fissura in volis manuum</i>	
<i>Faciei vitia.</i>	134.135.136	<i>& plantis pedum.</i>	412
<i>Impetigo.</i>	135	<i>Fistula.</i>	481.482
<i>Lentigo.</i>	133	<i>Flores antimoniij optimi</i>	
<i>Lichen.</i>	135.471	<i>purgantes.</i>	13
<i>Macula volaticæ.</i>		<i>Fluor muliebris.</i>	363.364
135		<i>Fluxio quid.</i>	447
<i>Pustula.</i>	133.134	<i>Fluxus epaicus.</i>	238
		<i>Intestinorum.</i>	239

Index

<i>Ventris.</i>	239	<i>Gelatina ex ossibus</i>	
<i>Fœniculibalsamus.</i>	155.	<i>humanis.</i>	389
203		<i>Genitalium affectus.</i>	357
<i>Fœtus morui expulsio.</i>		<i>Geranium Robertianum.</i>	
352			261
<i>Fœtus ad aurium soni-</i>		<i>Gilla Paracelsi.</i>	3. 213
<i>tum.</i>	121	<i>Gingivarum consumptio</i>	
<i>Fraclura.</i>	489.490	<i>scorbutica.</i>	422
<i>Fuliginis spiritus.</i>	27	<i>Laxitas & erosio.</i>	
<i>Fumaria pulvis in me-</i>			141
<i>lanchohia.</i>	54	<i>Phlegmone.</i>	141
<i>Furunculus.</i>	450	<i>Puredo.</i>	141
		<i>Glandis virilis vesicula</i>	
		<i>crystallina.</i>	414
		<i>Glaucoma.</i>	104
		<i>Conorrhœa.</i>	337. 338. 418
		<i>Gonorrhœa muliebri.</i>	
			338. 366
		<i>Ut differat à fluore</i>	
		<i>muliebri.</i>	366
		<i>virulenta.</i>	338
		<i>Grando.</i>	109
		<i>Gravedo narium.</i>	129
		<i>Gratiola.</i>	306
		<i>Guajaci decoctum.</i>	182.
			415
		<i>Spiritus.</i>	190. 419
		<i>Gummi guajaci.</i>	418
		<i>Deperu.</i>	296
		<i>Anima & ejus</i>	
		<i>oleum.</i>	131
		<i>Gustus deperatus.</i>	145.
			146

Hæmor.

Retum & Verborum.

		<i>Hyacinthi liquor.</i>	30
		<i>Hydatides.</i>	300
		<i>Hydrocephalus.</i>	452
		<i>Hydrocele.</i>	344. 345
		<i>Hydrophobia.</i>	55
		<i>Hydrops.</i>	295. 302
		<i>Hydropsis tres species.</i>	
			295. 296
		<i>Hydropsis pectoris.</i>	181.
			296
		<i>Ejus signa.</i>	181
		<i>Tympanites.</i>	453
		<i>Ad hydropem remedia:</i>	
			II
		<i>Hydropicum remedium.</i>	
			295
		<i>Hyoſciamifemen.</i>	140. 185
		<i>Hypochondriacũ Zuwin-</i>	
		<i>geri.</i>	54
		<i>Hypochyma oculorum.</i>	
			116
		<i>Hypoſphagmata oculo-</i>	
		<i>rum.</i>	116
			I
		<i>Iaſpis.</i>	62
		<i>Icterus.</i>	281. 282. 283. 284
		<i>Niger.</i>	284
		<i>Iectigatio.</i>	94
		<i>Ignis ſacer.</i>	466
		<i>Ejus tres ſunt ſpe-</i>	
		<i>cies.</i>	466
		<i>Iliaca paſſio.</i>	231

Tom. I.

K k

Index

<i>Impetigo.</i>	470	<i>Caprinum.</i>	290
<i>Incubus.</i>	61. 62. & seq.	<i>Lac promovenia.</i>	194
<i>Inflammatiō.</i>	447	<i>Lactis redundantiā.</i>	193
<i>Infusum martiale.</i>	237.	<i>penuriā.</i>	194
	283. 287	<i>Laconicum.</i>	415
<i>Injectio in caruncula pen- nis.</i>	341	<i>Lacerta pulvis.</i>	140
<i>Infantia.</i>	48. 49	<i>Lacryma cerui.</i>	439
<i>Intestinorum affectus.</i>	219.	<i>Laconicum Hartmanni.</i>	
	220		21. 444
<i>Abscessus.</i>	220. 225	<i>Lapathi acui radix.</i>	138
<i>Adstrictio.</i>	219. 220	<i>Lapis Bezoar.</i>	21. 190. 191.
<i>Angustia.</i>	222		206. 430. 439
<i>Cancer.</i>	225	<i>Chrysolitos.</i>	62
<i>Coarctatio.</i>	222	<i>Iaspis.</i>	61
<i>Colliquatio.</i>	233	<i>Prunella.</i>	150. 154
<i>Inflammatiō.</i>	220.	<i>Smaragdi.</i>	62
	224. 231	<i>Lapidis lazuli extra- ctum.</i>	53. 426
<i>Intestinorum ulcera.</i>	220.	<i>Lappa majoris radix.</i>	1. 8
	225	<i>Laudanum antepilepi- cum.</i>	25. 67. 68. 73
<i>Vulnera.</i>	486. 487	<i>Laudanum ad suffoca- tionem uteri.</i>	35. 371
<i>Iridis nostratis succus in empyemate.</i>	183	<i>Laudanum opiatum.</i>	34.
<i>Ischiadici dolores.</i>	380		36. 37. 56. 89. 98. 131. 138.
<i>Ischuria.</i>	311. 330		139. 185. 241. 217. 218.
<i>Iulepus diureticus.</i>	25		244. 386
<i>Ad pleuritidem.</i>		<i>Laudanum sine opio.</i>	35
	177	<i>Baccarū lauri oleum.</i>	135
		<i>Lentigo.</i>	475. 476
		<i>Leporis combusti pulvis in narium hemorrhā- gia.</i>	131
<i>Labiorum fissura.</i>	136	<i>Leporis oculi in dysto- chia.</i>	
<i>Paralysis.</i>	136		
<i>Lac asininum.</i>	427		

L

Rerum & Verborum,

<i>chia.</i>	379	430	
<i>Lepra.</i>	394. 395. 396. 397.	<i>Nigredo.</i>	431
	420	<i>Paralysis.</i>	144
<i>Leuce.</i>	475	<i>Ranula.</i>	144
<i>Leucophlegmatia.</i>	295	<i>Lipothymia.</i>	188. 215
<i>Lichea.</i>	470	<i>Liquor corallorum.</i>	239
<i>Ut differat a scabie.</i>		<i>Guajaci.</i>	419
	470	<i>Hyacynthi.</i>	300
<i>Faciei.</i>	471	<i>Luna viridis.</i>	45. 85.
			88
<i>Lichenes.</i>	470	<i>Perlaram.</i>	440
<i>Lienis morbi.</i>	274	<i>Litus in soporosis affecti- bus.</i>	188
<i>Abscessus.</i>	281	<i>Lixivium capitale.</i>	50
<i>Inflammatiō.</i>	274.	<i>Ad hydropem.</i>	302
	281	<i>Loquela amissa.</i>	144
<i>Obstructio.</i>	274. 276	<i>Lucii piscis pinguedo.</i>	184
<i>Scirrbus.</i>	274. 278		
<i>Tumor.</i>	274. 275	<i>Ludi Paracelsi prepara- tio.</i>	315
<i>Ulcera.</i>	281	<i>Lumbrici.</i>	247
<i>Vulnera.</i>	487	<i>eorum causa.</i>	247.
<i>Lienteria.</i>	135. 237		248
<i>Ejus causa & diffe- rentia.</i>	237	<i>signa.</i>	248
<i>Ligamentorum synovia.</i>		<i>Luna potabilis.</i>	45. 85. 88
	443	<i>Luna unctura.</i>	421
<i>Lignum Nephriticum.</i>		<i>Lupinus dens.</i>	62
	324	<i>Luxatio.</i>	446
<i>Limaces.</i>	452		
<i>Linaria differentia ab esula.</i>	253		
<i>Linimentum ophthalmi- micum.</i>	117		
<i>Lingua affectus.</i>	144	<i>Macule.</i>	411. 412. 475
<i>Aphonia.</i>	144	<i>Magisterium corallorum.</i>	26. 94. 210. 217. 287. 293.
<i>Fervor in febribus.</i>	360. 378		

Offis sapia. 339
Magnes arsenicalis &
ejus preparatio. 438
Magneticum Emplastrū.
 437.438
Majorana balsamus. 129
Exiractum. 129
Sal. 129
Malacia. 210
Mammillarum morbi.
 192
Abscessus. 192
Cancer. 193
Fissura. 194
Inflammatio, 192
Menia. 50.51
Manuum fissura involis.
 412
Margaritarum essentia.
 28.170
Liquor. 190.440
Magisterium. 26.
 94. 210. 217. 287.
 293. 360. 378. 389
Sal. 26
Syrupus. 190
Mariscæ in ano. 412
Marrhozes radix. 192
Mars. 263
Mars anihydropicus.
 302
Martiales tabellæ. 264
Vinum. 257. 283. 287.
 257
Marius crocus. 242
Croci extractū. 131
Crystalli. 158. 161
Essentia. 264. 311.
 357. 361
Essentia croci mar-
tis. 264. 304
Oleum Croci mar-
tis. 242
Tinctura. 237
Viriolum. 352
Martiale electuarium.
 357
Infusum, 357
Malvaticum. 357
Mastichis oleum. 101. 203
Maxilla dislocatio. 142
Mechoacanna extractū.
 8. 198. 200
Melas. 475
Melancholia. 48. 49. 50.
 51. & seq.
Hypochondriaca.
 284. 285
Meliceris. 479
Melissa extractum. 211
 223
Essentia. 189
Menstrua alba. 365
Mensium suppressio. 354.
 355
Fluxus nimius. 359.
 360
Mercurius crudus 232.
 249.

249
Mercurius dulcis seu
panchymagogon Quer-
cetani. 3
Mercurius Sublimatus
Crollii. 405
Sublimatus dulcis.
 16. 40. 198. 275.
 287. 323. 397. 405
Vina. 13. 40. 71. 297.
 441
Laxativus. 16. 301
Præcipitatus. 186.
 416
Luteus. 283
Mercurii cum sole præ-
paratio. 13
Ejus dosis. 17
Dulcis spiritus. 343
Dulcedo. 276. 310.
 441
Panacea alba. 16
Mercurii oleum album.
 406
diaphoreticum. 409
Rubrum 407. 418
Spiritus albus. 406
Rubens. 150. 406
Solaris. 416
Mesenterii morbi. 256
Inflammatio. 256
Obstructio. 256. 257
Scirrhus. 256
Mesenterium est totius
corporis sentina. 256
in Mesenterio latet fomes
februm chronicarum.
 472
Mellis essentia. 168. 298
Memoria lasa. 84
Mitio cruenta. 355
Purulenta. 336
Subnigra. 336
Mixtura antiepileptica.
 67
Simplex. 55. 73. 178.
 186. 405. 423. 425
Antiparalytica. 82
Ad dolorem den-
tiū. 138
Ad pleuritidem. 178
Viridis. 340
Mola quid, cause & si-
gna. 347. 350. 351
Morbus gallicus. 400. &
 seq.
Ejus species. 401.
 402
Ejus signa. 403. 404
Est morbus conta-
giosus. 400
Morbi partium externa-
rum. 446
Morbus militaris novus.
 404
Morphoëa. 134
Morsuli imperatorii. 324
Murum stercus. 252

Index.

<i>Muscarda.</i>	252	<i>Nodi podagrivi.</i>	394
<i>Mustela epais pinguedo.</i>	106	<i>Nucum.</i>	206.195
<i>Pulvis in epilepsia.</i>	62		
<i>Myrmecia.</i>	473		
<i>Myrrha oleum.</i>	427		
	N		
<i>Narium carcinoma.</i>	127		
<i>Coryza.</i>	130		
<i>Erysipelas.</i>	127		
<i>Foetor.</i>	128		
<i>Gravedo.</i>	129		
<i>Hæmorrhagia.</i>	130		
<i>Ozana.</i>	125		
<i>Odorandi imminutio.</i>	128		
<i>Abolitio.</i>	128		
<i>Polypus.</i>	127		
<i>Sarcoma.</i>	127		
<i>Ulcera.</i>	125		
<i>Nasturii aquatilis succus.</i>	427		
<i>Nausea.</i>	213.214.215		
<i>Nephritis.</i>	227.306		
<i>in Narcoticorum usu caute.</i>	58		
<i>Nervorum punctio synonia.</i>	485		
<i>ulcera.</i>	485		
<i>Nigella romana.</i>	100		
<i>Noma.</i>	350		

	O		
<i>Obauditio.</i>	120.122.123		
<i>Obstructiones referans.</i>	263		
<i>Obstructiones à tartaro fiunt.</i>	263		
<i>Oculorum affectus.</i>	102		
<i>Affectuum externorum sedes.</i>	102.103		
<i>internorum.</i>	102.103		
<i>Ægylops.</i>	111		
<i>Aqua interna.</i>	105		
<i>Externa.</i>	105		
<i>Ardor.</i>	117		
<i>Caligo.</i>	104		
<i>Carcinoma.</i>	106.		
	107		
<i>Cornea ruptio.</i>	106		
<i>Dolor.</i>	108.109		
<i>Encanthis.</i>	112		
<i>Entropium.</i>	109		
<i>Epiphora.</i>	107.100		
<i>Erosio.</i>	117		
<i>Glaucoma.</i>	104		
<i>Grando.</i>	109		
<i>Hallucinatio.</i>	111		
<i>Hordeolum.</i>	109		
<i>Hypochyma.</i>	116		
<i>Hypophagmaia.</i>	118		
<i>Imbecillitas.</i>	104.114		
<i>Instansmatio.</i>	107		
	Macule.		

Rerum & Verbotum.

<i>Macule.</i>	111	<i>Baccarum lauri.</i>	135
<i>Mydriasis.</i>	106	<i>Busonum.</i>	134.436
<i>Lacryma.</i>	110	<i>Buxi.</i>	139
<i>Nubecula.</i>	110	<i>Cepa.</i>	123
<i>Nebula.</i>	106	<i>Camphora verum.</i>	
<i>Ophthalmia.</i>	110		74
<i>Paralysis.</i>	102	<i>Corui.</i>	380
<i>Phlyctena.</i>	106	<i>Caryophyllorum.</i>	138
<i>Oculi pupille divulsio & ruptio.</i>	106		144.427
<i>Procidencia.</i>	109	<i>Cera.</i>	24.135.224.
<i>Pustula.</i>	111		332.446
<i>Rhyas.</i>	112	<i>Camomilla Ceruleum.</i>	205.213.230
<i>Rhexis.</i>	116	<i>Cinamomi.</i>	26.205
<i>Rubedo.</i>	117.118	<i>Corticum arantiorum.</i>	204
<i>Srabisitus quis curatur.</i>	102		204
<i>Staphyloma.</i>	106	<i>Oleum corylini ligni.</i>	
<i>Suffusio.</i>	115		249
<i>Ungues.</i>	112	<i>Croci maris.</i>	242
<i>Vulnera.</i>	117	<i>Cumini.</i>	204.206
<i>Oculare periapton.</i>	107	<i>Fœniculi.</i>	204
<i>Odontalgia.</i>	138.139.140	<i>Guajaci.</i>	448
<i>Odoratus imminutio.</i>	128	<i>Gunmi anime.</i>	129
<i>Abolitio.</i>	128	<i>Heracelinum.</i>	249
<i>Oedema.</i>	148.151.152	<i>Iovis.</i>	370
<i>Oosphagi affectus.</i>	194	<i>Ex baccis juniperi.</i>	
<i>Oleum amygdalorum amarorum.</i>	123		93.198.436
<i>Angelica.</i>	444	<i>Ex lacte putrido.</i>	
<i>Anguilla.</i>	123		443
<i>Antimonij dulce.</i>	14	<i>Lini.</i>	253
<i>Æruginis.</i>	412	<i>Mastichis.</i>	201.205.
<i>Anisi.</i>	154		245.332
		<i>Mercurij.</i>	407
		<i>Mercurii albū.</i>	406

Index

<i>Diaphoreticum.</i>	409	<i>Viuioli.</i>	416.446
<i>Rubrum.</i>	407	<i>Zedoaria.</i>	189.205.
<i>Mirrhe.</i>	427		230
<i>Nucis moschates.</i>	4	<i>Opiata ad pthyfin.</i>	169
<i>Nucum juglandiũ</i>		<i>Ophthalmia.</i>	107.110.113
<i>ad mammarum</i>		<i>Opiſthotonos.</i>	91
<i>fiffuras.</i>	192	<i>Orbiculi in catarrho ſuf-</i>	
<i>Oculorum cancri.</i>	316.	<i>focatio.</i>	101
322		<i>Oris Tortura & ſpaſmus</i>	
<i>Panis.</i>	208	<i>cynicus.</i>	135
<i>Panis critici.</i>	7	<i>Labiſorum paraly-</i>	
<i>Peftilentiale.</i>	433	<i>ſis.</i>	135
<i>Petroleum.</i>	388	<i>Ulcerata ſcorbuica.</i>	
<i>Piperis.</i>	196.424		422
<i>Rofarum.</i>	6	<i>Orthopnoea.</i>	157.158
<i>Ruæ.</i>	343 370	<i>Oſſium fiſſura.</i>	490
<i>Sabina.</i>	358	<i>Fractura.</i>	489.490
<i>Sacchari magiſtra-</i>		<i>Luxatio.</i>	492
<i>le.</i>	184	<i>Vulnera.</i>	485
<i>Saturni.</i>	232	<i>Oſtiſcolla.</i>	491
<i>Spicos domeſtica.</i>	6	<i>Oſtruii ſal.</i>	424
<i>Stercoris gallinae</i>	343	<i>Ouorum albuminũ aqua.</i>	
<i>Succini albi.</i>	68.72.		106.107
446		<i>Pellicula.</i>	107
<i>Flavi.</i>	370.380.446	<i>Oxymel diureticum.</i>	25
<i>Oleum ſulphuris.</i>	416	<i>Ozana.</i>	125
<i>Sulphuris per cam-</i>			
<i>panam.</i>	249		
<i>Talpe.</i>	123		
<i>Tartari foetidum.</i>	448		
<i>Per deliquium.</i>	35		
<i>Terebinthina.</i>	319.		
446			

P

<i>Panacea antiſimoni.</i>	433
<i>Panchymagogum vegeta-</i>	
<i>bile.</i>	8.90.40.120.198
<i>Panis oleum.</i>	208
<i>Eſſentia.</i>	ibid.
<i>Pannus.</i>	

Rerum & Verborum.

<i>Panus.</i>	449	<i>Perlarum aqua.</i>	189
<i>Papaveris erratici deco-</i>		<i>Arcanum.</i>	26
<i>dum in pleuriide.</i>	179	<i>Eſſentia.</i>	28.170
<i>Papula.</i>	468	<i>Liquor.</i>	190
<i>Paracelſi ſpecificum pur-</i>		<i>Magiſterium.</i>	62.
<i>gans.</i>	53	189.210.218.287.	
<i>Paralyſis.</i>	77.78.79.80.	360.378.389	
& ſeq.		<i>Perlarum ſal.</i>	26.287
<i>Paralyſis ex colica.</i>	83. &	<i>Tinctura.</i>	218
<i>ſeq.</i>		<i>Syrupus.</i>	26
<i>Paraphrenitis.</i>	58	<i>Mater.</i>	367
<i>Parotis.</i>	124	<i>Pericaria arcanum.</i>	405
<i>Partis difficilis.</i>	378.379.	<i>Aqua.</i>	405
380		<i>Pericorum nuclei in do-</i>	
<i>Parulis.</i>	142	<i>lore capitis.</i>	44
<i>Paſſula laxativa.</i>	13	<i>Peſtis.</i>	433
<i>Pavonis ſpeculum.</i>	192	<i>In ea ſpecifica.</i>	433.
<i>Siercus.</i>	91.93	443.435.436	
<i>Pectoris hydrops.</i>	181	<i>Peftilentiale oleum.</i>	433
<i>Anguſtia.</i>	162	<i>Extractum.</i>	434
<i>Podum fiſſura.</i>	412	<i>Phlegmone.</i>	447
<i>Tumores.</i>	261.302	<i>Philtira exhibitã.</i>	55
<i>Pediculi cerebri.</i>	89	<i>Phliſtana.</i>	440.467
<i>Totius corporis.</i>	89	<i>Phrenitis.</i>	56.57.58
<i>Penis caruncula.</i>	341	<i>Phthyſis.</i>	165.166.167.168.
<i>Excoriatio.</i>	343	169.170	
<i>Inflammatio.</i>	ibid.	<i>Phthyſis hereditaria raro</i>	
<i>Ulcerata.</i>	ibid.	<i>aut nũquã curatur.</i>	170
<i>Ulcerata ſordida &</i>		<i>Phygetlon.</i>	447.449
<i>cava.</i>	ibid.	<i>Phyma.</i>	ibid.
<i>Peregrinantium pulvis.</i>		<i>Pica.</i>	210
216		<i>Pilula aloerica.</i>	201
<i>Sal.</i>	216	<i>Antimoniales.</i>	390.
<i>Periapton oculare.</i>	107	397.424.443.431	

Index

<i>Antipodagrica.</i> 389	<i>Prunella sylvestres</i> 14
<i>Confortantes.</i> 40	<i>dix.</i> 255
<i>Ad hydropem.</i> 306	<i>Pruritus.</i> 471
<i>Ad inflammatio-</i>	<i>Pfora.</i> 470.471
<i>nem.</i> 310	<i>Pforophthalmia.</i> 109
<i>Ex floribus antimo-</i>	<i>Pfidrasia.</i> 477
<i>ni.</i> 13	<i>Ptyalismus.</i> 414
<i>De cynoglossa.</i> 36	<i>Pulegii essentia.</i> 298
<i>Pinguedo epatis mustela.</i>	<i>Pulmonum abscessus.</i> 154
106	<i>Adhesio.</i> 172
<i>Lucii piscis.</i> 185	<i>Calculus.</i> 147
<i>Cochlearium.</i> 251	<i>Grando.</i> 137
<i>Piperis oleum.</i> 196. 424	<i>Inflatio.</i> 155
<i>Pituita quatuorplex.</i> 451	<i>Intemperies calida.</i>
<i>Plantaginis radix in do-</i>	154
<i>lore capitis:</i> 44	<i>Frigida.</i> 154
<i>Pleuritis.</i> 172.176	<i>Pulmonum obstructio.</i> 154.
<i>Ejus differentia.</i> 173	155
<i>Differentiarum si-</i>	<i>Raucitas.</i> 155
<i>gna.</i> 173	<i>Tabes.</i> 165
<i>Astatibus.</i> 173	<i>Vulnera.</i> 486
<i>Pleuriticū apostema.</i> 179	<i>Vomica.</i> 154.165
<i>Podagra.</i> 380.381.382	<i>Pulvis alkali Paracelsi.</i>
<i>Paeonia maris semen.</i> 61	260
<i>Radix.</i> 62.67	<i>Arthriticus.</i> 388
<i>Polypus.</i> 127.128.463	<i>Asthmaticus.</i> 159
<i>Præcipitatum Renani.</i> 14	<i>Ades.</i> 242
<i>Præcipitatus viridis.</i> 418.	<i>Antiepilepticus.</i> 63.64
419	<i>Benedictus.</i> 457
<i>Priapismus.</i> 342	<i>Busonum.</i> 131
<i>Est morbus rarus.</i> 342	<i>Cachecticus.</i> 263.293.
<i>Priapus Cerni.</i> 179	234.301
<i>Tauri.</i> 179	<i>Cephalicus in eatar-</i>
<i>Prunelle lapidis.</i> 199.212	<i>rhis.</i> 101
	Ex

Rerum & Verborum.

<i>Ex cinnabari nativa.</i> 90	<i>Rancedo.</i> 158.172.183
<i>Diasenna solutivus.</i> 7	<i>Renum affectus.</i> 306
<i>Diurubih.</i> 297	<i>Abscessus.</i> 306
<i>Ducis Saxonie.</i> 433	<i>Calculus.</i> 314.315.316.
<i>Emeticus.</i> 13	319
<i>Adgonorrhoeam.</i> 339	<i>Exulceratio.</i> 309
<i>Gluminans.</i> 488	<i>Inflammati.</i> 306
<i>Ad Hemoptysin.</i> 186	<i>Obstructio.</i> 306.312.315
<i>Incarnans.</i> 458	<i>Ulcera.</i> 306.312
<i>Leporis combusti.</i> 131	<i>Respiratio difficilis.</i> 163
<i>Ad lasam memoriam.</i> 84	<i>Resina scammonii.</i> 11
<i>Ossium humanorum.</i> 368	<i>Rhabarbari extractum.</i>
<i>Ad penis carunculū.</i> 341	8.239.248
<i>Pepticus.</i> 201	<i>Rhexis.</i> 116
<i>Pro peregrinantibus.</i> 216	<i>Roob nucum.</i> 195
<i>Ad paralytin.</i> 82.83	<i>Rosarum semen.</i> 218
<i>Secundina.</i> 218	<i>Roule anti pleuritiica.</i> 178
<i>Sternutatorius.</i> 68.72	<i>Ad colicam.</i> 229
<i>Ad uteri stillicidium.</i> 365	<i>Ex floribus sulphuris.</i> 162
<i>Tribemii.</i> 84	<i>Rubi summitatum deco-</i>
<i>Tururis.</i> 362	<i>ctum in gingivarum</i>
<i>Punctura.</i> 483	<i>laxitate.</i> 142
<i>Purgantia.</i> 7.8.9.10.11.12.	<i>Rudus.</i> 206.207
13.14.15.16.17.18.19	<i>Rulandi cingulum sa-</i>
<i>Purgatio ex anim.</i> 20.40	<i>pienite.</i> 89
<i>Purgas specificū Paracel-</i>	<i>Rupiorii unguentum.</i> 436
<i>si.</i> 40.53.63.120.315.326	S
<i>Pustula.</i> 440	<i>Sacculus ad catarrhos.</i> 98
<i>Veneræ.</i> 408.411	<i>Sacchari liquor.</i> 184
R	<i>Oleum magistrale.</i> 184
<i>Ramenta inguini.</i> 4	<i>Sal absinthii.</i> 207. 424
<i>Ranarum epatum prepa-</i>	<i>Aluminis.</i> 482
<i>ratio.</i> 65	<i>Armoniacum purifica-</i>
<i>Ranula sub lingua.</i> 144	<i>tum.</i> 202

		Index		
<i>Salastacorum.</i>	378	<i>Sarcocole.</i>	344.345	
<i>Centaurii minoris.</i>	425	<i>Sarcomata.</i>	463	
<i>cinamomi.</i>	210	<i>Sarcoiticum praestantissi-</i>		
<i>Corallorum.</i>	26	<i>um.</i>	413	
<i>Dictamni</i>	191	<i>Saurini balsamus terre-</i>		
<i>Iovis.</i>	370.371	<i>binhinatus.</i>	459	
<i>ostruii.</i>	424	<i>oleum.</i>	118	
<i>ex ossibus humanis</i>	389	<i>faccharum.</i>	469	
<i>fellis perdicum.</i>	26	<i>Satyrii essentia.</i>	340	
<i>satyrii.</i>	376	<i>Scabies.</i>	412.440.441	
<i>succini volatile.</i>	24	<i>duplex est.</i>	440	
<i>fixum.</i>	14	<i>Scabiei cura externa.</i>	412	
<i>tanaceti.</i>	19	<i>Scammonii extractum.</i>		
<i>tartari.</i>	249	<i>9.11.40</i>		
<i>vitrioli.</i>	306	<i>Resina.</i>	11	
<i>Salis dulcis spiriibus.</i>	25	<i>Scarabei in stercore equi-</i>		
<i>gemma arcani.</i>	347	<i>no nati.</i>	109.255	
<i>Balsamus.</i>	345	<i>Scirrhus.</i>	453.454	
<i>Salivatio.</i>	406	<i>est duplex.</i>	453	
<i>Saliva hominis jejuni li-</i>		<i>Scorbutus.</i>	420.421	
<i>chenem curat.</i>	471	<i>in eo quare à mer-</i>		
<i>Salamandra cinis.</i>	443	<i>curio est abstinen-</i>		
<i>Sanguinis pulvis.</i>	362	<i>dum.</i>	421	
<i>Sanguinis menstrui in ru-</i>		<i>Scrophula.</i>	443	
<i>bore faciei usus.</i>	134	<i>Scroti inflammatio.</i>	343	
<i>Sanguinis sputum.</i>	185.	<i>tumores.</i>	341	
186		<i>Scutum stomachale.</i>	203	
<i>vomitus.</i>	215	<i>Secretum Rulandi ad</i>		
<i>Sanitatem censervantia.</i>	209	<i>clavos.</i>	474	
<i>Sapientia cingulum Ru-</i>		<i>Secundina pulveris pra-</i>		
<i>landi.</i>	89	<i>paratio.</i>	55.218	
		<i>ejus usus.</i>	352	
		<i>Diasenna pulvis.</i>	7	
		<i>Senna extractum.</i>	7	

Serpilli

Rerum Memorabilium.

<i>Serpilli aqua.</i>	98	40.53.63.315.326.
<i>Sideratio.</i>	477	355.365.369.390.
<i>Sigilli Salomonis radix.</i>	118	397.421.426
		<i>ex secundinis.</i> 379
<i>Singultus.</i>	205.206	<i>ad scorbium.</i> 421
<i>Suis.</i>	211.212	<i>ad inflationem pulmonum</i>
<i>Suis nulla & causa.</i>	211.	155
	212	<i>viridelli crudi.</i> 398
<i>immoderata.</i>	211.	<i>Spertiola.</i> 360.362
	212	<i>Sphacelus.</i> 477.480
<i>Smaragdus lapis.</i>	62	<i>Spiriuis absynthii.</i> 207.
<i>Smaragdi preparatio.</i>	62	427
<i>unctura.</i>	218.211.	<i>aperitiuus Penoti.</i>
336		264.272.423
<i>Sol transparens.</i>	433	<i>Cerebri humani.</i> 64
<i>Somnus naturalis quid</i>		<i>cornu Cervi essenti-</i>
<i>& causa.</i>	85.86	<i>ficatus.</i> 218.249
<i>praternaturalis quid</i>		<i>diureticus.</i> 24
<i>& causa.</i>	85.86	<i>epilepticus.</i> 63
<i>Soporifera.</i>	88.89	<i>glomorum cynosba-</i>
<i>Soporosi affectus.</i>	88	<i>ti.</i> 316
<i>Specificorum cautela.</i>		<i>Guayaci.</i> 190.305.
422		405.419
<i>Specificum ad anginam.</i>		<i>Formicarum.</i> 93
132		<i>fuliginis.</i> 27
<i>in cancro.</i>	81	<i>Iuniperi.</i> 223
<i>ad dentium mobili-</i>		<i>Mercurii albus.</i>
<i>tatem.</i>	186	406.408
<i>hydropicum.</i>	295.	<i>dulcis.</i> 310.329.343
304		46
<i>Epilepticum Crol-</i>		<i>rubeus.</i> 150.406
<i>lii.</i>	63	<i>nitri.</i> 153
<i>in lue venerea.</i>	419	<i>pulegii.</i> 358
<i>purgans Paracelsi.</i>		<i>salis</i>
		413
		<i>salis</i>
		413

<i>salis non rectificatus</i>	<i>Sterilitas.</i>	375.376
387	<i>Sternutatorius pulvis.</i>	68
<i>salis dulcis.</i>	72	
<i>salis armeniacy.</i>	<i>Sillicidium vereri.</i>	363
<i>salis nitri.</i>	<i>Stomachi angustia.</i>	195
<i>sanguinis humani</i>	<i>Siranguicia.</i>	311.312
arteriosi.	<i>Siruma.</i>	442
<i>saurni.</i>	<i>Sulphur.</i>	84
<i>Tabaci.</i>	<i>Strygna.</i>	475
<i>Tartari.</i>	<i>Suberis vsti cineres.</i>	255
146.180	<i>Succini oleum.</i>	68.72
264.423	<i>Sudoris provocatio.</i>	301.
<i>Tartari rectificatus.</i>	305.408.430.432.439.	
21	441	
<i>Terebinthina.</i>	<i>Suffus ad suppressionem</i>	
229.	<i>mensum.</i>	359
335.351	<i>Suffusio.</i>	116
<i>Veneris.</i>	<i>Sugillata.</i>	475.477
198	<i>Sulphuris balsamus.</i>	158
<i>vini camphoratus.</i>	172.193.442.455.470	
433.481	<i>Sulphuris crystalli rubri.</i>	
<i>vitaureus Rulandi.</i>	172	
9.301	<i>flores albi.</i>	158
<i>vitrioli acidus.</i>	<i>Lac.</i>	158.162
194	<i>Sulphur antimonii.</i>	93
209.212.423	<i>solare.</i>	93.242
<i>vitrioli philosophicus.</i>	<i>vitrioli.</i>	398
94.198.201.	<i>ejus essentia.</i>	398
211	<i>Vires.</i>	397.398
<i>vitrioli volatilis.</i>	<i>Suppositoria.</i>	223
67	<i>Surditas.</i>	123
<i>urina.</i>	<i>Synonia nervorum & ligamentorum.</i>	443
32	<i>Syrupus corallorum</i>	
<i>Spongia in salicibus nascentis.</i>	218	
218		
<i>Spongiarum cinis.</i>		
442		
<i>Sputum sanguinis.</i>		
162		
<i>Steatoma.</i>		
429		
<i>Stercus equinum.</i>		
380		

<i>cetani.</i>	235	<i>Tinctura.</i>	25.421
<i>ex aqua Benedicta.</i>		<i>Tartarus viriolatus.</i>	2.
340		257.271.283.287.290.	
<i>de crysimo Lobelii.</i>		315.397.421.423	
183		<i>Tartarus scammoniatus</i>	
		<i>viriolatus.</i>	11
	T	<i>Tauri priapus.</i>	179
<i>Tabaci spirius.</i>	414	<i>Tenesinus.</i>	244
<i>Tabaci vsus in coryza.</i>		<i>Tendinum vulnera.</i>	485
130		<i>Terebinthina acetum.</i>	31
<i>Tabes incipiens.</i>	170	<i>Terra vitrioli.</i>	438
<i>Tabula Cerebrum robotantes.</i>	69	<i>Terra sigillata.</i>	132.206
<i>croci martis.</i>	264	<i>Testa cochlearum.</i>	424
357		<i>Testium inflammatio.</i>	342
<i>antiepileptica.</i>	69	343	
<i>ad hydropem.</i>	302	<i>Tetanus.</i>	91
<i>viriles.</i>	340	<i>Theriaca germanorum.</i>	439
<i>Tania.</i>	250	<i>Theriaca magna post distillationem relictum.</i>	
<i>Talpa Cor.</i>	345	436	
<i>Cineres.</i>	443	<i>Thymium.</i>	473
<i>Tartari arcanum.</i>	237	<i>Tinctura antimonii.</i>	390.
<i>cremor.</i>	3.11.281	397	
<i>crystalli.</i>	3	<i>Corallorum.</i>	26.287
<i>essentia.</i>	220	311.336.339.378.397	
<i>oleum per deliquium.</i>	135	<i>Corticum arantiorum.</i>	228
<i>Fætidum.</i>	448	<i>florum bellidis.</i>	237
<i>spirius.</i>	146.180.	<i>smaragdi.</i>	218.243.
264.423		311.336	
<i>spirius rectificatus.</i>		<i>Tartari spirius vini extracta.</i>	421
21		<i>Tinnius aurium.</i>	120
<i>sulphur.</i>	25		

<i>Tonsillarum abscessus.</i>	<i>cruditas.</i> 201.107
147	<i>debilitas.</i> 200
<i>inflammatio. ibid.</i>	<i>dolor.</i> 204.205
<i>tumor.</i> 146.147	<i>flacciditas.</i> 196
<i>Tophi podagrici.</i> 392.393	<i>fluctuatio.</i> 204
<i>Veneriei</i> 410	<i>indigestio.</i> 209
<i>Tragaa niupleuriiica.</i>	<i>inflammatio.</i> 199
178	<i>ut distinguatur ab</i>
<i>Tremor.</i> 93.94	<i>inflammatione je-</i>
<i>Trochisci Rondeletii.</i> 126	<i>coris.</i> 199
<i>Tubercula Venerea.</i> 408	<i>inflatio.</i> 204.207
410	<i>intemperies.</i> 196.
<i>Tumores praternatura-</i>	197
<i>les.</i> 446	<i>laxitas.</i> 196
<i>Veneriei.</i> 410.411	<i>ulcus.</i> 196.486
<i>oedematosi.</i> 452	<i>Veneris spiritus.</i> 198
<i>scroti.</i> 341	<i>Verbasci radix in catar-</i>
<i>Turpethi extractum.</i> 248	<i>rhis.</i> 98
<i>Tussis.</i> 162.183.184	<i>Verbene vis in dolore ca-</i>
<i>Tympanitis.</i> 295.303.304	<i>pititis.</i> 42
	<i>Vermiculi in corde sub</i>
V	<i>capsula cordis.</i> 191
	<i>Veronica decoctum ad</i>
<i>Vari.</i> 440	<i>tonsillarum abscessus.</i>
<i>Vari faciei.</i> 476	147
<i>Varices.</i> 464	<i>ad Vermes specifica.</i> 191
<i>Venenahausta.</i> 192	<i>Verruca.</i> 473
<i>Venerea lues. Vide Lues</i>	<i>pensiles.</i> 475
<i>venerea.</i>	<i>ossiles.</i> 473
<i>Venerem stimulant.</i> 397	<i>Vertigo.</i> 89.90
<i>Ventriculi affectus.</i> 195	<i>Vesicatoria.</i> 41
<i>abscessus.</i> 199	<i>Vesica affectus.</i> 324
<i>concoctio ablata.</i>	<i>abscessus.</i> 224.328
208	<i>calculus.</i> 324.325
	<i>Exulce-</i>

<i>Vesica inflammatio.</i> 324.	<i>spiritus Philosophi-</i>
327	<i>cus.</i> 94.201.211
<i>raro accidit.</i> 324	<i>acidus.</i> 198.209
<i>ejus signa.</i> 327	<i>volatilis.</i> 67
<i>Vesica capra.</i> 329	<i>Terra.</i> 438
<i>Vesicula felis obstructio.</i>	<i>Uiriolum Martis.</i> 353
272	<i>Uirum album.</i> 3
<i>Viciorum farina.</i> 246	<i>Unguentum de Arthani-</i>
<i>Vibices.</i> 475	<i>sa</i> 245
<i>Vigilie.</i> 88	<i>Angelica.</i> 444
<i>Vigilias curant.</i> 57.88	<i>de Alabaastro.</i> 44
<i>Vinum diureticum.</i> 24.	<i>ad aurium vermes.</i>
323	120
<i>Martiale.</i> 257.357	<i>ad elephantiasin.</i>
<i>medicatum in ca-</i>	399
<i>tarrhis.</i> 98	<i>de linaria.</i> 253
<i>Viperarum preparatio.</i>	<i>ad prurium.</i> 471
398	<i>ad scabiem.</i> 412
<i>Vipera caput siccatum.</i>	<i>ad polypum na-</i>
153	<i>rium.</i> 128
<i>Viperinus pulvis.</i> 427	<i>ruptorium ad pe-</i>
<i>Viriditas extincta.</i> 339.	<i>stem.</i> 436.437
340	<i>saturninum.</i> 469
<i>Vinum imbecillitas in lue</i>	<i>ad tophos venereos.</i>
<i>venerea.</i> 419	410
<i>Visci quercini collectio</i>	<i>ad varices.</i> 464
67	<i>ad ulcera Venerea.</i>
<i>Vuligo & eius species.</i>	412
475	<i>Unguium ramenta.</i> 4
<i>Uiriolum album.</i> 200	<i>Vomitus.</i> 2.6
<i>vomitivum.</i> 5	<i>sanguinis.</i> 215.217
<i>Uirioli sulphur adody-</i>	<i>Vomitium nimium com-</i>
<i>num.</i> 178	<i>pefcens.</i> 7
<i>oleum.</i> 217	<i>Vomitoria.</i> 3.4.5.6.7.422

Index

423.424.428	<i>Ulcera putrida.</i>	460.461
<i>Vomitoriorum usus.</i>	<i>saniosa.</i>	460
176.184.186.200.205	<i>serpentia.</i>	461
<i>Vomitoria aqua praestanti- sima.</i>	<i>sordida.</i>	460
5	<i>Telephia.</i>	461
<i>Vomitorium conradinum.</i>	<i>ex lue venerea.</i>	408
4	412.418	
<i>Plateri.</i>	5	<i>Unguentum de Alabastro</i>
<i>Ulcera.</i>	459.460.461	44
<i>ut differunt à vul- neribus.</i>	459	<i>anodynum.</i>
<i>Ulcera cacoëthea.</i>	460.	<i>ex fungis nucum.</i>
461		347
<i>cancrosa.</i>	418.460	<i>Vomica pulmonam.</i>
<i>capitis manantia.</i>	408	165
<i>chironia.</i>	461	<i>Urina ardor.</i>
<i>depascentia.</i>	461	330.333
<i>dyspeputica.</i>	461	<i>incontinentia.</i>
<i>erysipelatodes.</i>	460	329
<i>exedenia.</i>	ibid.	<i>Vrina hirci.</i>
<i>Fistulosa venerea.</i>	408	332
<i>Foetidina venerea.</i>	ibid.	<i>Vrina spiritus.</i>
<i>ibid.</i>		232
<i>pestilentialia.</i>	435	<i>Vteri affectus.</i>
<i>nomodes.</i>	461	347
<i>oedematodos.</i>	460	<i>Vterus an moveatur.</i>
<i>Phagadenica.</i>	461.	373
463		<i>Vteri abscessus.</i>
<i>phlegmonodes.</i>	460	347.348
<i>profunda venerea.</i>	408	<i>ascensus.</i>
<i>purulenta.</i>	460	382
		<i>conceptus irriti & inutiles.</i>
		351
		<i>calculus.</i>
		347
		<i>cancer.</i>
		347.349
		<i>condylomata.</i>
		347.
		352
		<i>convulsio.</i>
		374.375
		<i>exulceratio cervi- cis.</i>
		348
		<i>fluor muliebris.</i>
		369
		<i>Gonorrhœa.</i>
		366
		<i>Hæmor-</i>

Rerum, & Verborum.

<i>Vteri hamorroides.</i>	347	<i>Venenata.</i>	484
<i>hydrops.</i>	347.352.	<i>Vulnerarius balsamus.</i>	487.488
353		<i>Vente inflammatio.</i>	148.
<i>inflammatio.</i>	347	149	
<i>inflatio.</i>	347.352	<i>lapsus.</i>	148
<i>marisca.</i>	354	<i>laxitas.</i>	ibid.
<i>mola.</i>	347.350.351		
<i>nomæ.</i>	349.350	X	
<i>prolapsus.</i>	374		
<i>rhagades.</i>	347.352	<i>Xenia.</i>	131
<i>scirrhus.</i>	347.350	Z	
<i>& rarissimus.</i>	350		
<i>stillicidium.</i>	363	<i>Zedoaria oleum.</i>	189.316
<i>strangulatus.</i>	367	<i>extractum.</i>	98.
368.369		210	
<i>ulcera.</i>	347.348	<i>Zibethum.</i>	224
<i>ulcera maligna.</i>	348	<i>Zovingeri hypochon- driacum.</i>	54
<i>Vulnera.</i>	482.483.484		
<i>eorum differentia.</i>	483.484		

FINIS.

APPENDIX

AD

IOAN. HARTMANNI
PRAXIN CHIMIATRICAM

In qua.

- I. Tractatus Ioannis Ernesti Doctoris Medici De Oleis variis arte Chimica distillatis.
- II. Basilica Antimonii Hameri Poppii Thallini.
- III. Marci Cornachini D. M. Merhodus, qua omne, humani corporis affectiones ab humorum copia, vel qualitate peccantibus Chimice & Galenice curantur.

FINIS



TRACTATUS

IOANNIS ERNESTI

DOCTORIS

MEDICI.

DE OLEIS VARIIS ARTE

Chymica destillatis.

LE A destillata eandem habent vim & efficaciam cum aromatibus, seminibus & herbis, ex quibus destillantur. Quia vero in ipsa destillatione omnis immundities & excrementa, quæ ipsorum operationem impediunt, separantur, & solum substantia illa sustentans, & ad usum quasi vivificans remanet, facile conjectandum, illorum guttulam etiam unicam destillatam plus posse, & majori etiam facilitate & fructu operationem suam perficere, quam integer manipulus seminum, aromatum & herbarum. Operatio vero eorum præcipue est, naturam confortare ac immutare, caloremque nativum fovere, ut ægritudinibus eo magis resistere, ac spiritus corporis & quicquid in eo purum utileque reperitur, reficere possit. Quocirca diligenter advertendum, ut debito tempore & in convenienti pondere usurpentur.

DE

CHYMICE DESTILLATIS: 3
DE MODO DESTILLATIONIS*Oleorum ex seminibus, radicibus,
herbis, aromatibus, &c.*

Semina, ex quibus Oleum destillare cupis, prius in minutissimum pulverem sunt redigenda, & per cribrum transmittenda, quo facto, cuilibet libræ seminis, adde manipulum tartari, mixta sibi inuicem vasi ex cupro, injice tantum aquæ fontanæ, ut palmum integrum supernatet, affunde, linteisque ac charta madefacta & compacta ita, ne quid exhalet, occlude, & quinque horis continuis, primo quidem igne vehementiori, postea cum ascendere videris, leniori destilla. Diligenter verò receptaculum posterius erit observandum, ut destillatio sine intermissione procedat, seu guttula guttulam eo usque sequatur, donec nihil amplius de oleo destillet, quo viso ignis removendus & oleum refrigeratum more solito separandum.

In destillatione Oleorum macis, nucistæ, & quicquid hujusmodi destillare desideras, tartarus & sal contritus admiscantur, itaque sicca igni admoventur, quæ vasi injecta, manu tam diu, quo usque sudare incipiant, nec manum præ calore admittant, agitantur, tunc aqua calida quantum satis est, affunditur, vas diligenter occluditur & Oleum, ut dictum est, extrahitur.

Caryophylli, Zinziber, Piper, Cardamomi, Cubebæ, mala aurea sive aurantia, majorana, rosmarinus, cæteraque simplicia & aromata prius minutissime sunt contundenda, vasi destillatorio satis magno cum additione tartari & salis injicienda, tantum aquæ, ut quinque transversos digitos supereminet, affundenda, alembicus communis, vel cæcus, sicut tibi notum, imponendus, optime coopertus

fornaci aut arenæ calidæ accommodanda & per decem vel plures dies materia indita digerenda, postea vasi ex cupro immittenda. quantum aquæ opus fuerit, vterius affundenda, & ut de oleo anisi & feniculi dictum est, destillatis perficienda.

DE OLEO ANISI, FOENICVLI,

Et Cumini.

Horum seminum $\text{℥} j$, parum contunditur, cum mensuris duabus aquæ vasi destillatorio ita, vt impleatur, injicitur, sub alembico cæco per octo dies putrescere permittitur. Semen anisi facile ascendit, itaque ejus oleum lento igne erit extrahendum, quia præcipitationem non admittit.

Eo modo etiam Caryophylli. Ad eorum vero $\text{℥} j$, saltem lib. $j. \text{ss}$. aquæ requiritur. Obseruandum autem hic est, quæ olea facile ascendant, qualia sunt oleum caryophyllorum & anisi; ideo lento igne erunt destillanda, cætera vero vehementiore.

In his destillationibus summa diligentia requiritur, siquidem ignis vehementior non convenit, nimis vero lentus oleum coctione paulatim consumit.

Oleum Anisi separari non potest, itaque alio modo, cochleari nempe vel aliter erit abstrahendum, sit enim axungia simile, abstractum vero cum suo vitro arenæ impositum iterum clarescit.

Oleum cinnamomi eodem modo, quo & oleum caryophyllorum destillatur, & quanto magis post destillationem refrigerantur, tanto clariora fiunt: aqua autem feruida est superfundenda. Oleum nucistæ cum vino debet destillari: vni ad quamlibet lib. nucistæ mensura vna cum diuidia sumi, & feruidum affundi.

Oleum nucistæ & aliorum aromatum si post separationem non cocunt, secundo debent destillari;

hoc

hoc enim factò oleum nucistæ inspissatur, instar olei radicum & præsertim angelicæ.

DE OLEO CINNAMOMI.

Cinnamomo subtiliter puluerisato adde tartarum & sal. injice ampullæ vitreæ, optime perlutetur, alembico cæco adaptetur per dies decem & octo in fornacem vel arenam callidam collocetur, deinde in alio vase luto circumcirca obducto in cappella tam alte in arenam dimittatur quousque vas luto obductum est, alembicus superponatur, recipiens applicetur, rimæ charta madida beneque compacta occludantur, ignis ita regatur, ut gutta guttam immediate sequatur, & ita per tres dies integros vigeatur: interim tamen ignis noctu potest intermitteri. Et (quod diligenter est obseruandum) si cinnamomi sumis $\text{℥} j$. erit addenda aqua & vinum, eorum scilicet partes æquales. Si enim vinum plane omiseris, bonam aquam nunquam expectabis: Oleum autem sequitur, siue aqua sola, vel etiam vinum fuerit affusum. Et si in destillatione ita per triiduum persisteris, ab igne remove, & cinnamomum cum aqua in vase relictum asserua: Ejus enim libra in vase ex cupro potest denuo destillari.

Ex cinnamomi autem libra j . non vltra quartam mensuræ partem bonæ aquæ expectabis. Si vero mensuram integram vini affundis, mensura dimidia aquæ non contemnendè extillabit. Aqua tamen vltimo extillans in peculiari recipiente est colligenda. Licet quin etiam aquam & oleum simul commixta in virtum excipere & postea separare.

Quidam etiam spiritum terebinthinæ aromatis subtiliter puluerisatis addunt. inuicemque contundunt. cinnamomi nempe libræ spiritus terebinthinæ $\text{℥} j$, caryophyllorum vero $\text{℥} ij$ vel ijj .

ita & herbis, iis tamen recentibus, minutissime confusis & quantitati earum mediocri $\frac{3}{4}$ ij. addunt, hoc enim factò, quælibet planta suum colorem acquirit & conservat.

Pari modo olea etiam tinguntur, si radix rubia Tinctorum imponitur.

DE OLEO ROSATO RITE

Destillato.

\mathcal{L} . Flor. ros. albar. odorif. lib. x. conspergantur pulvere sacch. cand. alb. ita mixta in mortario contundantur, aqua rosacea superfundatur, per tres septimanas integras insoletur, & postea in modum olei cinnamomi destilletur: acquiris oleum excellens & fragrantissimum, ejus tamen exiguam quantitatem.

DE OLEO SPICÆ DOMESTICÆ.

Flores hujus spicæ in cucurbitam injecti comprimantur, eaque luto optime occlusa in fimum equinum per 14. dies noctisque sepeliatur, postea lente primum, non tamen ad fundum usque, abhinc fortius destillentur: Hoc factò flores una cum foliis & stipitibus concidantur, ollæ vitreatæ indantur, aqua huc usque extillata iterum affundatur, & digestio, ut supra, repetatur. Postea in B. M. ita destillentur, ut aqua in lebetè ebulliat, hoc enim modo major olei quantitas extillabit: hoc, ut nosti, separa, aquam in B. secundo destilla, habebis aquam & oleum præstantissimum.

DE OLEO RESINÆ CVM

Chamomillis.

Ahenum scobe ligni de pino prope radicem abscissi gummosi & tenuissimi ad medium usque impleatur, aquæ quantum satis est, affundatur, storum chamomillæ Manipul. 6. vel 8. adjiciantur, & per

per vesicam destillentur. Exibit nudum oleum cum phlegmate.

OLEUM EX PANE TRITICEO.

Micas panum triticeorum duorum vel trium, minutim conscinde, panno inclusas per 6. vel 10. dies in fimum equinum calidum dimitte, quousque formam hepatis vel pulmonis acquirant: fætor enim, qui ex putrefactione exoritur, nihil refert: tunc in retortam injice & in arena destilla: hoc factò, adde sal & aquam, & in B. destilla, tandemque ut artis est, separa. Habebis oleum pellucidum ab omni fæctore alienum & sapore gratum, quod maxime commendatur ad combusta, omnis generis inflammationes & gangrænam ipsam.

Quomodo Empyreuma in sapore oleorum corrigatur.

Hujusmodi olea cum 8. vel 10. partibus vini, & pauca aqua commisceantur & per alembicum destillentur, exhibit cum oleo etiam vitium ipsum.

De destillatione oleorum ex radicibus acutis & pinguioribus seminibus, herbis, lignis & resinis.

Si quis aquam præstantem, quæ sui simplicis saporem & odorem una cum facultatibus ipsis conservet, destillare cupit, is herbæ illius cum jam semen ferre inceperit, quantitatem sufficientem minutissime conscindat, succum per prelum exprimat, illum vesicæ ex cupro, ita ut ad medium usque compleatur, injiciat, herbæ conscisæ huic succo tantum ulterius addat, ut vasis capacitas superior ad quatuor digitos transversos relinquatur vacua, & tam diu, quousque guttæ destillantes saporem sui simplicis amittant, igne mediocri destillet Alembicus vero continuo erit refrigerandus. Si ergo herba fuerit acuta & pinguis, quales sunt

salvia; lavendera, ruta, feniculus, hyssopus, absinthium, pulegium, abrotanum, &c. una cum aq. extillat etiam oleum, quod separari debet. Est enim optima & utilissima substantia in toto simplici, in qua omnes illius virtutes consistunt, & eodem modo, quo etiam aqua usurpatur.

*DE SPIRITU EX ROSIS ET
omnibus aliis simplicibus
extrahendo.*

Rosarum flores quantum eorum habere potes, cum sale, ut notum tibi est, contunde, contusosque reserva, aquam ex iis destillatam in lagenam collige, manipulum integrum fermenti in aq. calida dissolve, super rosas infunde, cum baculo diligenter ad formam pulmenti commisce, vasis vero live dolii quarta pars relinquenda est vacua, foramen dolii non adeo stricte occlude, sed saltem ejusdem operculo contege; in loco calido dolium colloca, & rosas inditas cum baculo per foramen quotidie subagita; hoc enim facto incipit fermentare & usque ad foramen dolii ascendere, postquam vero deferverit & materia in suum locum confedit, tum dolium diligenter occlude & ita per quatuor hebdomadas dimitte: hoc tempore elapso destilla, spiritum in quantumvis rectificata: hic cum extillaverit, phlegma, quousque Empyreuma conceperit, extrahe. Sic enim unâ cum spiritu præcellentem etiam habebis aquam.

*DE SUMMA ET OPTIMA
preparatione herbarum.*

Quamcunque herbam volueris minutissime concisam ponderatam ollæ injectam & aqua persufam igni admove, cum aqua absumpta & herba contusa priorem formam adepta fuerit, per linteum

exprime.

exprime, succum expressum per arenam destilla. Hoc enim facto, primo omnium phlegma, deinde spiritus & ultimo oleum rubrum extillabit: hæc per infundibulum separa, & per retortam aliquoties rectificata: ita enim perfectissime purgabitur: spiritum cum phlegmate in B. M. colloca, phlegma per illud abstrahere tandemque spiritum per alembicum rectificata.

Fæces, quæ in destillatione de oleo in fundo vasis remanserunt, herbæ, ex qua succus fuit expressus commisce, ad ignem in cinerem redige, & ex eocum suo phlegmate salem extrahe: hic sal ita extractus, postmodum solvatur, filtrerur, coaguletur, & ita ad albedinem usque à fæcibus suis omnino purgetur, quo facto pulverisetur & primo cum spiritu, deinde cum oleo aliquoties paulatim imbuetur semperque in cinere coaguletur. Et cum spiritus in salem coagulatus fuerit, in phialam injiciatur & ad ignem lampadis per quatuor hebdomadas figatur: hoc enim modo ad summam perfectionem exaltatur.

*DE AQUA ROSARUM FRAGRAN-
tissima & optimi saporis.*

℞. Flor. rosarum, quantumvis, parum exicca, minutim conscinde, ollæ vitreatæ injice, diligenter misce, cum linteo cera obducto & operculo suo contege, per septimanas quinque vel sex in cellam vinariam colloca, tandemque per B. M. destilla. Quod si liquor non prorsus extillaverit, rosas contusas ex olla exime, sub lapide contere, cucurbitæ rursus injice, aquam prius destillatam affunde & iterum destilla.

Ego autem flores rosarum sale & spir. vini prius humecto, deinde destillo: ita enim suum saporem & odorem optime retinet.

DE AQUA ROSARVM REGIA.

℞. Flor. ros. rec. lib. ij. santal. alb. odoriferi, ʒij. ca-
lamit. benzoin. cinnam. an ʒij, caryophyll. ladanian,
ʒj. mosc. gr. x. M. F. puluis quo rosæ vndiquaque
conspergantur, vitro indantur, vitrum diligentissi-
me obturetur, per mensem integrum in sinum
equinum sepeliatur, tandem aqua destilletur & ali-
quandiu insolatur, habebis aquam maxime præstan-
tem valde odoriferam, & ad defectiones animi vtilis-
simam. †

De extractione spirituum ex omnis generis
aromatibus, radicibus, gummatibus
& huiusmodi simplicibus.

℞ Zedoar. select. mastic. vel alterius huiusmodi lb
j, infunde in sp. vin. optimè rectificato, putrefiat per
octiduum: hoc elapso superfunde tantundem aquæ,
in B. M. lente destilla, spiritum primo, deinde aquam
excipe, aquam, quæ inutilis, abjice, spiritum vero
per B. rectifica; hoc enim modo optimum saporem
& summam perfectionem acquirit; Mastichem in
vase relictum igne fortiore per arenam destilla; Ei,
quod non transcendit, aquam fontanam recentem
affunde, & in B. destilla; Habebis oleum flauo colo-
ris, pulcherrimum, & pellucidum, quod est verum
& genuinum oleum mastiches, intra corpus vsur-
pandum. Quod vero in B. remanserit, cum vitriolo
calcinato rectifica, fiet hoc modo oleum rufum, non
minus quidem pulchrum; maximi tamen caloris, nec
intra corpus sumendum.

DE VIRTVTIBVS SPIRITVS

Mastiches.

Spiritus Mastiches datur in doloribus colicis &
omnibus affectibus stomachi & intestinorum; con-
stantis ætatis hominibus cochleare integrum, iunio-
ribus

tribus dimidium, infantibus vero cochlearis quarta
pars; & vmbilicus oleo pellucido inungitur; dolo-
res illico sedat, & multoties est probatum: restauat
præterea appetitum, stomachumque & intestina ab
omni pituita & immunditie liberat.

Oleum ipsum robustioribus datur ad guttulas 10.
vel 12. debilioribus vero ad 6. vel 7. in aqua appro-
priata.

DE OLEO ABSENTHII.

Oleum ex femine Absinthij paratum amissum au-
ditum restituit, cum bombace exceptum & auribus
immisum: Contra febres quartanas sumitur illius
quarta pars vnus drachma vel ʒ. 3. provt Medico com-
modum videbitur, & secundum patientis ætatem,
cum jam patoxyismus instat, æger vero optime con-
tegitur, idque sæpius repetitur. Est medicina prom-
ptissima & sine omni dubio proficua.

Quod si vero oleum haberi nequit, sumatur suc-
cus ex absinthio recenti, eiusque cochlear integrum
cum haustu vini porrigatur: Expellit febrem.

DE OLEO RORIS MARINI.

Flores Roris marini per 10. dies digere, per cineres
destilla, terram calcina & resolue, & aquam cohoba
fiet oleum ad memoriam valde vtile.

DE OLEO CROCI.

℞ Croci ʒu, Essentia vini q. s. olei Terebinth. ʒb.
duodecim vicibus de facibus destilla. Nor. spiritus
vitrioli vel terebinthinæ tribus vicibus super salem
calcinatum rectificatur: & in hoc oleo omnia aro-
mata & odorifera digeruntur.

DE OLEO CINNAMOMI.

Phlegma à vitriolo separatum cinnamomo con-
tuso affunditur, per octiduum digeritur & per cine-
res destillatur.

Hoc Oleum menstrua promouet partumque expellit, parum ejus in vino potum & pudendis illitum: modico tamen myrrhæ debet misceri: oculorum angulis immissum visum acuit. Lentigines & maculas quascunque in facie & manibus hoc oleum abstergit, pectus calefacit, catarrhos frigidos à capite ad pectus delabentes inhibet, cardiacam & alios omnes affectus pectoris corrigit, capitiq; fronti, naribus & temporibus illitum somnum conciliat.

DE OLEO CARYOPHYLLORUM.

Super lib. j. caryophyllorum vinum & aquam affunde, Manip. j. salis admisce, per diem noctemque vnicam digere, tandemque destilla. Exhibi aqua & oleum.

Oleum caryophyllorum ad instar balsami naturalis vsurpatur, cor, cerebrum & omnes spiritus vitales roborat, omnibus in genere affectibus conuenit, imbecillum frigidumque ventriculum calefacit & confortat, concoctionem iuuat, omnes immundities absorbit: emplastris stomachalibus vtilissime admiscetur: ejus guttula vnica ori immissa ejus fauorem corrigit, obstructions hepatis aperit, visum acuit, & ad dysanteriam & alios morbos intestinorum misce confert.

DE OLEO NUCIS
Moschata.

Oleum Nucis est acre & calidum, concoctionem hepatis promouet, exterius in latere dextro sub sinem costarum illitum: ad guttulas duas vel tres assumptum colicos dolores compescit, vt & intumescentiam lienis lateri sinistro illitum &, ut antea interius vsurpatum. Ejus guttulæ 2. vel 3. cum oleo

oleo fœniculi mixtæ & temporibus illitæ somnum conciliant: Totidem guttulæ cum aqua maioranæ potæ, grauitatem capitis corrigunt; vmbilico illitum Venærem stimulat: Et omnes virtutes olei caryophyllorum repræsentat.

DE ALIO OLEO NUCIS
Moschata Præcellenti.

Nucum Moschatae ponderosatum ℥iij in 4. partes conscindantur, vino maluatico infundantur, in vase duplici optime occluso octiduum ita relinquantur, postea per horam coquantur, & hoc facto refrigerescere sinantur; inuenies oleum supernatante, quod, vt decet, separa & diligenter serua. Quicquid hoc oleo illinetur, fit valde odoriferum. Fragmenta nucum iterum exiccantur & ad vsum culinarum reseruentur. Vinum vero maluaticum, in quo fuerint infusa diligenter reseruetur, ejusque mane quolibet cochlear vnum jejuno stomacho ebibatur.

DE BALSAMO MAIORANÆ.

Majoran. viridis quantumvis in cera alba & adipe porcino albissimo coquatur, deinde exprimatur & quinquies vel sexies repetatur. Acquiret odorem maioranæ & colorem etiam viridem, inde adde olei maioranæ ex herba per vesicam destillati quantum opus fuerit; vt saporem sufficientem acquirat.

DE FACULTATIBVS ET VIRTVTIBVS
nobilium oleorum, & quomodo ea ipsa vsurpentur.

DE CINNAMOMO.

Facultas cinnamomi est valde subtilis & vsque ad tertium gradum calida, tempore hyemali vtilior, quam æstate: stomachum enim confortat, omnes noxios humores exiccat, putredines ventriculi præcauet, visum acuit, obstructions venarum referat, cor

vero præsertim roborat. Potest autem oleum & aqua simul destillari. Oleum vero naturali Balsamo non est assimilabile ad omnes putredines internas præcauendas, exterius vero ad sanationes vulnerum absque putredine maturandas.

Aqua Cinnamomi ad omnes affectus frigidos vtriusque sexus admodum est proficua, præsertim si appetitus & spiritus naturales sunt imbecilles: eius nempe cochlear integrum cum haustulo vini maluatici vel succo citri epotum.

DE OLEO MACIS.

Macis facultas est calida & astringentia; eaque propter in colica ex frigiditate & destillationibus capitis vtiliter vsurpatur; & cor, ventriculum ac vterum confortat. In mace singulares virtutes ipsæmet reperi, quando videlicet palpitatio cordis, obstructio vesicæ aut vteri, stranguria vel alij affectus frigidi occurrunt: eius etiam guttulæ 3. vel 4. in primo cochleari ientaculi vel primo haustu vini vsurpari debent.

DE VIRTUTIBVS OLEI

Caryophyllorum.

De Caryophyllis Arabes præ cæteris omnibus plurimum scripserunt: Sunt autem natura calidi & sicci in tertio gradu, conueniunt stomacho, hepati & cordi medentur profluuiio ventris ex frigore exorto, indigestionem corrigunt, vomitum compescunt, concoctionem promouent, & omnes superfluas humiditates ores exiccant. Ad hæc autem omnia oleum multo est efficacius. Nam vt in veritate sum expertus, illud habet omnes effectus quos balsamus naturalis habere debet. Exterius omnia recentia vulnera, punctim vel cæsim inflicta sanat, humiditates neruorum in iis & hæmorrhagia compescit. Interius autem

autem omnes partes naturales, ventriculum & hepatis confortat, sanguinem à melancholia mundificat, cor & cerebrum roborat: præsertim vero vertigini & affectibus oculorum conuenit, eius mane jejuno stomacho guttulæ 2. vel 3. in primo cochleari iusculi, vel primo haustu vini epotæ.

DE VIRTUTIBVS VEL FACVL- tibus Olei Anisi.

Anisi Oleum virtutes suas multo exeric præstantius, quam semen ipsum: siquidem calor hominis virtutes anisi non ita extrahere potest quantum externus artificialis calor ignis in destillatione solet. Et quemadmodum omnia esculenta, siquidem in nostram naturam debent conuerti, necessario prius sunt concoquenda, & igne externo ac opera humana præparanda, ita etiam se res habet in medicamentis.

Oleo Anisi ego vti soleo in vertigine, catarrhis adpectus delabentibus, indigestionibus & flatibus ventriculi, hydrope, & aliis ægritudinibus ex frigiditate & flatibus pronouentibus, prodest etiam omnibus membris exanguibus & neruosis, qualia sunt ventriculus, intestina, vesica, vterus &c. Exiccatur etiam fluxum vteri album, & in summa omnia ea præstat, quæ de aniso ipso scripta inueniuntur. Vsurpantur autem ejus guttulæ aliquot in iusculis aut vino mane aut quando & quotiescunque vici & necessitas efflagitat.

DE VSV ET UTILITATE

Olei Piperis.

Oleum Piperis admirandam habet efficaciam, qualis etiam in Pipere ipso inuenitur. Piper autem, ex quo hoc oleum destillatur acrem suum calorem, qui ingustantis lingua persentitur, retinet. Est vero

oleum nihil aliud, quam aer ab igne separatus, multoque efficacius suam vim & effectus exerit quam piper ipsum: habet vim valde penetrantem: Quorum venter flatibus vel abundantis phlegmate est repletus, hujus olei fumant guttulas duas vel tres, quemadmodum superius de aliis est prolatum.

Experientia ipsemet sum edoctus hujus olei guttulas tres cum ꝑj. mirthæ rubræ electæ mixtas, nebula obvolutas duasque horas ante paroxysmum febris tertianæ intermittentis sumptas, cum felicissime curare: præcavet enim horrorem ita, ut nec calor ullus sequatur. Si vero prima vice hoc non fiat, febrisque nihilominus sequatur, fiet tamen post summptionem secundam. Oportet tamen corpus prius esse sufficienter purgatum. Quicumque ergo hoc oleo cum utilitate uti cupit, leni purgatione corpus prius mundificet: ubi enim hoc fit, olea istiusmodi non solum non sunt proficua, sed magis nociva, quia nempe materiam commovent, nec tamen alterant, multo minus ex corpore educunt.

DE VSV OLEI CINNAMOMI.

Sumitur hoc oleum ad guttulas duas vel tres cum ovo sorbili vel jusculo gallinæ contra lipothymiam febrilem, parturientibus hoc modo propinatum partum una cum secundinis sine omni detrimento expellit & uterum confortat. In hydropis principio quotidie cum jusculo gall. usurpatum valde commendatur: provocat præterea etiam obstructos menses: itaque à mulieribus gravidis omnino æque ac oleum è baccis juniperi est vitandum, quia non minus nocet. Olei cinnamomi guttulæ duæ vel tres mithridatio immixtæ adversantur veneno, & promovent sudorem, si nempe cor eo nondum obsessum est.

DE

DE VSV OLEI CARYOPHILLORUM.

Ulus & utilitas hujus olei pro suo merito non potest describi. Balsamum præstantissimum mea opinione æquat. Exterius ad conservationem cordis & ventriculi usurpatur, ejus guttulæ 5. vel sex oleo amygdalarum dulcium permiscuntur, & regioni cordis & oris ventriculi illinantur, quibus partes illæ sunt refrigeratæ vel alias gravatæ. Capiti illitum, sive homo fuerit senex sive juvenis, hoc oleum præcavet sanitiem, caloremque naturalem restituit, ventri inunctum dolores colicos sedat, artuumque durities & ulcera eorum diuturna ex frigore provenientia hoc ipso oleo feliciter curantur. Hujus item olei guttulæ aliquot cum jusculo caponis sumptæ confortant omnia interiora, in primis autem ipsum cor, hepat & ventriculum; lienis inflationes & intumescenciam corrigit, fetorem anhelitus emendat, & cruciatus colicos sedat: uterum mirifice corroborat, icterumque album cum jusculo, ut antea exhibitum eradicat, in suffocatione uteri mulier ipsa interiora pudendorum aqua oleo caryophyllorum inuicem mixtis digitoque exceptis sedulo fricet, videbit auxilium observatione dignum: ut ego ipse sæpissime sum expertus. Ut autem cura illa eo sit certior & constantior, sumatur castorei ꝑj. cum vino fiant pilulæ septem, earumque una post primum somnum deglutatur & per hebdomadam integram ita continetur.

DE VSV ET FACOLTATE OLEI Nucisla.

Contra Catarrhos, & si quis frigidum humidumque habet cerebrum, duæ guttulæ hujus olei verticibus capitis fortiter illinantur, cerebrum enim confortat.

B.

& omnes destillationes frigidas sistit : observandum tamen est ; ne nimium usurpetur , hoc enim modo cerebrum inflammat. Non sine utilitate etiam antiquis ulceribus inungitur cum oleo chamomillæ comixtum : umbilico inunctum colicos dolores mitigat , & cor etiam confortat cum oleo rosaceo mixtum & pericardio illinitum. In aponia vero & lipothymia guttula unica lingua exceptum maxime opitulatur.

DE VIRIBVS ET EFFICACIA

Olei Anisi.

Olei Anisi guttula unica cum oleo Amygdalatum amararum mixtum & auribus immisum , auditum amissum restituit , si vitium non ultra triennium duravit : Si vero est antiquius , pro incurabili habendum. Si quis ex morbo capitis vel stomachi inquietus fuerit , nec concoquere & dormire potest , ex penna dependentem guttulam unam atque alteram hujus olei cubitum icurus paulatim deglutiat , manè vero cum jusculo gallinæ epotet , est enim suave & cuilibet pergratum. Hoc modo usurpatum omnibus catarrhis opitulatur , præsertim vero iis , qui ad pectus delabuntur & anhelitum impediunt , tussisque exuscitant , aperit præterea obstructions hepatis , resolvit inflationes , confortat omnia interiora , corrigit vertiginem & quascunque ægriud , capitis , sæpe usurpatum , præservat ab apoplexia , paralyti & aliis hujuscemodi morbis. Infantulis hujus olei gutt. 2. cum aq. caponis vel ol. amygdal. dulc. exhibitæ , præservant & simul etiam liberant ab epilepsia , quod ipse sæpius sum expertus. Maxime vero conducit mulieribus , quibus menstrua inordinate non statuto tempore procedunt , & quibus uterus inflatur. Confortat enim matricem , partumque promovet ,

mover , ea propter mulieres gravidæ ejus ultra unam guttulam non debet usurpare. Compefcit quinetiam singultum & ructus. Tempore Pestis ejus guttulæ duæ vel tres mane cum maximo fructu sumuntur , timorem enim & anxietatem expellit & venenum anrevertit , utile præterea est iis , qui inquietum habent somnum , corrigit difficultatem urinæ , dissolvit inflationes ventris & qui propter imbecillitatem hepatis hydropem verentur , quotidie cum jusculo gallinæ vel carnis interiorius assumant.

DE USU ET UTILITATE

Olei Fœniculi.

Hoc , ut supra dictum , cum & sine jusculis usurpatum , cerebrum , stomachumque confortat & inde imbecillitatem oculorum emendat : memoriam corroborat , nutritibus lac adauget , superfluitates phlegmaticas absumit , renum calculum expellit & omnibus venenis resistit , ea propter tempore pestis uno die ol. cinnam. secundo ol. anisi , tertio ol. fœniculi , quarto ol. citri aut cortice citri conditi mane debent usurpari , & si in locis periculosis erit observandum , in ore retineri. Qui morbo epileptico sunt correpti hujus olei quantum cortex avellanæ capere potest , usurpare debent purgato prius corpore , & illud per decem dies ita continuare.

DE VSV ET UTILITATE

Olei Cumini.

Contra colicam injiciatur prius enema commune , ut alias etiam docui , cui enemati incoquantur radices irid. florentinæ , & si enema effectum suum satis præstitit , umbilicus hoc oleo calide inungatur , dolores quamprimum sistit. Hoc autem in primis hoc loco est observandum olea hujusmodi sine noxa non posse usurpari , si corpus antea non fuerit purga-

tum : nec gravidis etiam mulieribus ultra granum est exhibendum.

DE USU ET EFFICACIA OLEI

Seminis Pœoniæ.

Oleum pœoniæ ex semine ejus, ut & oleum anisi conficitur, conducitque non minus adultis, quam junioribus contra epilepsiam, purgato prius corpore, ejus guttulæ aliquot mane stomacho jejuno assumptæ & per dies quadraginta continuatæ.

DE EFFICACIA ET USU

Olei Rosarum.

Hujus Olei guttula unica temporibus illita est prævalens medicamentum contra dolores capitis: ut & contra pestilenciales febres, temporibus, arteriis & pericardio illitum, ejusque guttæ tres in jusculo gallinæ assumptæ, quia cum utilitate purgat: & si vis, ut commodius purget, immisce oleo aliquot folia auri, & ut melius misceatur aliquandiu ita dimitte, postea guttulam unam vel duas exhibe, sanguinem perbelle purificat: Et si etiam principium Elephantiasis præsto esset, hoc oleo ita parato & aliquoties usurpato, extirpatur.

DE UTILITATE OLEI

Rorismarini.

Hoc oleum inservit præcipue contra vertiginem, & tremorem artuum, si ex frigidityte cerebri provenerint, febres pestilenciales expellit, in iis, qui venenum forte hauserunt, sudorem provocat, si post ejus usum optime contegantur. Icterus etiam oppugnat, menseturque albos mulieribus in jusculo caponis vel gallinæ eporum, sistit.

DE USU ET COMMODITATE

Olei Majoranæ.

Apoplecticis, Epilepticis & qui loquclam amittunt

ferunt hoc oleum maxime opitulatur, guttula nempe una atque altera linguæ imposta: comprimit interius usurpatum intumescenciam lienis: febris quartanæ resistit, ante paroxysmum propinatum & spinæ dorsii inunctum. Omnia illa olea ego ipse sum expertus & lectori eo libentius communicavi: Faxit Deus Ter Opt. Max ut & Lectorum quilibet cum summa sua vtilitate iidem uti possit.

Licet etiam prædicta olea, utpote Cinnamomi, caryophyllorum, nucistæ, anisi, fœniculi, seminis pœoniæ, &c. cum saccharo commiscere & infantibus exhibere, sunt enim calida, & idcirco tenera huic ætati non admodum tuta, nisi solum in Epilepsia.

DE USU ET UTILITATE.

Olei Zedoariæ.

Oleum Zedoariæ peculiare habet vim contra aërem contagiosum & vapores malos ex terra exhalantes, & spiritus vicesque naturales cum hominum, tum brutorum animalium insipientes: Sanat quin etiam morsus & ictus venenatos quorumcunque animalium, vlcera & vulnera, siue ictu siue bombardis inflictæ: tumores externos & internos resolvit, præfertim vero in matrice natos, penetrat & purificat pulmones; sedat propterea tussim, ventris fluxum, colicam & asthma, corrigit fœtorem oris, præstat corpori nutrimentum, promovet concoctionem, curat vulnera antiquata, corroborat cor & visum, interficat lumbricos & reliqua animalcula, quæ in humano corpore ex putredine nasci possunt, & continent partum in matrice conceptum.

DE VIRIBVS OLEI CALAMI

aromatici.

Oleum calami aromatici confortat memoriam, aponet dolores capitis & catarrhos ex frigore enatos.

emendat debilitatem visus & ventriculi, opitulatur lipothymiis, compescit vomitum, accelerat menses, tollit suffocationem matricis, calefacit stomachum, mundificat & aperit obstructions renum, calculumque frangit. Et quia inter cætera etiam astringit, inde fluorem inuoluntarium seminis & urinæ compescit: restituit capillos, & præcauet melancholiam, delirium & inaniam.

DE FACULTATIBVS OLEI

radicis Gentiana.

Radix Gentianæ omnes fere habet virtutes, quæ de calamo aromatico sunt recensitæ. Præ cæteris vero omnibus præferuat à doloribus colicis, emendat febres ephemeræ & alias malignitate non carentes, abigit fœtorem oris, & vermes dentium interimit.

DE VSV ET VTILITATE

Olei Croci.

Hoc Oleum est admodum vile ad febres magnas pestilenciales & æstum capitis, stuporem & dormitionem, vertiginem & maniam melancholicam & alios ejuscemodi morbos phreneticos; item spasmus, torturam oris, lethargum, catarrhos; raucedinem, anginam, & dolores dentium, promouet expuitionem, calefacit & astringit, interim tamen aliquantulum deobstruit, cor corroborat, ejusque palpitationem emendat, sine manifesta causa tristes & inspirantes exhilarat, lasciuiam adauget, sterilitatem emendat, hæmorrhoides fluentes recludit, condylomata vel ficus ani malignas & ardentes sanat, partum vteri conseruat, præmaturum exitum ejusdem præcauet, scissuras ventriculi sanat & lienis duritiem, & dolores colicos auertit, flatus expellit; isteritiam, dolores Ischiadicos, erysipelas, neruos,

ligamenta;

ligamenta, musculosque læsos percommode curat; hepar inflammatum refrigerat, ichores artuum sistit ab elephantiæsi præferuat, somnumque amissum restituit.

DE OLEO CASSIÆ.

Ol. Cassiæ est valde confortatiuum, præsertim vero cordis, & idcirco ad lipothymias vtilissimum.

DE VIRIBVS OLEI ALOES.

Purgat hoc oleum cum vini spiritu destillatum umbilico inunctum. Vel.

¶ *Aloës lib. 1. myrrha elect. ʒ iij*, affunde vini sublimati mensur. ℞, per retortam igne forti destilla, recipies oleum, quo umbilicum inunge & purgabis corpus.

DE CONFORTATIONE CAPITIS & cerebri.

¶ *Ol anisi & fenicul. ana ʒ iij, ol. coriandr. cardamom. cubebæ & cinam. an. ʒ j, nucist. macis an. ʒ sol. caryophyll. ʒ iij ℞. Mis.* Ex hujus mixturæ gutt. viij & lib. ℞. sacch. candi formentur rotulæ vel trochisci, quorum vnus post & ante pastum sumatur.

DE FACULTATIBVS OLEI

florum Chamomilla.

Habet hoc oleum facultates tumores emolliendi, intumescencias resolvendi & dolores mitigandi; Enematibus etiam una cum aqua immiscetur, tollit dolores internos intestinorum, matricis, renum & vesicæ, commendatur ad conuulsiones; quicquid est extensum, & induratum, emollit & reserat obstructa.

Infantulorum ejulatus ex doloribus colicis causatos omnium optimè reconciliat. Omentum nempe ovillum in frustra conscissum super igne liquatum, vel aliquod emplastrum stomachale cum hoc oleo commixtum & ventri calidè applicatum.

Oleum Chamomillæ cum spiritu vini mixtum & partibus corporis paralyfi ex frigore obfessis, illitum, & linteo calido coniectum, sine mora auxiliatur. Ex floribus chamomillæ à Chymicis etiam oleum caruleum elicitor, cuius in multis affectibus internis & præcipuè contra colicam guttulæ aliquot in fusculo calido vsurpantur.

DE OLEO CHAMOMILLÆ

caruleo.

Manipulus integer florum Chamomillæ cum ꝑ. cerebinthinæ Venetæ pellucidæ in aqua calida dissoluatur, inuicem misceatur, per vesicam destilletur, habebis pulcherrimum.

Relictas fæces exprime, ad spissitudinem mellis concoque & fiat cum cera unguentum: hoc ad maturationem & apertionem vlcera valde commendatur.

Aqua ab oleo separata ad infusionem florum potest reservari. Notandum, an ex rosis & aliis huiusmodi floribus talia etiam olea confici possunt.

DE OLEO EX BACCIS JUNI- peri destillato.

Baccarum Juniperi quantum vis contendantur, in ollam immittantur, aqua in debita mensura affundatur, in locum calidum collocetur, fermenti aliquid injiciatur, quotidie usque dum baccæ ad fundum descendant & aqua supernatet, quod in diebus quatuordecim vel tribus hebdomadibus fieri solet, agitentur, postea in vasis in spiritu vini usitatis destillentur, oleum ab aqua separetur, & aqua secunda vice per alembicum in vapore sicco destilletur: habebis spiritum vini vel aquam vitæ præstantem, Vel.

Grana contusa in lebetem, ita ut tertia pars maneat

maneat vacua, immitte, & cum aqua est affusa, ut neque nimium liquida, nec admodum spissa sint, velut ex fæcibus vini fieri solet, destilla, oleum ab aqua separa, lebetem in vas apertum ligneum euacua, cum tepesfactum, fermentum adde, usque dum ferbuerit, dimitte, iteum in alienum mitte & destilla; dabit tibi spiritum vini, qui potest circulari & rectificari. Si vero nimis igne nimio destillauerit, concipiet empyreuma. Quod si fiat, tessellam panis tostam vel nuceas iuglandes injice, ut empyreuma evanescat. Hic autem panis tostus nulli bruto debet projici, si enim fiat, sine mora moriuntur. Hic spiritus inseruit paralyfi membrorum, ulceribus pulmonum, doloribus colicis, & pesti & si quis equus ex nimio motu & cursu ad extremum usque est defatigatus.

De utilitate olei ex granis vel baccis juniperi destillati.

Oleum ex baccis Juniperi destillatum, & ab omni sua ferositate & sordibus separatam ac rectificatum omnibus aliis oleis facile antecellit, & ea propter ob immensas suas facultates & varias virtutes pro balsamo naturali merito haberi debet, omnes enim carnositates, venas, nervos, & ossa penetrat, quæcunque vulnera & ulcera ad sanationem disponit, cum vino calido aut fusculo calido mane & vesperi sumptum, à natura ipsa ad omnibus corporis partibus opitulandum ordinatur, hominemque in omnibus aduersitatibus sanum & incolumem conseruat.

Primo vero omnium ex paralyfi vel obstructione affluxionum incuruata, contracta, emortuaque membra restituit, immunditiam & fœditatem cutis emendat, ulcera & maculas nigras tibiæradicæ, gangras, fistulas, spasimum, intumescencias, ulcera

inveterata, tremores artuum, doloresque laterum & lumborum sanat, in loco calido locis affectis optime illitum, & cum vino, jusculo vel aq. aliqua appropriata assumptum.

Secundo omnibus etiam venenis & pestilentiae ipsi restitit, apostematata maligna ulcera, hepatis, lienis & pulmonum sanat, eaque sine vlllo detrimento hominis emollit & consumit, modo antea dicto usurpatum.

Tertio, hujus olei ℥j. in vino & aceto calido per triduum continuum mane sumptus sudorem anglicum sustitit, vel semper post dosim quamlibet tribus vel quatuor horis in lecto calido est sudandum, hoc ego in personis innumeris probavi, qui omnes tertio die sunt sanitati restituti.

Quarto, quibus ventriculus ex immunditie pituitosa, quae non potest digeri, sed sursum in caput evaporat, debilitatur, indeque catarrhi, ex catarrhis angustia pectoris, lassitudo crurum, intumescencia & dolor pedum manuumque incidunt, eaque ipsa membra tandem contrahuntur vel nimiam remittuntur, ij maximopere hoc ol. juvantur, assumptis nimirum hujus olei gutt. 6. in vino calido mane & vesperi, ad dies quinque continuando & exterius ventriculum hoc oleo prope ig. inungendo. Intus & extra etiam admodum phlegmata adhaerentia emollit, appetitum ciborum & potus amissum restituit & concoctionem restaurat.

Quinto. Si quis contracta habet membra, hujus ol. gut. sumat 6. vel 8. in vin. cal. & partes affectas eodem calido inungat, refrigeratum enim & tabescentem medullam, calorem nativum ejusdem modum naturalem membris ipsis restituit.

Sexto. Hoc oleum cum aq. vel vino juxta differentiam

rentiam morbi sumptum omnes febres radicitus expellit, renes & vesicam mundificat, calculum confringit & ad exitum praeparat, dysenteriam quoque & ventris intumescenciam mirifice corrigit.

Septimo. Quisquis in ventre habet lumbricos, mane stomacho ieiuno de hoc oleo bibat, moriuntur illico. Cum aqua artemisiae vel cichorii sumptum dolores colicos & matricis sedat.

Octavo. Huius olei ℥j. cum vino calido stomacho ieiuno sumptus commendatur contra podagram, si adhuc sit recens, & non nodosa. Omnes enim superfuitates cholericas, phlegmaticas & melancholicas, ex quibus hi dolores exorti solent, consumit, oportet autem sumpto oleo tres vel quatuor horas ieiunare.

Nono. Contra dolores colicos, spongiam ad magnitudinem nucis iuglandis in hoc oleo intinge calidè umbilico applica & desuper cucurbitulam vel corticam nucis satis capacem impone. Expellit enim dolores, qui ex frigida & lenta pituita exorti sunt.

Decimo. Si cui urina est obstructa, sumat hujus olei guttulas 6. cum vino calido, idque per dies quatuor vel quinque mane & vesperi, promovetur urina absque vlllo dolore.

Vndecimo. Hoc ipso modo usurpatum immodicum menstruorum fluxum feliciter, quam vlllum aliud medicamentum restringit.

Duodecimo. Aliquoties taliter ebibitum sedat dolores stranguriae & confert etiam ad alios affectus vesicae, & calculum praecipue.

DE MIRIS FACULTATIBVS ET

Virtutibus olei ex ligno iuniperi destillato.

Prima, commendatur ad dolores dentium, denti

eroso & dolenti appositum & gingivis illitum.

II. Maribus colico dolore laborantibus & mulieribus contra suffocationem vteri dantur ejus guttulæ 6.8. vel 10. in vino calido vel iusculo carnis, juuat sine ulla mora.

III. Bruta, quæ in artubus male habent, prope ignem hoc oleo vnguntur & fricantur.

IV. Si quis homo vel brutam animal cibos malignos vel venenum aliquod inguigrauit, ei hoc oleum infundatur, expellit illud sine dubio: & omnes humiditates noxias consumit.

V. Medetur Epilepsiæ & Paralyti, toti spinæ dorsif in loco calido inunctum: & sanat etiam scabiem cuti adhaerentem.

VI. Amissum etiam auditum restituit, ad guttulas tres vel quatuor cum bombace auribus impostum & læpius repetitum.

VII. Si quis ex sexu masculino stranguria est affectus, hujus olei guttulas aliquot sumat cum vino calido vel iusculo, & testiculos simul eo inungat. Quomodo etiam fœminæ illud possunt vsurpare & muliebria inungere.

VIII. Quibus manus vel pedes vel alia corporis membra frigore sunt correpta, hoc oleo in loco calido multoties inungantur, restituantur illico quod eodem modo etiam fiat in brutis.

IX. Qui doloribus colicis ex frigore vel calore nimio aut podagra sunt affecti hujus olei quantum cortex nucis capere potest, quinque diebus continuis mane sumant cum duplici pondere vini calidi.

X. Si quod brutum vel homo lumbricis est obfectus, huic tribus vicibus tantundem, ut modo dictum est, cum duplici mensura vini infundatur, vermes enim

enim occidit. Hoc modo etiam vsurpatur contra stranguriam.

XI. Si quibus caput scabie est infectum, eis totum caput per integrum triduum cum lixivio forti abluatur, ut crustæ scabiei eo melius emolliantur & abstergantur, deinde radices capillorum evellantur, tandemque loca affecta hoc oleo diligenter in loco calido inungantur, ita enim scabies hujusmodi radicitus curatur.

XII. Manibus pedibusque contracti quinque diebus continuis hujus olei quantum cortex nucis juglandis capere potest, stomacho cum duplici vini pondere hauriant, Commendatur etiam quam maxime contra febrem quartanam & elephantiasin ipsam.

XIII. Confert non minus ad dolores capitis, ex frigiditate vel frigidis catarrhis obortos; capiti, temporibus & nuchæ inunctum, & per novem dies quotidie ad guttulas sex vel octo epotum. Ante omnia vero ad icteritiam & hydropem mirifice commendatur.

XIV. Epilepticis caput, utraque tempora, nucha, spatium inter axillas, cor & brachia hoc ipso oleo diligenter inungantur, & guttulæ octo vel decem per novem dies continuos infundantur: abigit omnes ægri tudines, quæ ex frigore proveniunt.

DE ALIA OLEI ET SPIRITUS

Iuniperi præparatione.

Baccarum Iuniperi quantum vis, contundatur, vase injiciatur, aqua frigida superfundatur, quatuor vel quinque septimanas ita relinquantur, & quovsq̃ue non amplius fermentet, quotidie misceatur, tandemque ut supra destilletur.

Aqua, cum baccæ jam contusæ sunt, ita frigida

affundatur, per biduum & triduum dimittitur, dein de exprimitur, filtratur, in electuarii formam concoquitur. & cum facibus, ut dictum fuit, proceditur: habebis oleum vel spiritum.

DE AQUA BACCARUM

Iuniperi.

Optima harum Baccarum destillatio fit in principio mensis. Septembris, & ad eam eliguntur baccæ nigrae & maturæ, quæ contunduntur & destillantur. Hujus aquæ ℥ j. mane, ante prandium, & vespere pota dolores renum & vesicæ mitigat, purificat item renes, & vesicam, promovet urinam & retardantes menses, expellit partum mortuum & quæcunque venena, ad ℥jss̄ hausta.

Conducit etiam hæc aqua ad omnes morbos articulares, quando membra & articuli quovis mane, meridie & vespere ea conficiantur.

DE OLEO LIGNI

Corylorum.

Ex ligno Corylosum, cum probe est exiccatum, ut sapius dixi, oleum destillatur. Extergit & mundificat ulcera antiqua & vulnera sordida ex fundamento, eaque perbelle sanat, cum linamentis impositum.

Hujus olei D. Eucharius dabat guttulas quatuor cum jusculo lentium vel vino infantulis contra lumbricos. Estque expeditum certissimum, adultioribus vero in majori pondere exhibetur.

DE OLEO HERACLIO ET

ejusdem spiritum.

Baculorum sive virgultorum ligni Corylorum quantum vis in loco calido exiccantur, cum affecti fuerint, in tessellas scindantur, in alembico sicili destillentur, spiritus primo igne lento abstractur,

hatur, ad quem sequitur oleum: quod à spiritu est separandum; commendatur ad dolores dentium & epilepsiam.

DE VIRTUTIBVS OLEI

baccarum Lauri.

Conducit hoc oleum ad dolores hepatis hemispliam, nimiam frigiditatem stomachi & colicam intestini jejuni. Item contra dolores uteri. nervorum & omnium interiorum ex frigiditate provenientes; contra arthritim frigidam & alios hujus generis affectus: contra passionem iliacam & colicam, lethargiam, frigiditatem capitis, quotidianas & tertianas intermittentes febres, toti spinæ dorsii ante paroxysmum inunctum: habet enim vim recalcificandi & emolliendi; & si cui ligamenta sunt exiccata & consumpta, præstantissimum erit medicamentum, si loca affecta eo inungantur.

DE OLEO HYOSCYAMI.

Gangræna hoc oleum mirifice opitulatur, pannum nimum ex lana in eo intincti & loco affecto applicati. Confert etiam omnibus locis inflammatis, ad ichorem articularum & erysipelas.

OLEA EX GUMMIS FERE

omnia sequenti modo

preparantur.

Mastiche, Myrrha & quodquod gummi aliud destillare cupis, primo subtilissime pulverifetur, in spiritu vini rectificato per triduum in balneo, ita, ut spiritus transversos duos digitos supernatet, infundatur, cum vinum colorem ipsius gummi extraxerit, separetur, aliusque spiritus affundatur, iterum in infusione per triduum usque dum coloratum videris, relinquatur, idque quoad spir. absque colore remanserit, repetatur: Tunc spiritum colore

tinctum & per intervalla effusum per B. destilla liquori extillato silices injicæ, ex arena destilla, sequetur oleum, quod rectificatum pulchrum colorem & laporem acquirit. Aut

Gummi alicujus & sacchari candi partes æquales cum silicibus pulverizatis in arena primum igne lento, postea fortiori, gradus scilicet tertij, destilla, ne empyreuma acquirat, & phlegma immixtum abstrahæ, remanebit oleum, quod emplastris ad puncturas utilissimè admiscetur,

Quidam gummi in spiritu vini infundunt, cum vase bene obturato in cineres collocant, & in vesica destillant: olea odorifera, ut *benzoin, styrax* &c. in spiritu vini per fæces semel destillato debent infundi.

DE ALIO OLEO SUCCINI vel Mastiches.

Horum gummi, quodcumque vis ℥ ℥ j, arena albissima, & pure ℥ ℥, salis pulverisati M. invicem bene mixta, exiccata & retortæ indita cum capella in arenam collocentur & destillentur: recipienti vero mensuram unam aquæ frigidæ infunde, ut oleum destillans ei innatet, & utque dum spiritus, qui est quasi fumus albus, incipiat egredi, convenienti igne regatur, quem per tres, quatuor vel quinque horas continuo calore conserva: quo facto aquam & oleum in aliud destillatorium infunde, bene obturatum in balneum tam profunde colloca, ne materiæ inditæ exterius conspiciantur, & ita destilla, & cum aqua incipit ebullire, extillabit oleum clarum & pellucidum, quod reserva.

Residuum cum arena misce, & in retorta destilla, sequetur oleum rubrum, rubini instar & pellucidum, quod separatim reserva: Hoc excepto

ignem

ignem virge, habebis oleum crassum balsamicum, extra corpus vsurpandum.

Hoc eodem modo etiam oleum mastiches potest destillari: in quo opere destillatoria fictilia subtus & supra arena debent esse cooperta, & aqua semper recipienti infusa, ut spiritus in illam incidant & ei innatent.

DE OLEO SUCCINI ALBI.

Succinum album oportet prius vino veteri infundere, & in cella vinatia ad altitudinem viri sepelire, arena circumcirca & superius cooperire, ibique ad sex menses usque relinquere, quo enim diutius commelius. Quo tempore elapso in retorta destilletur, vsurpatur hoc oleum intra & extra corpus ad morbum caducum, Apoplexiam & ad dolores colicos, umbilico illitum.

DE OLEO CAMPHORÆ.

Camphoræ tantum olei Amygdalarum, ut tres digitos transversos supernatet, affunde, per octo dies in eo resolve, quo facto ad altitudinem trium digitorum transversorum alium spiritum vini rectificatum affunde, per aliud octiduum ita relinque, deinde à Camphoræ abstrahe & destilla. Vel,

Ouorum quotquot vis ad duritiem coquantur, vitella eximantur, æqualis portio camphoræ addatur, hæc mixta contendantur, deinde in mortario agitentur, destillatio vitreo cum alembico cæco injiciantur, in B. collocentur, coquantur, postea inde exempta sacco ex panno è lana injiciatur, dum adhuc calent, exprimantur, extillabit oleum, cui affundatur spiritus vini, ut oleum supernatet. Vel,

℥ Camphoræ q.v. pulverisetur, vitro injiciatur, pani calido è furno modo extracto imponatur, panis que ita calidus obstruatur, & habebis oleum.

Ⓒ

DE OLEIS
DE OPTIMO MODO OLEVM.

*Camphoræ ad usum Medicum
destillandi.*

℞ Camphoræ subtilissimæ pulv. ℥ijß. huic spiritus Tercebinthinæ vel oleum Amygdalarum dulc. ℥ij lente affundè, ad spissitudinem pultis commisce, tandem sal. absinth. ℥ijß adjice, iterum diligenter misce: hoc probe factò, in retorta, primum igne lento, deinde fortiori usque dum egrediatur spiritus, & Camphora instar butyri cum multis albis spiritibus compareat, destilla. In fine autem recipiens, quem oportet esse paruum, amoveatur, ne destillata empyreuma concipiant. Hoc peractò ignis ita regatur, ut sal Absinthij in retorta à fœtore sufficienter repurgetur & simul calcinetur. Huic sali oleum primo destillatum affunde, diligenter commisce, & in alia retorta oleum per destillationem, abstrahè; sed uero iterum calcinetur & ita à fœtore repurgetur, & hæc omnia etiam tertia vice repetantur. Tandem in hoc adhuc butyroso oleo fragmenta regulæ ignitæ ollæ apertæ injecta extinguantur, olla vero statim post infusum super regulas oleum optime cooperiatur: & ultimo omnium ita per retortam igne lento destilletur, sequetur oleum clarum, cui si phlegmatis aliquid adhuc fuerit admixtum, debito modo separatur.

DE OLEIS EX GVMMIS.

Gummi, ut *masliche, succinum*, uel alia primum subtilissimè puluerisata in retorta ita, ut tertia pars repleatur, igne lento destilla, recipientis appositi tertiæ capacitatis partem aqua adimple, usque dum spiritus transierint, lentè destilla, hoc factò, ignem urge, omnibus per destillationem extractis oleum ab aqua separa, & aqua frigida affusâ rectificata.

Sj

CHYMICE DESTILLATIS.

Si lubet, aqua lauendulæ lauetur, vel in rectificatione aqua pulegij vel majoranæ affundatur, pergratum enim hoc modo saporem acquirit.

DE VIRTVTIBVS OLEI
Succini Flavi.

Hoc oleum admodum est proficuum contra Apoplexiam, quam maximè præcauet, qualibet septimana semel ad tres vel quatuor guttulas usurpatum. Ioannis Hutteri conjunx Apoplexia corripiebatur, et atque quasi in agone sine omni sensu & motu, maritus hoc oleo fricabat linguam, infundebatque ejus guttulas aliquot, & eodem inungebat pulsus: unde illico restituebatur.

Lipsiæ hujus olei ℥ß venditur integro floreno, & ex ℥ß j, succini ℥ij vel ℥ijß olei eliciuntur

Ejus olei guttulæ tres cum aqua anisi vel jusculæ carnis sumptæ mœnstrua alba cohibent, partum confortant, sputum sanguinis sistunt, tussimque mitigant & phthisi simul etiam conueniunt aliquoties nempe usurpatæ.

Olei succini flavi & Caryophyllorum ana guttula quatuor, mixtæ, cum bombace exceptæ & in orbiculo gestæ sæpiusque odoratæ catarrhos capitis sistunt, aëremque malignum, præsertim Pestis tempore emendant.

Olei succini & cumini ana guttulæ sex cum aqua feniculi potæ, promouent partum, siue sit viuus, siue mortuus, auertunt strangulatum uteri interius sumptæ & umbilico inunctæ.

Quicumque dolores artuum vel alibi persenserit, hoc oleo inungat, sanabitur.

Oleum hoc, quod per refrigerationem vel descensum destillatur, ad omnes calidas intumescencias commendatur, eas enim citissime absumit, om-

omnium vero optimum est, quod turbidum & nondum rectificatum. Resistit etiam Apoplexiæ & Epilepsiæ, spasmo, & uteri suffocationi.

DE VSV ET VTILITATE

Olei Mastice.

Conducit hoc oleum non solum ad calorem capitis, sed etiam ad eisdem frigiditatem, item ad commotionem cerebri & delirium, in quo casu sæpissime est comprobatum, superfluum & præternaturalem rubedinem faciei & reliquæ universæ cutis emendat; surditatem visusque debilitatem corrigit, amissum olfactum, & simul etiam memoriam restituit: meatus narium ad cerebrum usque refert: scorbutum, putredinem oris, lapsum uvulæ, hæmorrhagiam gingivarum, exulcerationem linguæ, ranulam & catarrhos suffocantes curat, nimiam magnitudinem mammillarum muliebrium præcavet, doloribusque spinæ dorsæ, tuberculis ani, intestini recti & matricis prolapsui convenit, & hepatis Apostemata, fissuras & alia ejusdem incommoda sanat.

DE FACVLTA TIBVS OLEI

Myrrha.

Oleum Myrrhæ peculiarem habet vim cerebrum & ventriculum frigidum roborandi, & concoctionem iuvandi: itaque in omnibus hujusmodi morbis commodè datur. Promouet quinetiam secessum & oclusos ventris flatus, corrigit tenesimum, & angustiam pectoris, iuvat expectorationem, & conciliat bonum anhelitum: inde convenit pulmone & hepate: resistit omni putredini, prodest lethargicis, colicæ puerorum, pellit vermes, sistitque menses nimium fluentes.

DE OLEO TERE BINTHINÆ

& Resinarum.

Terebinthi-

Terebinthinam pellucidam in retorta lento igne destilla, habebis primo oleum album, ad quod sequitur flavum, ultimo rubrum, quod fortiori igne erit extrahendum, hæc olea, vnumquodque separatim reserva: rubrum oleum est balsamus, qui in arena vel alio modo potest rectificari. Ut autem subtilissimum reddatur ego ad terebinthinæ libram quamlibet sumo spiritus vini octavam partem. Aut,

Terebinthinæ quantum liberit affusa aqua fontana in retortam injicio & in balneo destillo: exit spiritus sive oleum album una cum aqua: si nihil amplius de oleo albo sequitur & simul etiam omnis aqua exit, in cin. quod residuum est, lente destilla; & quando oleum flavum sufficienter exierit, ignem urge, sequetur balsamus spissus emplastris ad puncturas valde proficiuus.

DE HVIVS OLEI VSV

& virtute.

Cui vrina est obstructa, sumat hujus olei guttulas 4. vel 5. in aqua petroselini vel cichorij, iuvabitur illico. Conducit etiam ad dolores dorsæ & lumborum ex frigiditate vel obstructione provenientes: ut & ad calculum ipsum, sæpissime nempe usurpatum.

Contra mictionem sanguinis & omnes catarrhos frigidos multoties est probatum; mortificat etiam omnes dolores ex frigore provenientes, membris affectis inunctum.

DE ALTERO OLEO.

Hoc oleum est valde calidum, & propterea cum summa cautela usurpandum: omnibus contabescensibus membris mirabiliter convenit. Ut ad dolores yagos articulorum, si eo inungantur: omnibus id-

circo unguentis contra contabescentiam utilissime immiscetur.

Bistorta, flores hypericon, chelidonia & flores centaurij in hoc oleo infusa & aliquandiu in Sole relictæ faciunt oleum rubrum, quod saluberrimum est balsamus vulnerarius ad vlcera frigida tumefacta; ea enim citissime ex fundamento sanat.

Nota: Balsamus lucidus Terebinthinæ in vino haustus mirum in modum confert lithiasi.

AD CANCRVM ET

Fistulas.

℞ Ol. antimoniij guttul. 19. olei succini guttul. 6. cum cera & oleo oliuar. fiat unguentum.

AD DEBILITATEM NERVORVM & Paralyfin.

℞ Ol. succin. ʒ ij, ol. mastich ʒ ij, ol. ex granis Iuniperi ʒʒ. M. & partes affectas in balneo inunge.

AD SPASMVVM:

℞ Ol. succin. ʒ ij, ol. lupi pisc. ʒ ij, ol. c. c. ʒʒ. M. & utere, vt dictum.

AD PARTVM MORTVVM EXPELLEN-
dum mundificandum, & sterilita-
tem corrigendam.

℞ Ol. succin. & mac. an. guttul. iij. ol. sem. verben. Misce, & cum aqua lilior. exhibe.

AD DOLORES MATRICIS,

℞ Ol. succin. gut. v. ol. castor. & aneth an. gutt. iij. Misce, & cum aqua Melissa exhibe.

AD PVRGANDVM CAPVT.

℞ Ol. succin. & maior. an. gutt. iij. ol. fenic. gut. v. Misce, & cum aqua Endivia mane utere.

OLEA EX LIGNIS OMNIA.

sequenti modo destillantur.

℞ Lign. juniper. subtiliter. incis. part. 4. salis cal-
cin.

cin. part. 1. diligenter misceatur, in retorta vitrea igne libero primum lento, deinde fortissimo destilletur, & postea in B. rectificetur: exhibit cum aqua oleum pulchrum, quod per infundibulum separa. Oleum pellucidum est, oleum genuinum ex ligno Iuniperino: quod residuum est, cum arena commisce & deinde destilla, habebis oleum balsamicum extra corpus uturpandum. Et ita proceditur cum omnibus lignis; ut ligno Guajaco, salaftras, ramaricis & china.

BALSAMVS ARTIFICIALIS.

℞ Terebinth. communis lb iij, terebinth. Veneta lb j, styrac. liquidæ lb ij benzoin, styrac. calamit. caryophyllor. cinnamom. nuc. mosch an. ʒ ij, myrrh. elect. pro 4. bacen. lign. aloës ʒ j, spica indic. pro 3, bacen. pyrethri. mastic. thuris, calami arom. an. ʒ j. vini sublimati Mens. j. Zedoæ. succin. cirin. galban. serapini an. ʒ ij, sol. Ment. M. iij. ol. laurini lbʒ, Misc. & destilla sicut scis.

DE VIRTVTIBVS HVIVS BALSAMI.

Conducit hic balsamus ad calculum, obstructiones mensium, contractiones artuum & ad omnia vulnera sananda. Balsamus fuscus crura refrigerata restituit, iis nempe inunctus. Thomasius multos impotentia & contractura artuum laborantes hoc ipso balsamo restituit.

DE ALIO BALSAMO.

℞ Myrrh. Elect. ʒ vij. mastic. ʒ viij. aloës hepar. ʒ xvij, sal. commun. lb j. Mixta & contusa per retortam lento igne diligentissime destilla. Hujus guttula una gemmis est pretiosior: præsertim infantibus, contra lumbricos ventri inunctus; sanat etiam recentia vulnera, in quibus ossa non sunt læsa, idque spatio 24. horarum.

DE OLEO AD CONVULSIONES.

℞ Terebinth. pelluc. ℔. i. ol. comm. ℥ x. thur. myrrh. sarcocoll. mastic. croci. cyclam. equiset. rub. uinct. an. ʒj. lumbr. terrestr. ʒ iij. hæc omnia super igne lento in sartagine ex orichalco optime misceantur, deinde per retortam destillantur, & cum nihil amplius extillat, oleum ab aqua separetur.

Est hoc oleum mirabile ad spasmodum & paralyfin, tam in vulneribus, quam contusionibus & huiusmodi affectus alios.

DE BALSAMO HYPERICONIS

& ejus utilitate,

Hic Balsamus est præsentaneum remedium & optimum auxilium ad omnia vulnera, puncturas sine ictus, tubercula, intumescencias, apostemata, doloresque dentium & oculorum, & sine nausea contra omnes dolores internos, interius etiam usurpatur potest, ideo pro singulari Dei dono merito habendus.

In mense Junio, Julio & Augusto, quando nempe hæc planta floret, ejus florum, antequam exierint, totum triduum ante novilunium, & præsertim luna existente in capricorno, ariete & virgine, ante solis ortum duas vel tres libras collige, ab omnibus filamentis mundifica, tantum vini boni Rhenani, ut manum transversam supernaret, in olla affunde, olla vero sit intus & extra vitreata, nec floribus & vino usque ad summum plena, operculo similiter vitreato tege, cum albumine oui, calce viva & farina triticea æquis partibus mixtis diligenter occlude: hoc facto olla ita cum operculo occlusa per octiduum usque dum exiccata fuerit, seponatur, postea in leberem aqua plenum collocetur, ut possit per horas septem vel octo ebullire: quo facto inde exime,

post-

postquam refrigerata fuerit operculum amove, flores injectos cum vino in sacculum infunde, quantum potes exprime, expressum vitro infunde, & tandem, usque dum balsamus nobilis supernatet, dimitte hunc diligenter separa & collige, quovsque nihil amplius innatare videris. Quidquid autem non oleum, sed sæculentum & immundum fuerit, ad antiqua & putrida ulcera potest usurpari. Antequam vero ollam, ut dictum est, occludas, addere oportet *Terebinthine ℔. olei olivarum ℔. j.*, & *croci ad pondus unius oboli*, & tantum uniuscujusque ad Mens. j. vini: si vero plus vini & florum sumptis, etiam reliquorum pondus erit augendum. In obstructione vero ollæ lintea vetusta conscindantur, ejusque fragmentis cum massa prius dicta oblinitis superior pars ollæ cum operculo uniatur & etiam exterius iidem obducatur.

HUIUS BALSAMI USUS.

Cum uti hoc Balsamo volueris, cochleare parvum in promptu habeas, cui parvum hujus balsami cum bombace infunde, & super candela cerea calefactum vulneribus punctim vel cæsim factis, applica, & per octiduum, ut bombax vulneri adhæreat, ibidem relinque: hoc facto in posterum quotidie mane & vespere hujus balsami calide vulneribus aliquid adinove: si vero Gossypium maturius à vulnere abstergatur, de novo in cochleari calefacito & ut antea procedito, quovsque gossypium adhæreat: vulnus autem nullo modo madescias, si sanationem absque ulceratione promovere cupis.

Applicandus etiam est calide hic balsamus erosis dentibus & intumescencibus gingivis.

Quomodo ex omnibus rebus adiposis & pinguis oleum destillari possit.

DE OLEIS
DE OLEO CERÆ.

Ceræ quantum vis ad ignem liqueat, cum farina laterum quantum necesse fuerit admisceatur: cum aliquantulum inspissatum fuerit, cum spatula ferrea diligenter commoveatur, hoc facto tabulam ligneam farina laterum consperge, ceram secundum longitudinem super eam ducito, cum frige factum fuerit, in frustula ut in retortam ingredi possint, conscindito; capellæ arenæ injicito, capellæ etiam partem superiorem arena cooperito, operculum adaptato, illud vero prope rostrum retortæ abscondito, ut aqua effluere possit, recipientem cum spiraculo applicato & igne lento destilla. Cum omne oleum jam transiit, & refrigeratum fuerit, tum diam retortam elige; farinam lateris convenienter injice, oleum prius calefactum affunde, diligenter misce, & ut antea modo tertio destilla. Oleum, quod ita destillat, ad omnis generis vulnera & ulcera sananda vix habet simile. Quod si clarius & omnis fortoris experts habere cupis, primo aqua rectificata & in cinere destilla, habebis oleum pulcherrimum & lucidissimum una cum aqua, quod cum vino purificetur & rectificetur: erit hoc modo multo præstantius, & ad magnatum usum asservandum. Memini cujusdam, cui globo bombardico manus erat perforata & septem diebus cutabatur, ardorem enim pulveris hujusmodi mirifice corrigi.

Alia præparatio.

℞ Cere flavæ part. j. ossis usti vel arenæ part. 3. hæc grosso modo incisa & pulverisata in velica per arenam destilla, & postea cum aq. rectificata, sequetur oleum pulchrum auroi coloris. Vel,

℞ Alumin. plumosi & cera partes æquales, oleum, quod per destillationem ex illis sequitur, cum duplici pondere

CHYMICE DESTILLATIS. 43
pondere aq. affusæ rectificata, extillabunt simul, tandemque separa.

DE VIRIBUS OLEI CERÆ.

Præstantissimum est hoc oleum ad emollienda ulcera, siquidem celeberrime penetrat, emollit & resolvit, & in correctione cicatricum & macularum omnia alia antecedit, si modo postquam vulnera & ulcera jam sanata fuerint, usurpetur. Mitigat quinetiam dolores podagricos & arthriticos cum summa omnium admiratione, & omnis generis vulnera & ulcera sanat.

Hoc oleum ex cera recenti per alembicum destillatum sanat fissuras labiorum & pupillarum mulierum, illis illinitum, nec infantulos a suctione impedit, illico enim illas sanat, doloremque mitigat.

Intumescentiæ hoc oleo inunctæ sine mora evanescent: Contra dolores colicos umbilicus hoc oleo inungitur & calide contegitur.

Hujus olei guttæ 6. cum aqua card. ben. sumptæ doloribus laterum medentur. Membra ex podagra incurvata & contracta hoc oleo restituntur. Si cui ventriculas intumuerit, hujus olei guttas tres vel quatuor in jusculo sumat, & ventriculum eodem inungat: hoc modo inunctum membra frige facta calefacit. Mulieres, quibus mammillæ intumescunt aut exulcerantur, hoc oleum cum oleo amygdalarum dulc. mixtum mammillis applicent, ad ulcera vero ad modum balsami usurpent, ultimo etiam ipsas hernias pudendorum perbelle sanat, mane & vespere inunctum & ligatura applicata.

DE OLEO CASTORII.

Castorei subtilissime incisi quantum vis in spiritum vini rectificatum infunde, per duos vel tres dies

(quanto enim diutius , tanto melius) digere : & vinum in B. evaporetur , hoc enim factò oleum remanet , si vero castoreum in copia haberi potest , post dictam destillationem relictum oleum lateribus ignitis potest affundi , & per retortam undique cooperatam lente destillari.

*DE OLEO AXUNGIAE VEL
sevi Cervini.*

Est mitigatium Theophrasti contra Podagram. Axungia siue sebum cervinum quantum calidum haberi potest (quanto enim calidius , tanto melius) per retortam in cinere igne lento , usque dum phlegma exierit , destilletur , cum extillare cessat , ignis augetur , alius recipiens adapteatur , alteraque aqua excipiat , cum colorem mutare incipit , ab opera desiste , ut possit refrigerari , recipientem cum arena obducito , & igni fortiori destilla , cum nihil amplius extillat , recipientem amove , & fortissimo igne urge , ita enim proprium ejus sal in quantitate non mediocri sursum reverberat , hoc refrigeratum collige , & in vitro mundo optime obturato ad necessitatem reserva : membra enim podagrica , semel vel bis post balneum hoc oleo inuncta , emolliuntur. dolores resolvuntur & materia per secessum evacuat.

*DE OLEO EX SANGUINE
Cervino.*

Hoc oleum Podagram ipsam per alvum expellit. Sanguinem vero cerui ita per se per retortam destilla , cum phlegma extillavit , & guttulæ incipiunt fieri fusæ , & oleum effluere , alium recipientem adapta : & quovsque nihil amplius de oleo sequitur , destilla durante destillatione grumi salis retortæ adhaerent , hoc igitur cum oleo absterge , rectifica & utrumque ad usum reserva.

DE

*℞ Mell. ℔ ij. vitriol. calcin. ℔ j. spirit. vini recli-
℔ fragmentor. later. ℔ j,* in alembico destilletur , primo lente , quovsque phlegma veniat , deinde , ut spiritus sequatur , igni fortiore : alembicus autem debet habere rostrum breve ; siquidem spiritus ad 20. usque horas cum hoc oleo extillant , quo membra podagrica cum penna columbina alba debent inungi.

Maximum etiam praestat auxilium aqua fungorum esculentorum ad podagram & atrophiam membrorum , si eadem conficentur.

*DE OLEO CAVSTICO , QUOD
omnia tubercula , scrophulas , verrucas
& alia hujusmodi sine dolore
aperit.*

*℞ Ol. philosophor. opt. ℔ ℔ , thur. alb. op. mastic.
gumm. arabic. terebinth. an. ℥ ij,* omnia simul contundantur & misceantur , per alembicum destillentur , cum ℔ v. cineris quercini misceantur , iterum per alembicum destillentur , ad usum reservetur , & locus affectus sepius inungatur.

*DE OLEO FISTULAS MORTIFI-
cante & verrucas , eradicante.*

*℞ Calc. vii. ℥ ij, Euphorb. ℥ j. optimo confusa cum
℔ ol. philosophor. vel ol. benedicti commisce & per
alembicum destilla : habebis oleum praestantissimum ,
quo admiranda efficere potes.*

*DE OLEO , SPIRITU ET SALE,
ungulae alcis.*

Ungulas alcis optime mundatas & pulchras in taleolas subtiles conscinde , & in retorta Waldburgica optima igne aperto destilla : prima hora exhibit parum aquæ flavæ vel phlegma : cum vero ignem

fortificaveris, oleum subsequetur flavum; quo viso ignem adhuc magis urge, quovsque retorta plane ignita fuerit, tunc enim effluet baltamus fuscus, qui in recipiente aquæ innatat, ut & sal volatilis, qui vitri parietibus interioribus adhæret. Destillatione finita, omnia ex recipiente exime, in minori alembico vitreo injice & per arenam destilla, exhibit primo spiritus, postea oleum, tandem vero sal in superiori parte alembici sublimatur: spiritum per tritorium ab oleo separa: habebis oleum ad epilepsiam accommodatissimum: cujus sal & spiritus ad multa utilissima possunt usurpari.

DE EXPERIMENTO EX CRANIO humano contra morbum caducum.

Calvariam hominis è patibulo suspensi, aut rotæ impositi contritam destilla, & aquam emanantem bis rectificata, hoc peracto \mathcal{L} Essent. pectar. $\mathcal{Z}\beta$, rad. paon. castor. an. \mathcal{Z} j. musci, meliss. anacard. an. \mathcal{D} j. aq. pradi. \mathcal{Z} i. hæc inuicem misce, & ægro in principio paroxysmi cochlear j. hujus mixturæ exhibe, effectum admirandum videbis. Vel,

Calvariam hominis non sepulti, sed violenta morte delecti conterere, in arena per resortam destilla, aquam rursus super fæces affunde, & secunda vice destilla, & aquam per B. rectifica.

\mathcal{L} Hujus aquæ \mathcal{Z} iij. castor. \mathcal{z} j. spec. diamosch. dulc. \mathcal{z} ij. mell. anacardin. $\mathcal{Z}\beta$. hæc inuicem mixta iterum destilla aq. huic succi perlar \mathcal{D} ij, ol. viriol. gutto v. & ol. anisi. gutt. x. adde, & de hac mixtura epilepsia laboranti cochlear. j. per novem dies continuos jejuno exhibe.

CHYMICE DESTILLATIS. 47
DE OLEO SANGUINIS HUMANI
contra morbum caducum.

Sanguinis humani per venæ sectionem emissi sufficienti quantitati spiritum vini affunde, ita simul per mensem integrum fino equino ad putrificandum committe, postea per cineres destilla transcendet oleum cum aqua: spiritum vini cum phlegmate per balneum abstrahe, quod reliquum est, in retorta per cineres novem vicibus rectifica, habebis balsamum vel oleum perpulchrum coloris aurei: de quo epileptico quotidie \mathcal{D} j. cum aq. pæoniæ dies triginta continuos exhibe, idque præcipue in novilunio faciendum & per totum annum continuandum.

DE BALSAMO SANGUINIS
Humani.

\mathcal{L} Sang. humani sani \mathcal{Z} vj, alcool. vini \mathcal{Z} j. post digestionem bis destilla, iterum pone in digestionem vent. eq. per medium mensem, donec aqua genuina appareat, superior alba, inferior aurea, quæ separata ab altera ad morbum caducum optima est. Auxiliatur etiam omnibus affectibus ex calore vel frigore exortis, quamcunque complexionem debilem restituit, morbos cerebri, memoriæ & spirituum emendat, venenum à corde propellit; pectus amplificat, morbus pulmonum abigit, omnes grossos humores absque ullo nocimento extrahit, sanguinem purificat, omnia alia medicamenta in hoc ipso superat; fluxus ventris quoscunque & dolores renum sistit, bilem venenatam corrigit, sperma & sanguinem auget, venas nervosque aperit, eorumque affectus sanat. Conducit etiam ad Apoplexiam, Epilepsiam, Vertiginem, & continuum dolorem capitis in electuario appropriato sumptus; amissam loquelam restituit, & si quis esset seminorruus & absque

omni sermone. cum acyissime revocat, in spiritu vini nempe sumptus: redit quamprimum ad seipsum & loquitur sine ulla hæsitacione & delirio, ut ipsemet in illustri quodam Comite sum expertus, qui cum esset quasi in agone, hoc balsamo fuit restitutus, loquelam amissam recepit & testamentum constituit.

Senes si de hoc quotidie paululum sumpserint cum admiratione quasi rejuvenescunt: cor enim eorumdem ita exhilarat, subipsis juvenes esse videantur, omnes vires restaurat, hominemque usque ad mortem in sanitate conservat. Qui morbum huic vel illum timet, per integrum triduum de hac aqua bibat, morbum sine dubio avertet.

Si cui ligamenta cum duritie intendantur & retrahantur, sanguinem humanum septies destillet & nervos vel ligamenta hac aq. conficitur.

Vel sanguis humanus in vitro optime obturato in terram vel fimum equinum per dies novem vel diutius sepeliatur, ac postea per alembicum destilletur, extillabit primum aqua, deinde oleum, quo nervos in loco calido inunge,

DE SPIRITU SANGUINIS

Humani.

Sanguinem hominis sani in vesica vitrea per arenam primum ig. lento, quovsque serositas exierit, deinde usque quo nihil amplius de fumo conspiciatur fortiori destilla, quicquid effluerit per chartam griseum filtratur, ut ol. nigrum ac færidum separari possit: aq. flava duplicem materiam, aquosam nempe vel phlegmaticam & spirituosam cum sale volatillissimo in se continet, quæ per B. à se inuicem sunt separandæ: nam sicut spir. vini, ita pars spirituosam in alembico ascendit & portio phlegmatica relinquatur, spir. vero à phlegmate miro modo cognoscitur.

si namque gottul. aliquot spir. vitr. salis vel aq. fortis huic sp. addideris, statim cum fragore bullulæ aliquot ascendunt, quæ in phlegmate non inveniuntur. Qui hoc spir. recte uti didicit, gloriari potest, se arcannum magnum contra Epilepsiam, Apoplexiam, Asthma & alios hujusmodi affectus habere.

DE AQUA SANITATIS.

℞ Sanguinis pueri sani à serositate repurgati ℞j, succor. fl. chelid. anthos. bugloss. borrag. mellis albi opt. an ℞iis commixtus adde Zinzib. nuc. moschar. caryoph. cub. mast. galang. card. oran. parad. baccar. juniper. cinnam. an. ℞j xyloal. ℞ss. mosc. ℞j. ambr. 3℞. hæc subtilissime pulveriscentur & reliquis commisceantur, per octiduum in olla cooperta sub terram fodiantur, deinde destillentur, & elementum quodlibet, nempe aq. aer. ig. separatim excipiantur. Aq. hæc confortat hominem, & ab omnibus morbis liberat, cujus virtutes non satis possunt commendari.

DE CURA EPILEPSIÆ REGI

Ferdinando à Theophrasto

præstita.

Cæsarea Sua Majestas sumat sphæram microcosmi, eam ad carbones ardentes in retorta usque ad separationem serositatis destillet; hanc iterum affundat & per destillationem abstrahat, idque tertia vice repetat, aquam vero, quæ auro ipso pretiosior, afferret. Præterea ex radice & foliis Pæoniæ aquam destillet, terram ejus residuam in cineres comburat, & salem ipsius per aquam ejus propriam extrahat, habet hic sal virtutes maxime admitandas. Hoc facto, & si Sua Majestas homini, qui viginti, vel plures annos epilepsia laboravit, subvenire cupit, prædictæ aqua uncias, sex, castor. rec. spec. diamosc. dulc. an. ℞j. mell. ℞ij. & anacard. 3℞. immisceat, iterum per B

destillet, huic destillato adhuc *margarit. preparat.*
gr.xx.ol.vitt.gutt.v.ol.anisi.gutt.x.adsciat, & hujus
 anixturæ homini jam epilepsia correpto cochlear
 unum infundat, idque ad novem dies continuet,
 semper jejuno stomacho & tres horas hoc sumpto à
 cibo abstineat: curabitur ex fundamento. Suam ve-
 ro Majestatem submisit rogo, ne cuiquam revelet.

DE GENUINA ET OPTIMA

preparatione olei ex spiritu vini.

Spir. vini veteris fortissimi in cinere, uti scis, quo-
 usque pannum vel linteum incendat, destilla, deinde
 destillationem in B. quinquies repete, ab omnibus
 destillationibus quartam partem in vitro relinque, il-
 la enim ad hoc opus est inutilis: & hoc modo spiri-
 tus vini ad summam perfectionem est paratus. Hunc
 igitur in pellicano in Balneum tandiu, usque dum
 oleum cæruleum in vitro compareat & se ab alio se-
 pararet, quod 8. vel 9. hebdomadis circiter fieri con-
 suevit, dimitte, hoc facto phlegma ab oleo lente ef-
 funde, oleum in cineribus per alembicum destilla;
 & ita erit rite paratum, habebitque jucundissimum
 saporem, qui in mundo reperiri potest.

DE AQUA VITÆ SEU AURO potabili.

Si quis cupit præparare aquam vitæ, qua sanitatem
 hominis ad multos annos conservare morbosque
 expellere possit, quod sane est arcanum divinum ar-
 canorum philosophorum omnium præstantissimum,
 cui nulla medicina, quantacunque fuerit, comparari
 potest: Ille hanc aquam vitæ rectificet, & à lapide
 rubro, qui perfectissimus est, separet: in hac etiam
 aqua lapidem igne lento solvat. Et sane dico tibi,
 quod cum in aquam solvere potens sit, quæ aqua
 colore erit auro similis, pellucida & clara; & ita
 habebis

habebis pulchram & nunquam satis laudatam
 aquam vitæ, quam mastice obturatam diligenter re-
 serva, & hæc aqua nominatur Aurum potabile, quod
 Chymici quærent. Hoc aurum potabile Hermes,
 omnium Chymicorum primus invenit: conservat
 sanitatem, expellit omnes morbos, & etiam ipsam
 lepram, retardat senectutem & sperma augmentat.
 Ceteræ ejus virtutes, quæ sunt innumeræ, non pos-
 sunt describi; eas ipsemet pro tua prudentia inquire-
 re poteris.

Nota. Ex spiritu vini optimi destillati quintam
 essentiam, ut nosti, extrahe, mediam videlicet pri-
 mo partem, quod relictum fuerit, adde, quod vero
 transiit, secundo per alembicum abstrahe, ut tertia
 pars relinquatur. Essentia vero extillata in cinere
 calido per 24. horas continuo ascendet; hoc enim
 modo figitur, ut cælum. Si vero plures dies ita
 ascenderit, & cognoscere cupis, an rite sit paratum,
 foramen, quod albumine ovi & charta fuit obstru-
 ctum, aperi, per quod si odor nobilis & valde gratus
 juxta ejus nempe herbas & simplicia, exierit, tunc
 præparatio erit perfecta. Si vero talem odorem non
 habuerit, scias, essentiam illam adhuc continere
 empyreuma, itaque diutius erit circulanda quo-
 usque nullam acredinem in ore exuscitet, omnem
 amaritudinem ad ignem amiserit, ejusque terra in
 fundo remanserit & se à subtilitate separaverit, hoc
 enim modo erit perfecte præparata. Multa tibi ar-
 cana hic revelavi ad Gloriam Domini nostri Iesu
 Christi.

DE MODO OPTIMUM VINI

Spirium preparandi.

*Flores Spicæ nardi in facibus digerantur, deinde
 facces destillentur: habebis spiritum præstantissimum;*

Jucundissimi saporis. His etiam lavendulam siccam immiscere potes.

DE AQUA, QUÆ OMNIUM
herbarum & radicum vires
extrahit.

Rorem majalem destilla, hic subtilius & jucundius aquam extrahit, quam aqua vitæ ipsa, & sanguinem etiam purget.

DE OPTIMA AQUA
Rosarum.

℞ Galang. ℥j. caryophyll. ℥ij. cinnam. ℥℞. medio-crietier incidantur aqua rosar. optima, quartæ vini infundantur & in Sole circulentur. Aqua hæc confortat cor, abigit lipothymiam, acuit intellectum, & ideo quovis pretio major est habenda.

De modo ex omnibus herbis efficacissimas aquas destillandi: & quomodo ex qualibet sine omni additamento fortissimum acetum comparari possit.

Herba vel flores, utpote rosæ primum conscindantur, deinde in mortario contundantur, succus exprimat, filtratur, & ad medium usque destilletur, quod extillaverit, bona erit & valde efficax aqua: quod in vase remansit, in vitrum peculiare filtratur, & bene obturatum per hebdomadas aliquas insoleatur: convertitur enim hoc modo in optimum acetum.

DE SPIRITU EPILEPTICO.

℞ Summitat. hypericon. anagallid. ruta. rad. pcon. visc. querc. theriac. ana ℥ij, vel ij. ℞, quart. vel ℔ ij. ℞ vini affunde. per dies aliquot in locum calidum collecta: per pannum colato essentia viriol. ℔ j. calvar. human. optime pulverisata ℥ij, opii optime prepar. ℞. camphor. ℞℞; adde & cum per mensem integrum in bafimo equino steterit, per spiritum per destillationem abstraha.

abstraha. Habebis ad Epilepsiam spiritum accomodatissimum ad guttulas 20. 30. 40. 50. vel 60. cum aqua ceraforum nigrorum, florum cilia vel alia hujusmodi uturpandum.

AQUA EPILEPTICA LANGII.

℞ Flor. lil. convul. M. viij. super infundatur Mens. vini Creici vel muscatell. aut alias generosi, in coctent per dies 8. deinde organis vitreis in B. repente destillentur. Mox ℞ Cinnam. ℥vi, nuc. mosc. ℞℞. piper. long. ℥ij flor. lavend. ℥j. fl. rorismar. flor. Sæchad. an. ℞℞. cubebar. ℥ij, visc. querc. rad. pæonia. rad. diellam. nostrat ana ℞℞ omnia crassiuscule contriuarurus in vino superiori per octo dies loco apico macerentur & postea ut supra destillentur.

DE AQUA CONTRA VENENA

Lethalia & Pestem.

℞ Antid. Mathiol. contra venena lethalia syrup. de corticib. citri ana ℔ j. ag. vitæ optima in vireis organis destillata ℔℞, Misce in vitro optime clauso per mensem, donec totum dissolvatur; bis tamen in hebdomade agitando. Exacto denique mense claram aquam aureo colore nitentem electuario supernatare invenies, & quæ jam omnem illius vim in se contraxerit. Tanta hæc aqua virtute pollet, quod millics expertus sum, ut à quatuor drachmarum pondere potavel per se vel cum pari odorati vini quantitate, vel cujusunque aquæ cordialis, ubi quis ictus vel demortus à quocunque venenato animali in tanto mortis discrimine versaretur, ut loquelam, visum & reliquos fere sensus omnes amisisset, agrum ingenti altantium admiratione à profundo veluti somno excitet, quin & vomitione plurimum infectorum humorum copiam exhaurit. Valet etiam contra venena per os assumpta & pestem ipsam. Matthiolus.

DE OLEIS
DE AQUA VITÆ CONTRA

Colicam, si cui ventriculus premitur
vel ascendit.

℞ Passular. ℥ j. cinnam. ℥ ss. caryophyllor. ℥ ij. Galang. ℥ j. rhabarb. ℥ j. misce quartam partem mensuræ spiritus vini semel à facibus destillati, affunde & in loco aprico vel hypocausto calido per tres vel quatuor septimanas relinque hujus aquæ cochleare unum vel alterum usurpetur & stomachus pulvinari calido contegatur.

DE SPIRITU CONTRA
Colicam.

℞ Sem. anis fœnic cumini carui, ana ℥ iv. flor. chamom. Man. ij. per aliquot dies in spiritu vini infundantur, postea per B. M. destillentur, destillato Man. j. petroselin. concisi injiciantur, mixtura cum julepo rosato dulcoretur & per chartam griseam filtretur: habebis aquam admodum jucundam contra flatum, colicam & ascensum stomachi.

DE AQUA VITÆ MULIERUM

admodum præstanti &
efficaci.

℞ Cinnam. nuc. mosc. mac. zinzib. grano. paradisi. cubeb. card. ℥ ij. pip. long. ℥ ij. galang. ℥ ss. omnia tenuissime incisa injiciantur in vitrum trib. mensuris optimi vini. per tres septimanas infundantur, quotidie agitentur, quo tempore elapso, vinum effundatur, aromata subtilissime contendantur, vinum rursus affundatur. salvia, mentha crispæ & fœniculi tenuissime incisorum ana M. j. & totidem salis rosti adjiciantur, ita ulterius per diem infundantur, tandemque destilletur. Et si vinum hoc modo fuerit extillatum, tunc utere, ut sequitur. Si mulier habet uterum refrigeratum, vel in eo colluvium sanguinis vel massæ corruptæ,

corruptæ, vel molem in dies crescentem, per aliquot menses quotidie mane & vesperi de co bibat, uterum enim egregiè recalefacit & corroborat: qui uterus hoc modo corroboratus omnem immunditiam ex seipso expellit, sterilitatem corrigit & robur conciliat.

DE SPIRITU SEU AQUA
vitæ stomachali.

℞ Zinzib. alb. ℥ iv. nuc. mosc. mac. zedoar. gal. caryophyll. ana ℥ j. omnia mediocriter incisa trib. quartis spiritus vini aliquot diebus infundantur, deinde in B. M. destillentur, spiritus destillatus cum ℥ x. syr. cydon. & ℥ ij. santal. subtilissime incisi misceatur. & per chartam griseam filtretur. Habebis sp. stomachalem egregium.

DE AQUA STOMACHALI.

℞ Fol. card. ben. meliss. rorismar. menth. salvia; bugloss. & borrag. putrescant in vino albo, deinde destillentur, & cinnam. galang. caryophyll. nuc. mosch. ac. mac. an. ℥ j. adjiciantur.

DE ALIA AQUA STOMACHALI:

Vini mensuris sed ad remanentiam mensuræ unius & dimidiæ destillati adde salvia ℥ ss. caryophyll. cinnam. mac. & granor. paradisi. ana ℥ j. per dies 14. infundantur, & postea hujus vini mane & vesperi cochleate j. sumatur: stomacho enim valde est proficua hæc aqua & per omnia membra penetrat.

DE AQUIS DESTILLATIS, ET
primo de aqua Fragorum.

Fraga matura in vitrum injice, cum ibidem putruerint, destilla. Hæc aq. habet vim peculiarem & abditam etiam lepram ipsam sanandi cum essentia vini temperata, ventriculum corroborat, omnia venena à corpore expellit: obstructionem menstruum

referat, humores urentes corrigit, & maculas oleorum abstergit. Melancholici hac aqua se sæpius debent ablueri.

DE AQUA PANIS.

Micas panis siliginæ è fornace modo extracti & adhuc calidi in patinam injice, nuces moscharas 8, vel 9. minut. incisas statim antequam, mica fiat tepida, adde, 4. mensuras vini rubri affunde, cum alia patina optime contege, & postquam per 24. hor. ita steterit, per alemb. destilla, & ut aliam aq. in vitro reserva. Hujus aquæ cochlearia duo contra dysenteriam cruentam & albam cum summa utilitate antepastum exhibentur ut & contra evomitionem frequentem ætate constantium & puerorum; his vero non ultra cochlear unum; in ea etiam linteum licet imbuere & natibus admove. Si qui mulieri menses nimium & longius fluunt, hujus aquæ mane & vesperti cochleate unum usurper.

Aliqui huic aquam destillatæ ꝑ. *sal. recentis*, colij ultra hanc etiam *rutæ, bacc. lauri ana ꝑ. j.*, *castor. ꝑ. j.*, *pomique citrini ad magnitudinem nucis adiiciunt.*

DE FLORE COELI.

Hic flos Mensæ Majæ circa Pentecostem temporeque nocturno instar mucoris narium in prata incidit: idque trepidanter & quasi in circulo, hæc aqualente destillata, (alias enim nimis cito ascendit) est corrosivum dulce: omnes dolores cum admiratione fedat, ulcera quocunque rebellia curat & sanationi obedientia reddit, cum emplastris ad puncturas mixta in cancro & fistulis est valde admirabilis cum pannis laneis applicata, vermemque interficit.

Helvetius quidam ex eo fecit pulverem album & cum ejus granis 2. vel 3. susebat omnes dolores internos intensissimos, eoque ut exterius in ulceribus,

ita etiam intra corpus summa; felicitate vrebatur.

AD PUTREFACTIONEM HEPATIS & Pulmonum.

Anisum & pulmo vitulinus destilletur, hujusque aquæ per novem dies continuos quotidie bis qualibet vice ꝑ. j. bibatur.

DE AQUA PURGANTE.

ꝑ. *Flor. persicor. scammon. turbeib. ana in B. destillentur* & aqua in vase vitreo asseruetur: hæc modice admodum soluit.

DE AQUA VALDE CELEBRI AD omnis generis lumbricos expellendos,

ꝑ. *Sem. sand. ꝑ. viij. scob. c. c. ꝑ. ij. persic. exiccator. ꝑ. j. aloës hepatis. ꝑ. B. his omnibus mixtis grosso modo contusis, & vase vitreo injectis affundatur aquar. tenacet. rutæ. fol. persic. & absint. ana quart. j. ꝑ. vel ꝑ. 24. per iridium in B. putrescant, deinde tribus vicibus destillentur semperque aqua facibus iterum affundatur, habebis aquam ad vermes enecandos & exturbandos valde proficuum & sapissime probatam. Dosis ejus in homine adulto est ad ꝑ. j. vel ꝑ. ij. ꝑ. in junioribus ad ꝑ. j. in infantibus vero ad ꝑ. j. vel ꝑ. vj. vel ꝑ. j. juxta eorum ætatem.*

DE AQUA CONTRA SVFFOCATIONEM Vteri.

ꝑ. *Fol. meliss. ꝑ. ij. rutæ. salvia nobilis ana ꝑ. iiij. plantos ꝑ. j. caryophyll. cinnam. an. ꝑ. j. ruc. mosc. ꝑ. B. mac. ꝑ. j. a. lauendul. ꝑ. B. hæc omnia grosso modo incisa in cantharo vino albo optimo pleno per 14. dies tempore æstivo insolentur, deinde destillentur.*

Si quis hac aqua vti cupit, prius fragmentum camphoræ ad magnitudinem pisi cum candela cerea incendit, in haustulum hujus aquæ immergat, &

deinde ebibat, lentisque instar *ziberhi* umbilico inungat.

DE AQUA CONTRA PHTISIN.

Limaces, Nicotiana vinumque bonum, uti notum est, destillentur: hujus aquæ cochleare j. menses pellit.

DE ALIA AQUA CONTRA Phtisim.

Cordis vitelli nigri quantum vis minutissime concindantur, & destilletur, de aqua hac phtisicus frequentissime bibat, restituetur sine dubio.

DE AQUA CONTRA CONTRACTURAS & impotentiam arrium.

Si quis ex colica in cruribus brachijisque paralyticus factus fuerit, hæc aqua auxilio divino potest restitui.

℞ *Salvia hortens. & sylvestr. diptamn. alb. bryon. fol. & flor. lavend. an. Mj. castor. recent. ℥ iij.* hæc omnia in mensur. j℔ vini boni in olla vitreata beneque occlusa ebulliant, & deinde destillentur.

Qui doloribus colicis sunt affecti hujus aq. mane cochlearia duo, duabus hor. ante pastum. & totidem vesperi duabus horis post cœnam usurpent; sine omni dubio restituentur.

Si vero dolores fuerint immensi, dosin prædictam augeant, provt dolor requirer, Perutilis etiam ad catarrhos & apoplexiam.

DE OLEO EXCRETIONEM alui promovente.

Mirabile hoc oleum sine omni periculo purgat. ℞ *Aloës hepat. ℔ j. myrrh. ℥ v.* viraque cribrata in alembico lento igne destillentur, & oleum reservetur. Quo si uti voles ventriculum eo inungas cumque linteis calefactis contegas: vel si perfectiorem operationem

sem desideras, loco linteorum spongiam in oleo intingas & applices. Est sane medicamentum Principe dignum.

EXPERIMENTVM AD CONFORTANDVM COITVM.

Hoc medicamentum illustris Julius Comes Solmenis Ioanni Schenckio communicavit tanquam certissimum. ℞ *Fol. sabin. quantum vis, per alemb. destillentur, aq. facibus reassundatur & altera vice destilletur, vesperi cubitum iturus bibe. Cast. irium & testes vulpinos fume. fiantque inde cum ol. cinnam. & sacchar. tabula.* de quibus sumat vesperi: etiam emortua genitalia revocare dicitur.

DE AQUA CONTRA Pestem.

Nuces juglandes circa festum Ioannis collectas centum cum corticibus & omnibus contunde, sol. scabios. verb. solani & semper vivi ana Mj. adde, acetum affunde, ita commixta concoque, non tamen diutius per noctem ita stare permittit & postea per alemb. destilla, de hac aqua æger cochleare vnum ebibat & sudori se accommodet.

DE SPIRITV URINÆ.

Urina pueri sani bibentisque vinum in recipiente optime obturato per 2. menses putrificetur, deinde per chartam triplicem, quæ ol. sit imbuta, destilletur. postea rectificetur, fiet sp. ig. omnis factoris expert. Inferuit hic sp. ad omnes obstructions interitorum membrorum, utpote hepatis, lienis, hypochondriorum, venularum, flavam & nigram icteritiam, & cachexiam.

DE OLEO EX LVTO.

Theophrasti.

Calculorum hominis & salis nitri æquale pondus

igne aperto per 8. dies, quovsque flauitatem acquirat, calcinetur; spir. vini vsque dum tincturam nullam amplius receperit, affundatur, spir. hoc pacto rursus abstrahatur & pulvis in vase restans in vase puro in loco humido collocetur: ibi enim in oleum seu liquorem liquefcit, quod maximum est secretum ad calculum & sabulum renibus & vtericibus impa-ctum.

DE POTV CONTRA CALCVLVM

Renum & Vesicae.

Oleum cantharidum in cochleari j, succi petrolelini vel vini prunorum sylvestrium sumptum ad hunc affectum maxime conducit.

DE SPERNIOLA ET EIVS.

efficacia.

Sperniola triid. dieb. ante nouilunium vel mense Martio in signo aliquo balsamico colligi & primo exiccari, vel tandiu suspendi debet, ut aqua ejus omnis de ea fluat. hoc facto in cinere destilletur. Sanguinem egregie sistit ardoremque februm & aliorum morborum mitigat, & cruta oedematosa sanat.

Hæc aqua cum phlegmate vitrioli mixta multum confert ambusta, inflammationes ac cet, doloresque compescit.

De modo ex aromatibus herbis, floribus, seminibus, radicibus, & aliis hujusmodi simplicibus essentiam extrahendi.

Primo sal tartari in crucibulo ad ignem tandiu incandescat, ut prope colorem cæruleum acquirat; hujus salis ℥ part. j. spiritus vini part. 4. impone balneo Mar. quovsque spiritus vini ruborem acquirat; hoc facto materiam, cujus essentiam extrahere cupis, in fragmenta instar pisorum contunde, spirit. vi-

ni tartarifatam prius dictum affunde, & in cinere per octiduum relinque, hoc enim modo quod optimum in ea est, extrahitur: hoc lente separatim filtretur, spiritus vini per destillationem abstrahatur, quovsque materia in fundo relinquatur. Ita etiam ex omnibus seminibus, lignis, croco, & reliquis rebus similibus essentia extrahi potest: & ad hunc modum etiam gummi, resina & alia, ut *mastiche, thus pinguia* & arida cum spiritu vini tartarifato soluntur, pene ad olea resoluuntur, extrahuntur & acuantur vel extracta ex iisdem perficiuntur ad commodiorem nempe usum, quam omnia alia medicamenta.

Herbæ autem, flores, radices, semina & quæcunque alia, ex quibus essentiam extrahere cupis, prius in aëre sunt exiccanda, antequam spiritus vini tartarifatus affundatur, ubi spiritus vini etiam suam vim non amittit, sed etiam in posterum potest vsurpari.

Licet etiam aquam ex illis herbis vel floribus per balneum abstrahere, postea spiritum vini affundere & essentiam, vt dictum fuit, extrahere.

Quod si ex iisdem rebus ex quibus essentiam jam fuit extracta etiam salem extrahere desideras, quod reliquum est, in cineres comburatur, & aqua affundatur, tunc enim sal extrahitur, quod prope ignem bene concoquatur, iterum solvatur, filtretur, & coaguletur, habebis salem pulcherrimum & candidissimum.

DE LIQVORE EX HERBIS.

Absinthium tenuissime incisum in vino vel aqua per 8. vel 14. dies infunde, hoc vino vel aqua effusa aliam affunde, iterum per 14. dies ita relinque; extractiones collige, & aquam in cinere destilla, ita enim liquor in fundo remanet, quem diligenter reserua.

DE OLEIS
DE EXTRACTIONE

Aloës.

Fit hæc extractio cum spiritu vini, uti scis vsque ad spissitudinem mellis, ex qua formantur pilulæ, quarum \mathfrak{D} vsque ad \mathfrak{D} iij vel \mathfrak{z} cum nebula madida obvolutarum singulis sept. sumptæ stomachum & intestina ab omni pituita & bile abstergant. Earundem scrupuli vnus quarta pars vel \mathfrak{D} inmediate ante cœnam sumptus, blande operantur, idque sine omni detrimento, ab earum vsu frequentiore homines raræ texturæ & macilentiores debent abstinere.

DE LIQVORE ELLEBORI

nigri extracto.

Radices Ellebori nigri optime exiccatae ita integræ vel incisæ in vesica cuprea vino albo repleta infundantur; igne lento coquantur & extrahantur; cum frigefactæ fuerint, vsque ad liquorem, tenuem vel spissum evaporentur.

Liquor hic catarrhos capitis mirabiliter euacuat, ad x. vel xij. guttulas cum vino vel jusculo prunorum dulcium sumptus, vtilissimus autem est in febribus, hydrope, phitisi hepatica & constipationibus quibuscunque, si quis per 8. vel etiam quatuordecim dies constipatus fuerit, hoc liquore vtatur, & spe sua non frustrabitur.

DE ALIA EXTRACTIONE

Ellebori nigri.

Rad. Elleb. nigri ab immunditie probe purgentur, vino abluantur, contendantur, in alembico vitro luto optime obducto & ocluso, & lebeti aq. pleno impositæ cum duabus mensuris vini rubri per totum diem coquantur: deinde per linteum & præsertim postrema fortiter exprimatur: hoc peracto iterum man. rad. infusarum cum manip. ros. rubi. & \mathfrak{z} ca-
ryoph.

CHYMICE DESTILLATIS. 63

ryoph. in colatura materiarum affunde, diligenter misce, in alembico per 24. horas digere, quartam mensuræ partem vini rubri & tantundem spiritus vini affunde, iterum per octiduum digere, succum fortiter exprime & reserua: hujus tandem fæces calcinentur, & sal, ut nosti extrahatur.

Ex hac aqua destillata igne lento essentiam; ut cum vino fieri solet, per B. extrahe, ut quinta essentia odorem & acrimoniam acquirat, phlegma vero, quod primo egreditur, amove.

Hæc extractio omnes phlegmaticos in temperatam restituit, sanguinem & vires naturales corroborat. Hæc enim herba & ejus radix omnia alia simplicia antecellit, hominisque sanitatem optime conservat. Hujus extracti vel salis \mathfrak{z} cum \mathfrak{z} quintæ essentia antea extractæ dissoluta & mane post primum somnum, aut vesperi ante cubitum vsque ad annum sexagesimum ætatis, postea vero in quatuordecim diebus semel iterum vsque ad 120. annum, iisque elapsis usque ad finem vitæ quavis hebdomade vsurpata, vitam mitum in modum producit. Senibus vigorem adeo restituit, ut iuvenescere videantur; dentes ab erosione præservat; humorum destillantium abundantiam consumit. In summa ejus vis & effi cacia non satis potest commendari nec describi.

DE CVRA HYDROPI IN

Junioribus & Adultioribus.

Cum spiritu vini ex radice Ellebori albi fiat extractum, ejusque ægro mane & vesperi \mathfrak{D} portigatur, colocynthidem & sophiam Theophrasti (sunt radices colchici simul extrahe, ut & Sabinam: habebis curam certissimam hydtopis personarum juniorum: si vero fuerint adulti, & ultra 50. annos, Elleborus niger pro albo eligatur.

DE EXTRACTO RHABARBARI.

℞ *Rhabarb. elect.* ℥iij *spirit. tartari lib. j.* quatuor in B. infundantur, postea igni vehementi, quotque fere nihil de Rhabarbaro sequatur, concoquantur, hoc facto ab igne amoveatur, refrigeretur & exsicquetur, huic expresso adde *syr. è florib. persicor.* ℥ij, iterum ad convenientem spissitudinem ebulliant, & reserventur.

Spiritus autem tartari, antequam Rhabarbarum infunditur ita admiscetur: ℞ *cinnam. elect. & leuiter confusi* ℥ viij, *rosar. odoratiss.* ℥ ℔ macerentur in cucurbita, per diem & noctem in B. postea destillantur refrigerato subinde alembico.

Syrupus vero ex floribus persic. fiat ex 7. vel 9. infusionibus, ut syrupus rosarum solutivus.

Inter cetera vero obstructiones hepatis & lienis hoc extractum in primis, aperit, bilemque flavam evacuat: datur infantibus ad ℥ ij ℔, seniorib. ℥ j, ætatis mediæ ℥vj.

DE EXTRACTO CATHOLICO
purgante.

℞ *Troc. alhand.* ℥ j, *turbeth. alb. & gumm. scammon. opt. rad. Elleb. nigr. spec. diarrhod. abbat. ana* ℥ ℔, *aloës hepat.* ℥ j, *Misce. F. extractum*, ut artis est. Dosis per se à ℥ j. ad ℥ ij.

In extrahendo vero hoc in primis est observandum, ut simplicia jvicem & simul. extrahantur: ut pote in hac extractione trochisci alhandal, scammonia & aloë, turbethum vero, Elleborus & spec. diarrhod. abbat. quælibet per se.

DE CATHOLICO PARACELSI.

℞ *Troc. alhand.* ℥ vj, *agar. diagrid. Elleb. nigr. spec. diarrh. abbat. ad* ℥ ℔, *aloës Elect.* ℥ j *Misc. F. extractio sec. art.* Dosis robustissimis ℥ j, robustis gr. xvj. me.

xvj. mediocribus gr. xij. infirmioribus gr. viij, pueris gr. vj. infantibus gr. ij vel ℥ j ℔.

DE EXTRACTIONE NEPENTHES
sive laudani opii vera & perfecta
descriptio.

Primo omnium bona quantitas radicis hyoscyami albi sole & luna in signo libræ concurrentibus, quod fit in Septemb. in ipsa hora plenilunij colligatur, à sabulo adhærente mundetur, in aëre à superflua humiditate in loco umbroso exsicquetur, cum radix flaccida fuerit, mediocriter incidatur vel contundatur, cucurbitæ spatiosæ immittatur, ad altitudinem manus transversæ aqua fontana affundatur, alembicus cæcus superponatur, rimæ cum farina & charta madida ocludantur, in B. vel lebetæ per diem integrum ebulliant: cum refrigerata fuerint, aqua effundatur, & si aliquid adhuc in radice persentis, iterum, ut antea, cum aqua coquatur, idque toties repetatur, vsque dum radix omnibus vitibus privetur, & aqua affusa non amplius coloretur: Aquas per vices effusas in vitrum vnum collige, in B. ebulliente vsque ad remanentiam succi spissi instar gummi extrahere. Et hujus succi ℥ j cum spiritu vini de novo extrahere. Spiritus autem vini, quod notandum, succum primo non libenter admittit; ea propter in principio cum cochleari ligneo diligenter sunt commiscenda, quotvsque succus dissoluatur.

Hoc facto per aliquot dies, optime quotvsque succus fiat rubicundus cooperta in loco calido relinquantur: vitrum tamen quotidie commoveatur, hoc peracto spir. vini in aliud vas lente effundatur: bene oclusus asservetur. Materiæ relictæ spiritus vini, ut duos vel tres transversos superemineat, affundatur, similiter ut antea extrahatur, & quoad

Spiritus colore rubro vel flauo tingitur, repetatur: sp. huc vsque effusus in vitrum vnum colligatur, & ad necessitatem referuetur, relictae autem faeces abijciantur, porto ℥ opij optimi thebaici ℥j. hoc tenuissime confringe & incide spiritum vini in vitro affunde, & ut cum succo hyoscyami fecisti, extrahe, extractionem priori affunde, separatim coopertam: hoc facto mumiae verae ℥ss eodem modo extrahe, & extractum priori affunde. Etiam hoc peracto croci orientalis optimi ℥iij in spiritu vini infunde, colorem ejus omnem hoc ipso spiritu extrahe, & reliquis tribus extractis affunde. Item cum ℥j specierum diambri. similiter procede, spiritum abstractum diligenter reserua, ne odorem amittat. ℞ mosch. gr. x. ambr. gr. iij. cum spiritu vini extrahe, & extractum bene coopertum reserua. Ego vero moschum & ambram non semper extraxi, sed saltem in pulverem redegi.

Iam vero margaritar. oriental. grosso modo contus. ℥j, acetum destillatum ad eminentiam duorum vel trium digit. transversorum affunde, margaritas enim instar aquae fortis in argento dissoluit, cum solutio nulla amplius conspicitur, acetum in aliud vas mundum effundatur, & aliud acetum recens super margaritas fundatur, ut perfectius soluantur, & hoc eo vsque repetatur, quousque acetum in fundo nihil magis dissoluit, & solummodo cortices perlarum relinquuntur: acetum hoc vero per chartam, ut omnis immundities relinquatur filtretur & in pulverem album coaguletur: huic pulveri aqua pluvialis calida affundatur; hac enim pulvis ipse statim dissolvitur, & cum aliquandiu ita steterit, faeces turbidas in fundum dimittit, quae interdum etiam solent innatare; tandem priori modo filtretur, ut faeces sepa-

separentur, in pulverem album coaguletur, in aqua pluviali destillata iterum solvatur, filtretur & quarta vice coaguletur, hoc finito pulveri albo perlarum spiritus vini rectificatus affundatur, & quia hoc modo non tam facile solvitur, ut in aqua, optime commisceantur, postquam per diem integrum ita quiescit, spiritus vini per distillationem rursus abstrahatur, & hoc bis vel ter ita repetatur: habebis magisterium.

Similiter cum ℥j. corallor. pulcherrimorum rubrum procede; ut & cum margaritis, habebis magisterium corallorum, quod separatim reserua.

Præterea sit etiam in promptu oleum aureum vel aurum potabile, vel tinctura auri optima, quae vario quidem modo potest præparari, ego autem cum aqua mellis præparo; Hujus tincturae sumatur ℥ss, præterea ℞ Boni olei macis. & cinnamomi ana ℥j, ol. Caryophyllor. anis. & fœnic. ℞. ol. pellucid. succin. ℥j, corn. unic. veri ℞. oss. de cord. cervi ℥j. hæc tria postrema medic. cura margari. & corall. redigantur pulv. & optime misceantur.

Cum omnia huc vsque dicta in parato fuerint, sume extractiones de radic. hyoscyami, opij, de mumia & croco hæc omnia in cucurbitam vitream infunde, spiritum vini in B. vsque ad remanentiam materis in spissitudine mellis abstrabe; hanc materiam phialæ impone, aut phiala paulatim amota foinaci accommoda, charta nempe coopertam, ne quid incidat, & cum bene exiccata & jam pene arefacta fuerit, lapidi porphyrio impone, cum bona parte extractionis humecta, cum speciebus diambrae optime contere, iterum, ut antea, exicca, humecta, idque toties repete; quo omnis extractio specierum diambrae introjerit, Quo autem id citius perficiatur, mediam

partem harum specierum prius poteris abstrahere, si scilicet pondus earum forte foret nimium.

Cum vero (quod in primis est observandum) materiam primo vis humectare, adde porro pulverem *margaritarum*, *corallorum succini flavi*, *unicornu & ossis de corde cervi*. Cum autem ultimo maderfeceris, tunc tandem oleum aureum vel aurum potabile & reliqua olea affunde: & cum mediocriter spissum fuerit, & tamen cum spatula lignea vel sub lapide commoveri potest, postremo etiam extractiones moschi & ambrae optime commixtas adde, & in vitro vel vase argenteo, optime obturato ne quid exipret, reserva.

Nota. Si haec extrahis, ad suffocationem utri vel alios hujuscemodi affectus muliebres debet usurpari, *moschus & ambra* omittantur, & dosis ejus quilibet cum gr. 4. castorij, ut odor moschi obtundatur, commisceatur.

Ut autem praeparatio laudani citius perficiatur, ego hunc in modum procedo. Quamprimum extractiones hyoscyami, opij, croci & mumiae commiscui & abstraxi, ac mediocriter exiccaui, extractionem specierum diambrae vna vice omnem affundo, invicem commisceo, iterum, non tamen nimium, abstraho, ut nihilominus materia mediocriter spissa in fundo permaneat, tunc pulv. bene invicem mixtos immisceo, iterum ad spissitudinem abstraho, tandem olea, postremoque omnium extractionem moschi & ambrae, aut saltem pulverem eorundem adjicio: hoc enim modo odor moschi & ambrae vel pulvis eorundem evanescit, & simul etiam extractionis specierum diambrae.

Nota. Pro mulieribus hystericis & odorem moschi & ambrae non ferentibus omittenda sunt haec aroma-

aromata: itaque pars diuidia poterit praeparari cum moscho & ambra, & altera sine his. Dosis a gr. ij ad vj. in omnibus doloribus vehementibus, ubi vires ita prosternuntur, ut periculum sit de vita: exhibetur autem vel in forma pilularum, vel in aquis morbo appropriatis dissolutum. In colicis & matricis doloribus saepe sum vsus felicissime; sequente autem die purgans plerumque exhibui. Est contra dyscenteriam experimentum efficacissimum.

De alia descriptione laudani, opij, solis & luna.

℞ Opij opt. ℥vj. extrahatur cum sp. vini. habebis extracti ℥iiij. item *℞* Succirad. hyosc. sole existente in libra vel tauro collecti, exiccaui in vitro, inspissui & cum spir. vini extr. ℥iiij. spec. diamb. & diamosc. etiam cum spir. vini quosque coloratur extract. ana ℥ij. haec extractiones invicem commixtae per mens. integr. digerantur, spir. vini in B. usque ad spissitudinem abstrahatur: hoc facto *℞* Mumiae electa, salis perlar. & corallor. Essent. croci per spi. vini extracta an. ℥vj. terr. sigill. cor. cervi calcinati & ossis de corde cervi subtilissime pulv. an. ℥ij, mosch. & ambr. an. ʒj. (quae duo tamen, & praesertim moschus pro mulierib. possunt omitti) ol. cinn. caryoph. sem. an. succin. major. & nuc. moscat. ana gr. xij. Cum caetera omnia in phiala vitrea bene & ad spissitudinem convenientem sunt commixta, tunc tandem olea antea vera cum spir. vini agnata addantur, alias enim solent innatare.

Hujus extracti dantur gr. ij in omnibus gravibus affectibus, ad febres pestiferas ardentis, ad colicam & dolores, ad menstruos & alios alui fluxus sistendos, ad cohibendum sanguinem, ad somnum suavem & mitem inducendum, & ad epilep. cum spir. vit. & tart. ad manias omnes:

DE OLEIS
DE EXTRACTIONE LIGNI

Aloës.

℞ Ligni Aloës opt. minutim. incisi ac bene combusti. ℥ ij, infunde in spir. vin. rectific. quant. sufficit, adde flor. rosar. rubr. ℥ ij, junctain vase stent. in infusione per aliquot dies. destilla, fortiter exprime & in vase vitreo reserva: deinde iterum ℞ Lign. Aloës ℥ ij, fac. ut supra dictum, & ita fiet tertia vice, in vase vitreo super arenam exicca, & fiat extractio sec. art. Hujus extractionis quantum vis cum saccharo albisimo in aqua dissolue & fiant rotulae.

DE SUCCO RHABARBARI.

℞ Pulp. colocynth. diagrid. ana ℥ ij. agar. albiss & leuiss. ℥ j, rhabarb. cortic. ellob. nigr. fol. sen. ana ℥ β, cinnam. ℥ iij, ros. rubr. mastic. lign. aloës, myrrh. rubr. cortic. rad. asar. spice nard. styrac. liquid. an. ℥ j. ℥ ij, puluerisanda puluerisentur, in cucurbita capaci spiriui vini infundantur, alembico caco contegantur, in calore equali per 14 dies conseruentur, deinde fortiter exprimantur & essentia maxime extrahatur: reliquam in pelum vel tartagineum ex aurichalco funde, cum ℥ ij aloës preparatæ ad spissitudinem coque, in vitro sacchari reserua: & cum nimis spillum facit, aliquid de abstracta essentia affunde. Brit Catholicum sine medicamento vniuersale, cujus dosis ℥ β vel ℥ ℥ ad limum.

SYCCVS RHABARBARI, SEU

massa pilularum de succo Rhabarbari.

℞ Pulp. colocynth. agaric. albiss. ana ℥ j, rhabarb. fol. sen. turb. alb. & gum. stock. arab. cinnam. an. ℥ β. diagrid. ℥ vj, ros. rubr. lign. aloës, myrrh. rubr. mastic. rad. asari, spice nard. styrac. liquid. ana ℥ ij, terenda terantur, omnia in cucurbita ampla cum aqua vice rectifi-

CHYMICE' DESTILLATIS. 71

rectificata alembico caco lecta in calore per 14. dies digerantur. Rhabarbari etiam plus potes sumere secundum tuum arbitrium, ut & aquæ vitæ: hoc facto optime exprimat: essentia maxima abstrahatur, quod reliquum est, in pelui vel tartagine cum ℥ vj aloës preparatæ ad justam spissitudinem coquatur, in vitro asseruetur, & si nimiam spissitudinem acquisierit, cum aliquantulo essentiæ abstractæ miscetur,

DE EXTRACTIONE

Rhabarbari.

℞ Pulp. colocynth. ℥ vj, ℥ ij, turberb. stœchad. an. ℥ j. diagrid. ℥ v. agaric. ℥ β. rhabarb. ℥ ij, cinnam. el. styrac. liquid. ana ℥ iij, asar. spice nard. ros. rubr. mastic. lign. al. ana ℥ j, aloës succotrin. ℥ j β, ℥ ij, cortic. E fseh. nigr. ℥ j, vini maluatici Mens. j. misc. F. infusio, digeratur, exprimat & destilletur sicut quinta essentia. Hujus succi ℥ β vel ℥ j. pro ratione ætatis cum nebula potest vsurpari.

DE PRÆPARATIONE

Aloës.

Vt Aloe de impuriore & grossa sua substantia repurgetur, ejus lib. j. ollæ vitreatæ injice: tantum aceti rosati & aquæ rosatæ, ut aloë per duos transversos digitos contegatur, affunde, (plus tamen aceti debet esse quam aquæ) igne lento ex carbonibus coque, cum spatula continuo vsque dum aloë spissitudinem diacydonij acquirat, commoue & agita, cum refrigerata fuerit, ollæ rursus immitte, acetum rosatum & aquam rosatam recentem affunde, ut supra factum, procede, & cum formam electuarij petierit acquisierit, parinæ infunde, calore mediocri exicca, & ut ad multa vsurpandam reserua.

Esi infusio jam fere satis, & ut dictum fuit, est

cocta; & adhuc humida, tunc ℥iij aloes præparata adijce, cum spatula diligenter misce, & cum incipit ingrossari, ut in massam redigi possit, tunc inde exime: licet etiam ita humidam eximere, in patina ad ignem exiccare, in massam redigere, in pyxide stannea in loco frigido reservare, ex ejus ℥ss pilulas, quotquot volueris, efformare, ejusque mane hora quarta usurpare; habent admirandam efficaciam ad omnia phlegmata, choleram & melancholiam euacuanda, & ad omnes fere morbos conducunt.

DE VSV ET UTILITATE SALIS

Absinthij.

1. Si quis peste aut febre maligna corripitur, ei salis hujus, si fuerit addultus ℥j, si vero puer vel infans, ℥ss cum vino vel aceto porrigatur & sudor in lecto virgeatur.

2. Cum iisdem liquoribus sumptum certissimum est experimentum ad morbum gallicum: quo in morbo potest etiam usurpari cum syrupis & pilulis appropriatis.

3. Corrigit & mundificat etiam corruptum inflammatum sanguinem & in multis est probatum.

4. Hydropicis & Ictericis ad grana tria cum ejus succo vel aqua porrectum omnes malos humores expellit.

5. Est indubitata medicina, si qui veretur, se vel in potu, vel cibo hausisse venenum: adulto ℥j, juniori ℥ss exhibita: omne enim venenum per sudorem, vomitum vel secessum felicissime educit.

6. Hoc eodem modo cum vino, aceto vel aquis destillatis ut centaurij &c. epotum certissimum est medicamentum contra febres tertianas & quartanas, tribus horis ante paroxysmum sumptum & tertio vice repetitum.

7. Si quis semel vel bis in mense intret balneum & hujus medicinæ ante ingressum ℥ss, cum vino vel aceto utitur, ei humores malos magnopere educit, exhilarat, & ab omni infectione tutum reddit,

8. Cui hepar, lien vel pulmo est corruptus vel obstructus, utatur hoc sale, cum admiratione liberabitur, idque sine omni gravamine & læsione.

9. Contra acutas & repentinas lipothymias est præstantissimum medicamentum cum aqua liliorum convallium sumptum, ut & contra colicam cum vino.

10. Ultimo maximum etiam auxilium præstitit multis gravidis, angustiam & dolores hypochondriorum sentientibus; his enim dolores non modo sistit, sed etiam partum faciliat. Et hæc de utilitate salis dicta sunt.

Hepati sunt aqua	}	acetose,
		sciborij,
Doloribus colicis Aqua	}	polygoni,
		fragorum.
Dysenteria Aqua	}	ruæ:
		maluæ,
Aqua conuenientes.	}	fungorum.
		plantaginis,
Affectibus ocalorum	}	sol. quercus,
		graminis manne,
Aqua	}	verbene.
	}	consolide regalis;
		rosarum,
		seniculi,
		ruæ
		Euphrasie,
		Chelidonia

- Faciei Aqua { Lilior. convallium,
Florum fabarum,
Siercoris bubuli,
vel omnium florum,
rosarum cum camphora:
primula veris.
- Lieni Aqua { Lingua cervina,
Tamaricis.
- Contra pestem Aqua { diptamni,
valeriana,
sprunelle,
polygonati.
- Ad strangulatus ueri
Aqua { pulegij,
liliorum alborū,
chamomilla,
sabine.
- Ad tumores praternatu-
rales Aqua { Levistici,
solani,
hyoscyami
semperuiui.
- Ad hydropem Aqua { Calendula,
Ebuli,
Scordij.
- Ad sabulum &
arenulas Renum
Aqua { raphani,
anethi,
plantaginis acuti,
petroselini,
saxifragia,
Evonymi,
valeriana.

DE MEDICAMENTO CONTRA
ulcera corrupta & praesertim
in collo.

℞ Fol polygon. chelydon. scrophular. veronic. ana
℞. in aceto forti digerantur, postea exprimantur,
& percolentur. ℞ Colatur ℞ iij, mell. colat. ℞ vij, cal-
chotaris dulcorati & inspidi ℞ ij, tantundeni de phle-
gmae viir. flor. aris cum aceto destillar. extr actor. &
preparator. ℞ ij. hac ita mixta contemperentur & ad
justam spissitudinem coquantur: quod si angusta &
profunda adhuc foramina habuerit, ad maiorem du-
ritiem coaguletur, ex eaque magdaleoneis formen-
tur, qui si in umbra calefiant, paulatim sese ipsos re-
solvant, & effectum suum praestant.

DE PRÆPARATIONE FLORVM
Arts.

℞ Flor. aris ℞ jβ, subtilissime pulverisatis ℞ ij β
aceti destillari super infunde, per tres dias, usque dum
acuum colorem viridem acquisiverit, ita relinque,
acuum hoc modo coloratum scibus relictis in alem-
bicum vitreum effunde, hoc enim facto viride aris
infundo remanet, coloremque viridem multo pul-
chriorem, quam antea, habebit.

DE CONFECTIONE SALIS
ChrySTALLINI: ex omnis generis
herbis.

Cineres herbae combustae & sulphur. aequali pon-
dere in fornace reverberationis, fornaci figuli im-
posita, non tamen cooperta, comburantur, hoc fa-
cto sal cum aqua destillata extrahatur, filtretur &
evaporet sive abstrahatur, non tamen omnino, sed
tantum phlegmatis remaneat, quod granulationem

DE

impediat, ut vitriolo & sali nitri simile fiat, tum cellæ viniariæ impone, ut in radios quasi abeat.

Sal Absinthij (quod notandum) cum sulphure ita præparatum & ad ℥b. cum ℥iij. aquæ absinthij epotum per vomitum purgat: tal vero imperatorix ad gr. iv. vel v. cum rob. baccarum Juniperi usurpatum omnes febres curat.

DE PRÆPARATIONE

Spiritus Urina.

Urina pueri sani vinumque bibentis in recipiente luto, ut scis, optime ocluso per duos menses putrefacta prius per chartam triplicem oleo inunctam destilletur & deinde rectificetur, evadit spiritus ignis.

Lumbi & alia loca quæcunque dolentia hoc spiritu inuncta illico curantur, ut & circa umbilicum, Conducit etiam ad membra refrigerata, Quicunque ergo membra refrigerata habuerit, ea oleo viniæ perfricat, & usque ad perfectam sanationem emplastro ad puncturas obvoluat. Quod si vero frigus ad cor penetraverit, theriacam cum spiritu vini epotet.

DE OLEO CAMPHORÆ.

A quo ego hanc descriptionem habeo, is Noribergæ ejus olei ℥b. pro 30. florenis pestis tempore vendidit, quotidie in multis probavit, sancteque jurabat, se catenis vinci vitamque ipsam amittere velle, si quis peste correptus hujus olei gutt. 4. vel 5. usurpans non liberetur. Est etiam præservativum contra hunc ipsum morbum mane ad guttam unicam in quocunque liquore sumptum, infervit etiam contra lypothymias, dolores cordis, colicam, vertig. Epilepsiam puerorum. Et commendatur etiam contra inflammationes membr. membro illitum &

ejus

ejus 4. gutt. epotæ & ultimo etiam vuln. insanab. & postul. lividas feliciter curat, præparatur autem hoc modo.

℥ Sal. ex cinere absinth. ℥iij. camphoræ ℥j. ol. amygdal. dulc. ℥iij. hæc inuicem diligenter misceantur, per biduum in calore mediocri relinquuntur, optime oclusa per retortiam destillantur, iterum ℥j. sal. absinth. admisceatur in quantum de pondere amissum fuit, restituantur, oleum rursus affundatur, per triduum, antea, digeratur, & per retortiam luto optime oclusam ut antea destilletur: habebis oleum perfectum & multum efficax.

DE SOLE.

De Oleo Solis.

Aurum per antimonium funde, regulum contere, in sale circulato solue, & usque ad spissitudinem per spiritum vini extrahe & cohoba: tandem cum aqua destillata, vim corrodentem indulcorando separa, & spiritum vini sæpe sæpius abstrahe.

DE AUROVITÆ.

Hoc medicamentum & vomitivum omnia alia superat, infervit enim ad quosvis fere casus desperatos, contra pestem & omnia venena ut & philtrea à mulieribus exhibita, ex quibus philtreis homo ad mortem solet extabescere & ad coitum omnino impotens redditur.

℥ Mercurii purgati ℥iv. B vel ℥v. sol. auri Hungarici subtilissimorum & auri in tenuissimum pulverem linat. ℥b. formetur ex his amalgama, in cucurbitam separacoriã, injice, aquam fortem affunde, Mercurius inde in loco calido omnino solvatur, ut aurum coloris fulci in fundo remaneat, hoc cum aqua aliqua regis ex tartaro facta solve, solutionem Mercurij affunde, aquam fortem per destillationem

abstrahe, usque dum spiritus omnino expellantur; hoc facto desine, & vas refrigerari permittite, inveni pulverem rubicundum in fundo vitri residentem & instat massa collectum, hanc confringe. in lapide porphyrio contere, testæ candenti hujus pulveris ꝑij vel ꝑij cum cochleari ferreo insperge, & cum spatula ferrea diligenter misce; varios videbis colores, quovsq; tandem nigrescat: hoc viso non cessa, sed quovsq; colorem rubrum acquirat, perge, in quo colore imposuisti, cum spatula exagita: & ita etiam cum reliquo pulveris procede, quovsq; omnes colores evanuerint, & color rufus redierit: tunc enim omnes spiritus aquæ fortis per calcinationem sunt expulsi, & mixtura sine detrimento hominis usurpata potest. Hujus pulveris datur constantis ætatis hominibus ad pondus unius nummi, junioribus vero 12. vel 13. annorum medietas in nebula madefacta, ut ea involutus stomachum ingrediatur; nullo enim alio modo ad effectum reduci potest.

DE ALIO SALE VITÆ VEL

Balsamo artificiali.

Ex nummo Hungarico aureo & ꝑij. Mercurij fiat amalgama, iniciatur in vitrum angustum, in Athanore igni lento admoveatur. & cum Mercurius jam ascendit vel ascendere incipit, cum spatula lignea moveatur, & à vitro in fundum abstergatur, & per septimanas sex ita relinquatur. Et cum undique colorem cineritium acquisivit; vitrum effringe, & materiam carbonibus impone, ut Mercurius evaporet: quicquid vero cum auro est unicum, permanet & fit fuscum: hoc ceu maximum thesaurum & secretum infallibile asserua.

Hic sal vitæ inferuit contra Pestem & malignas Febres; omnem malignitatem per vomitum & fecesum

fecesum expellit; nullos malignos humores in corpore immorari vel cumulari permittit, sed eos radicitus evellit: sumitur autem in magnitudine pisi: junioribus hujus ponderis medietas. Convenientius autem est junioribus 10. vel 12. annorum quam infantulis, utpote qui præ imbecillitate vitium vomitum non facile possunt tolerare.

DE OLEO AUREO ET AURO

Porabili.

Sp. vel aq. salis est, quæ aurum in ol. solvit, & rursum ab eo extrahit: hoc ad summum præparatum fit aurum potabile omnium præstantissimum.

DE ALIO OLEO AUREO.

In vitriolo per alembicum destillato & oleo salis aurum solve, tunc oleo vitri. infunde, per alembicum duodecies, & ita tamen destilla, ut in fundo maneat humidum, vel madidum: hoc facto sp. vin. affunde, in cellam vinariam pone, ibidemque relinque, concretescent pulcherrimi crystalli, hos exime, aq. per destillationem abstrahe, quovsq; nulli amplius crystalli compareant & nulla aqua sequatur: calculos seu lapillos in loco calido exicca, in pulverem redige, cum aqua calida ablue, in spiritu vini coagula & solve, iterum digere & per B. destilla, habebis oleum & tincturam auri.

DE ALIO MODO HOC

idem præparandi.

I. Aquam regis solve, postea aquam per B. rursum ita, abstrahe, ut in fundo aliquid humiditatis permaneat, hoc facto refrigerari permittite, spiritum vini rectificatum superfunde & in B. lentissima ab invicem destilla, donec additamentum nullum amplius habeat saporem, inveni butyrum auri in fundo, quo viso iterum spiritum vini affunde, per 14. dies

putrifica, tandemque destilla, habebis oleum aureum genuinum & omnium optimum.

De Aquila præcipitata Theoph.

℞ Auri ℥ j, solvatur in aqua Regis: ℞ iterum reguli Antimonii ℥ j, separatim in aqua regis solve:

℞ Tertio Mercurii purgati ℔ ℔, solvatur iisdem has tres solutiones inuicem misce: non tamen plus aquæ regis est sumendum, quam ad solutiones requiritur: hoc peracto aquam abstrahe ut materia in massam rubram præcipitetur: hanc tenuissime conterere, in aceto dissolve, iterum coagula, in testula ignitam reddito: & aliquoties rectificatam aquam de ea extrahe: habebis præcipitatum perfectum.

Ut aurum sonitum vel fragorem edat instar pulveris bombardici.

Aurum per Antim. transfusum laminetur & à falsis Ammoniaci æquali pondere in aq. regis solvatur: hæc aq. vocatur aq. Cæsaris. Cum aurum est solutum, phlegma usque ad sp. abstrahatur & ol. tart. guttatim affundatur, incipiet statim fragorem edere, quo auditio plus olei tandiu affunde, quousque fragor ille & sonitus cessat, etiamsi plus olei affuderis, nihil peccabis: aqua enim hoc modo recipit colorem sanguineum, aurum vero in fundum descendit: itaque per integrum diem ita quiescat, & quando omne in fundo resedit, tunc aquam lente de eo effunde & cum aqua destillata, donec omnem acrimoniam deposuerit, indulcora, quo perfecto in hypocausto calido & non in capella arena per se ipsum exiccat; nam nisi hoc ita fiat, omnia instar pulveris bombardici conquassabit. Hujus auri parum lapidi impositum & incensum, deorsum ceu tonitru & nunquam sursum verberat: In hoc auro volatili maximum latet secretum: & qui hoc novit, nemini facile communicat.

℞ Olei Antimonii part. iv. olei vitrioli, argenti vivi ana part. ij stent per mensem in arena, postea per retortam in arena destillentur, idque tandiu, quousque omnia transcendunt, hoc facto adde calcis auri ℔, iterum quousque perfecte solvatur, stent in arena, iterum in eadem per retortam destilentur, donec transeant, postea rursus in arena coaguletur, & potro, ut nosti, procedatur.

DE ALIA TINCTURA AURI.

Auri pars j. & argenti partes ij, simul liquefiant, fundantur & laminentur, per aquam fortem separantur & igne lento excandescant, tunc aurum erit paratum; hoc facto ℞ aq. fortis & salis liquescentis an. ℥ viij, ab his aquam regiam destilla: hanc rursus super salem fufum seu liquatum funde & rectifica.

℞ Auri prædict. ℥ j, superfunde ℔ aquæ regis, ponatur in retorta in arenam, usque dum resolvatur, remanebit corpus album, donec nihil flavum extillat, phlegma ab aqua flava destilla, hac à corpore albo edulcorata remanebit liquor rubens; hunc adde primum sulphuri auri quod nondum per alembicum transcendit, vel aquam regis superfunde & per alembicum destilla.

Solutionis flavæ aliquid in vitro primum lento igne destilla, exhibit aqua alba, deinde flava cum guttulis rubris, quæ est sulphur auri, hanc donec alembicus incipit clarescere, urge, alembicum cum candela diligenter observa, quando enim bullæ flavæ apparent, operi est satisfactum, quam primum itaque aqua erit refrigeranda, vitrum exime ac aperti, & aquam puram infunde; quæ aqua cum in totum est rubefacta, illico effundatur, alembicum diligenter absterge, aquam in B. per destillationem abstrahe, remanebit

liquor rubeus, quem ei, qui in alembico transcendit additum, in B. usque ad consumptionem aquæ coagulâ. Hoc peracto liquoris partem unam in vitrum suum iniice, & partem unam aquæ regis recentis affunde; ita enim aurum vitius transcendit, quam antea: hoc destillando quinquies repete, gradabitur sulphur. auri in colorem sanguineum, & fit pinguedine butyro simile.

Notandum.] Aurum autem sale naturæ erit destruendum, cum aqua indulcorandum, & ei auro salis Ammoniaci prius per salem, tart. & sal fusum sublimati ʒijß. adde: hoc enim salem ammoniacum ab immundo corpore repurgat; quo facto sal hic ammoniacus per aurum destructum sublimetur, ita ut vitr. per 2. vel 3. transversos dig. in arena supra, materiam sit dimissum, in vitris nempe fatis altis cum alembico contactis: hoc aliquoties reperatur, deinde per 8. hebdomadas in fimum equinum sepeliatur: hoc enim modo & tempore aurum & sal ammoniacum in ol. vel aq. resolvuntur, huic sp. vini in essentiam transectus affundatur in fimo equino, per mensem circuletur, deinde in B. abstrahatur: ita enim sal ammoniacum erit solutum, ut transcendere possit, aurum vero relinquitur, ut dulce & rubicundū oleum.

DE CALCINATIONE AURI.

℞ Arg. vini. part. iij. auri part. j. aurum tenuissime incidatur crucibulo novo feruefacto aurum & argent. vivum infunde & aliquandiu diligenter commove hoc enim modo arg. vivum aurum in se recipit: itaque in aq. puram iniice: deinde exprime, crucibulo feruefacto impone, & tandiu agita, quotusque omne argentum vivum per fimum evauverit, ita enim fit pulcherrimus & subtilis pulvis qui est calx auri.

DE

DE AURO POTABILI.

Tartarus calcinatus in cella vinaria solvatur, postea filtratur, & coaguletur, iterum solvatur, & hoc quovisque clarus & pellucidus fiat, quinquies vel sexies reperatur, hoc facto vin. opt. in aliquot phial. vitr. infunde. Duas earum sibi invicem cum orificiis conjunge, infimam usque ad medium imple, cum superiore per liquationem diligentissime occlude, & per menses. 3. 4. vel 5. ita in fimum equinum dimitte, ita enim elementa separantur, & ol. in sublime elevatur: hoc per infundibulum separa & rectifica, reliquum vero destilla, inuenies salem in fundo, quem per solutionem & coagulationem clarifica & asserva, Hoc facto de ol. rectificato aliquid prædicto tart. affunde, digerere permittite, & in B. iterum abstrahere: transcendet aq. itaque plus ol. affunde, iterum digere, abstrahere, & toties repete, donec tart. vel ejus sal dissolvatur: quo viso ig. fortifica, ut sal tart. aut per se totus vel cum ol. transcendat: & hoc est menstruum cœlestē.

His omnibus ita absolutis aurum in aq. regis solve, cum sale in aq. soluto deprime, calcem edulcora, exicca, eique calcis auri part. j. flor. sulph. part. ij. adde, per 12. hor. fornaci reverberatorio impone, deinde refrigera, iterum 2. part. sulph. adde, ut ante reverbera hoc 20. vicib. vel pluries repete, quovisque calx auri fiat mollis & tumida: huic menstruum prædictum affunde, & digere: hoc enim plane & ita digeritur, ut & corpus velut flocci vel filam. goss. in eo innatare videantur, & est med. celebratissima in maximis morbis usurpanda. Et hoc menstr. omnia corpora metallica calcinata, ut & margar. & coralloa dissolvit. Estque arcæanum *D. Tobiaæ Hessen.*

E A

DE OLEIS
DE ARGENTO.

*De Argento potabili ad confortandum
Cerebrum.*

℞ Argenti partem j, aqua salis nitri part. ij, ad
dulcedinem usque solvatur, & cum spiritu vini ab-
strahatur: vel cum amalgamate lunæ ita procedatur.

DE OLEO ARGENTI,
Thesauro magno.

Si quis in delirium vel amentiam inciderit, olei ar-
genti gr. iij. cum aqua fœniculi sumat. Idem oleum
per nares attrahat, & in sudatorio cerebrum eo inun-
gat. Auxilium incredibile persentiet.

DE PRÆPARATIONE ARGENTI,
ut prosit debilitati Cerebri, Splenis
& Hepatis.

℞ Argent. limat. ℥ iij, sal. gemm. ʒ vj, solvantur,
per 24. horas, reverberentur, suum alkali hoc facto
extrahatur: de hoc spiritu vini infundatur, per dies
aliquot digeratur, & tandem evaporetur: manebit
alkali, quod in vitro solvatur. Hujus dosis est à gra-
nis v, ad vj. & xij. usque.

DE DEPRESSIONE AD
Argentum.

Oleum sulphuris ex sulphure, sale ammoniaco &
calce viva factum dissolve, hujus guttulas tres vel
quatuor in aquam fortem, in qua argentum solutum
fuit, dimitte: hoc enim modo argentum coloris fusci
deprimetur.

DE MERCURIO.

*De quinta essentia Mercurii &
Vitrioli.*

Mercurium cum Vitriolo & sale aliquoties subli-
ma, quovsque nullæ amplius fæces compareant, huic
ita defæcato acetum destillatum affunde & iterum
extrahe:

CHYMICE DESTILLATIS. 85

extrahe: remanebit Mercurius in fundo, & essentia
vitrioli in aceto.

DE SEPARATIONE.

Ex ferro vel chalybe extrahatur essentia hoc mo-
do; ferrum in igne ad summum candefiat, extingua-
tur in aceto destillato, hocque aliquoties repetatur,
cum hac essentia filtrata ferri essentiam extractam vi-
trioli ad fundum supprime, si ponatur per diem in B.
invenies essentiam vitrioli pulcherrimam in fundo,
quæ ad fistulas, cancerum & alia recentia & antiqua
ulcera in primis est utilis.

DE ESSENTIA MERCURII.

Mercurij ad summum, uti scis, sublimati & salis
ammoniacy in partes æquales sub lapide conterere, &
in oleum resolve: Quæcunque enim metalla in hoc
oleum projiciuntur, ut margaritæ solvuntur, quod
oleum ulceribus antiquis illitum, ea ex fundamento
curat.

DE OLEO ARGENTI VIVI
Theophrasti.

Ex argento vivo purgato & stamno fiat amalga-
ma, quod sale & aceto tandiu purgetur, quovsque
nulla nigredo in eo conspiciatur: hoc facto exicca-
tur, in phiala argentea in acetum vini acerrimum
ponatur, spir. vini à phlegmate suo purgatus infunda-
tur, atamen prius ʒβ camphoræ per 6. dies in eo
solvatur: spiritus vini ad tres transversos digitos
amalgama superemineat, incendatur postea, ut spiri-
tus absumatur, & quicquid hoc modo non fuerit so-
lutum, de novo cum spir. vini incendatur, quovsque
totum fuerit solutum: hujus medicinae detur gr. j.
cum ʒj. theriacæ & cochl. iij, aquæ fumaricæ, mane
& vesperi; in morbis desperatis maxima miracula
præstat.

DE OLEIS
DE ESSENTIA EX ARGENTO
Vivo.

Olei sulphuris per campanam rectificati, uti scis, & salis nitri an. partes æquales iterum destillentur, & in hoc oleo argentum vivum purgatum resolvatur: remanebit pulv. coloris sanguinei, solutionem statim effunde & sulphur. argenti vivi edulcora: hoc etiam per se per alembicum potest sublimari.

DE MEDICAMENTO CORRO-
dente sive caustico.

℞ Argenti vivi quantum vis, auripigmenti, olum. & olei olivarum ana quart. ij, omnia in olla fictili per quadrantem hora coquantur, deinde per retortam lento igne destillentur, habebis ol. causticum, cui huculum in universo mundo comparandum; & paucis huc usque notum: quod in omnis generis ulceribus incredibilis præstat, idque sine omni detrimento: si nempe cum cautela usurpetur.

DE VIRTUTIBUS PRÆ-
cipitatis.

Hic pulvis viceribus venenatis inspersus ea cum miraculo mundificat, malignas & feridas pustulas pudendorum virilium sanat, variisque unguentis immiscetur.

DE TURPETHO MINERALI
vel auro viva ex manuali
Theophrasti.

Auri per Ammoniacum finiti ℥β. in aqua regis, que non cum sale ammoniaco, (utpote qui Mercurium fugitivum reddit) factæ, solvatur, hoc facto etiam vitri antimonii hyacinthini coloris & pulchri, ℥β in aqua regis solve, ut & ℥ijβ. vel ℥ iij Mercur. in aqua forti optime purgati: has tres solutiones confunde, & aquam regis aliquoties, (quo enim sapius, eo melius)

melius) abstrahe: recentem affunde, iterum abstrahe, hocque, ut figatur, repete, postremo omnes spir. expelle: & quovisque omnem saporem & acrimoniam aquæ regis & spirituum deposuerit, cum aqua calida edulcora, hoc facto, spiritum vini affunde, hunc iterum abstrahe & alium affunde, hoc series vel sæpius repete & semper cum aqua edulcora, donec saporem & colorem tibi gratum & acceptum acquisiverit, vel donec candescere possit, & non effumet: habebis aurum præcipitatum, arcanum maximum, etiam potest calcinari.

Ejus usus ad morbum gallicum, hydropem, epilepsiam, maniam, colicam, febrem quartanam, ictericam, cancrum, fistulas, ulcera ethiomena & multa alia hujusmodi, est utilissimum præservans. Qui inscius venena hausit, aut incantamenta perpeffus est, vel peste correptus fuerit sumat gr. iij. iv. vel v. juniores ad summum gr. iij. infantes vero gr. j. aut tertiam grani partem. Sanguinem in venis medullaque ossum, & quicquid intra cutim & carnem & circa nervos in hæserit, mundificat. Et ut quidam mihi revelavit plus 80. hominum peste correptorum hoc ipso præcipitato ex vitro Antimonii & Mercurio absque additamento auri, liberati sunt.

DE OLEO MERCURII
cum Iove.

Hoc cum spiritu vini usque dum alembicum transcendat, debet destillari, ita enim essentiam acidam acquirit: hujus guttula una datur in morbo gallico, catarrhos capitis avertit, mundificat & repente sanat.

DE OLEO VEL AQUA MERCURII

*per se in triplici retorta
rectificati.*

Est hoc oleum maxima cura ad amissam loquelam linguæ illitum, & præterea etiam morbum gallicum expellit.

DE OLEO MERCURII PER SE,
*sicut scis, in Balneo digesto, destillatio
& rectificatio.*

Hoc oleum ad Apoplexiam, Epilepsiam & alios morbos ex destillationibus provenientes, est omnium præstantissimum ad guttulas 10. sumptum, laudani oleum & argenti vivi candidi ad 10. guttulas bibitum, commendatur etiam ad epilepsiam.

DE OLEO MERCURII.

Mercurium ter tere, sublim. miscetur ad extrem. an. salis ammoniaci & rursus tere sublim. simul ter & quater & totum illud tere sublim. in oleo resolvitur, ex quo spiritus salis Ammoniaci eximendus est, omnia circulando cum spiritu vini, itaque tandiu destillando, donec oleum fetuorem & acrimoniam amittat & sal ammoniacum separetur.

Reducitur etiam per se in oleo lentissimo calore Athanoris longoque temporis intervallo.

DE TURPETHO MINERALI

Theophrasti.

1. *℞ Mercurii quantum vis, in aqua forti solve, à Mercurio extrahere, & in aqua per fixam solve.*
2. *℞ Colchotaris pari. ij. sal. nitri pari. j. destillentur, stet in alembico caco, per tres dies digerantur, & phlegma lento igne abstrahatur.*
3. *℞ Precipitati prædicti. & aq. fixæ ana, aquam bis de iis abstrahere.*
4. Salem nitrum alium affunde, & iterum abstrahere.

5. Ex

5. Ex albuminibus ovorum ad duritiem coctorum lentissimo calore aquam destilla, iterum affunde, & rursus abstrahere.

Ultimo spiritu vini affunde, eum rursus abstrahere, & illud toties repete, donec nulla amplius acrimonia perferriatur; tunc enim perfecta erit præparatum, & medicamentum nobilissimum: pilula enim unice ex eo formata & sumpta totum corpus mundificat.

Omnia ulcera & vulnera cum unguento rosaceo secundum qualitatem morbi mixtum confestim sanant, præsertim ex Lue Venerea. Curat quinetiam pestem, si 2. 3. aut 4. gr. pro ratione personæ cum ʒj. vel ʒss. theriacæ aut michidatii exhibentur, quod ter est repetendum. Ad Luem Veneream, in quartana *℞ Turpethi gr. iij. theriacæ ʒss, conserv. bugloss. ʒss. specier. diaser. ʒij.* Ad colicam misce cum oleo diapheen. & philonij an. ad omnia venena, si ignoratur, quale illud sit.

GARGARISMVS POST
usum Turpethi.

℞ Flor. althea, beton. prunell. fanicul. an. Mʒ. radic. pimpinel. sem. staphisagr. an. ʒj. coquantur in Tʒij. aq. colentur; adde mell. scillit. rosat. an. ʒiʒ, utere pro gargarismate; si in os attrahatur.

DE BALSAMO MERCURII.

℞ Mercurium toties cum calce ovorum opt. præparat. donec omnino sit extinctus, huic mixturæ affunde acetum destillatum alcoholisatum, ut 4. digitis supernatet, abstrahere acetum à fæcibus ter, quater vel pluries, donec Mercurius in rubicandissimum pulverem euadat, quem in vini alcoholi in pellicano circulabis per octo dies separato spiritu vini per alembicum in fundo remanebit balsamus Mercurii dulcissim.

DE OLEIS
DE LAVDANO MERCVRII.

Paracelsi.

℞ Mercurij purgati ℥j, vitriol. rubr. & sal. mir.
ana ℥ij, M. & cum aceto acerrimo, agita cum pistil-
lo ligneo, ut bene omnia incorporentur, & si mortifi-
catus fuerit Mercurius, sublima ut moris est, tercia
vice, hunc sublima, misce cum alumine rocha calcin.
& sale niri aequali pondere sublima aliquoties; hoc
facto hunc Mercurium in arenam pone, ignem fortem
per mensem integrum aut diutius conserva, fiet pul-
cherrimus, rubicundus & subtilis.

Hunc Merc. subl. imbebe cum spiritu vini ad sum-
mum rectificato; stet in infusione per 14. dies vase be-
ne obturato in loco calido, postea cola vinum subti-
liter à Merc. subl. & ign. lento in Baln. destilla: in-
uenies in fundo oleum liquidum albissimi coloris &
dulcis saporis, coagula lento igne, tere, lapidi por-
phyrio in loco humido impone & per se solue, ite-
rum in sole coagula, hocque tribus vicibus repete,
tunc coagulatum in vitro bene clauso serua, & ut na-
tura nocet, vtete.

DE TURPETHO MERCVRII.

℞ Ol. vitriol. parti. ij, argenti. vini parti. j, Misce, in
retortiam immitte, & oleum exirabe. hoc iterum bis
vel ter affunde & vltimo fortiter, ut plane incandes-
cat, hoc enim fit lapis candidus, qui palverisetur in
phiala ter vel quater, aqua calida affundatur, & hoc
facto exiccetur; habebis turpethum minerale flauum
& aurei coloris pulcherrimum: hoc spiritu vini im-
bibatur, incendatur & exuratur: decies vel vigesies
coquatur, quo enim hoc fit sæpius, eo erit melius:
hoc turpethum minerale cum conserva rosarum vel
alio modo, vtunque fieri potest, vsurpatum & ali-
quandiu continuatum, morbum gallicum in vnicō
octi.

CHYMICE DESTILLATIS. 91

ostiduo ex fundamento curat, quando nimirum
exterius nihil apparet, sed morbus adhuc latet inte-
terius.

Si quis vero hoc turpethum præscribere cupit,
ægrum diligenter obseruet, ejusque curam habeat,
morbum enim vehementer aggreditur, & ægrum val-
de debilitat, qui capropter singulis binis vel tribus
horis semel est cibandus, tribus; nempe vel quatuor
horis bono iusculo, ut ejus cor confortetur, & vi-
res conseruentur, hoc enim modo morbum galli-
cum & omnes alios affectus ex destillationibus pro-
uenientes perfecte curat.

DE TURPETHO ARGENTI VINI
ad morbum gallicum, & alios anti-
quatos affectus.

℞ Argenti vini lib. j. aq. fortis libr. ij. abstrahatur
quinquies vel septies, edulcoretur decies vel duode-
cies, & in crucibulo candesiat: Huius ℥℥℥. olei sul-
ph. 3℔ in alemb. coaguletur, & tandem sexies vel sep-
ties edulcoretur.

V S V S.

Ex hoc turpetho Merc. cum theriaca vel mithri-
datio & puluere corallorum mixto formentur pilu-
læ, quarum 4. 5. 6. 7. vel 8. per tres vel quatuor dies
continuos juxta conditionem personarum vsurpatæ,
per vomitum & secessum euacuant: potest etiam in
forma pulueris cum iusculo calido vel spir. vini vsur-
pari, hoc enim modo operatur citius: si vero dolor
in ore exoritur, gargarisate corrigi potest.

Cum hoc Turpetho etiam sarsaparilla potest vsur-
pari, quemadmodum aqua cocta Guajaci ordinari
solet.

Hac cura ultra 100. homines à morbo gallico &
aliis hujuscemodi affectibus sunt liberati, qui antea

per suffumigia fuerunt in pessimum statum deducti: imo etiam tineam capitis, malamque scabiem, icteritiam, paralyfin & contracturas varias hoc medicamento feliciter curavi. Cum oleo sulphuris vel oleo vitrioli præparatum acquirit colorem album: illum cum aqua dulci edulcora; est maxime proficuum ad morbum gallicum, paralyfin, condylomata, ficus ani, & alios hujus generis affectus.

*DE CURA CONDYLOMATUM
senficuum ani, Luis Venereæ &
Paralyseos.*

His morbis affecti sumant *turpeth.* gr. iij. cum ζ ij misbr. opt. tribus diebus continuis, mane stomacho jejuno: si quis imbecillioris naturæ fuerit, sumat ejus gr. iij, robusti vero gr. v. postea bibat aquam ligni per dies 14. semperque ad sudorem se componat. Si cui os intumuerit, gargassetur decocto prunellæ in vino & aqua præparato, & cum melle rosato, vel oleo vitrioli aut oleo sulphuris mixto. Scabiosi utantur argento vivo vel aqua, Contra bubones inungantur unguentis cum turpetho præparatis.

Gargarismus.

Ad ulcera vel intumescenciam oris usurpet aquam edulcoratam de oleo sulphur. vel præcipitatum edulcoratum pro gargarisinate.

DE TURPETHO ARGENTI VIVI.

\mathcal{L} *Aq. alumin. aq. viriol. destillatur, ana lib. lb. album. ovor. ad duritiem coctorum, lb. iv. misceantur, bis destillentur, phiale infusis, lb. iij. turp. arg. viv. adde, ad siccitatem usque destilla. idque toties repete, donec turp. colorem florum liliorum consalium acquirat, hoc viso tantum spiritus vini affunde, sexies abstrahere, & ignem, quousque color florum candidulus appareat, adauge.*

Ægro itaque, qui per suffumigia vel inunctiones ad malum statum est deductus hujus turpethi præparati \mathcal{D} j. El. de succo rosar. vesperi ante cœnam exhibe, sequenti mane totidem: pro ratione vero ætatis granum unum vel alterum addere licet. Ad sanationem \mathcal{L} *unguent. ovor. quarz. j. turp. 3 ij. M. & ægrum in locis affectis inunge. Iterum \mathcal{L} Aloës hepatic. 3 ij, croc. ferr. thuris an. 3 lb, mumia 3 lb, mellis, urebinth. & vitell. ovor. ana quantum suffic. Milce & pro unguento utere.*

*DE OLEO DVLCI MERCVRII
sublimati Crystallini.*

\mathcal{L} *Aq. sal. nitri part. ij. sal. ammon. puriss. part. j. destilla, aquam extillatam Mercurio sublimato, qui ad crystallum, sine tamen arsenico, sit sublimatus, affunde, aliquoties abstrahere, idque semper cum aqua recenti, donec in fundo omnia maneant fixa: hoc sublimatum fixum incende, alcool vini rectificatum affunde, multoties abstrahere, donec in oleum vertatur, quod erit fixum & dulce. Semper autem spiritus vini recens est sumendus, & destillatio de oleo tandiu continuanda, donec omnem acrimoniam & saporem amiserit. Hoc oleum intus & extra corpus potest usurpari.*

*DE OLEO MERCVRII SUBLIMATI
cum animonio ad passionem
Colicam.*

\mathcal{L} *Mercurii sublimati & animon. an. invicem conterantur, & in retorta vitrea destillentur; transibit ol. sive pinguedo, huic aqua recens affundatur, acquirit saporem acidum veluti ol. vitr. ut ad passionem colicam ex calore gustui tuo gratum fiat, præpara, & cochlearia tria ejus exhibe; vino immixtum reddit ipsum subtile: fæces albas in aqua ad fundum*

descendentes, ut scis, vsurpa. huius aq. gr. ij, ebibita Epilepsiam sine mora curant.

*DE MERCVRIO PRÆCIPITATO
per oleum vitrioli.*

Oleo Vitrioli rectificato adde flores sulphur. per tres hor. in arena ebulliant, ut cum aliquid de sulph. resolutum fuerit, ol. quod à sulph. rubed. extraxit, de eo effunde, & Mercurium purificatum adde, hoc facto ebulliant & Merc. resoluetur, petitque fundum, & dat præcipitatum album, hoc sæpius abstrahe, deinde candefiat, spiritus vini affundatur, & idem per destillationem aliquoties abstrahatur.

*DE MERCVRIO PER SPIRI-
tum salis nitri in oleum
resoluo.*

Hoc oleum, cuiunque volueris, vnguento mixtum, impetiginem perbelle curat: nisi species elephantiasis fuerit. In paralyti & vlcibus hoc oleum admodum est proficuum: & quod omnibus aliis vnguentis deest, hoc habet oleum hoc abunde, & quo plus morbus gallicus foraminibus inhæret, eo citius hoc oleo curatur.

*DE PANACÆA AN-
vvaldina.*

Cinnabaris, æs, quod pulcrum & nobile est, restæ vel conchæ sub carbonibus calcinata & crocus orientalis, ut libuerit, misceantur, ejusque mixturæ pro dosi granum vnum vsurpetur.

DE AQUA MERCVRII.

Mercurium crudum in retorta triplici in aq. destilla: quod ita fit: retorta collocetur in fornacem exhalationis, recipiens luto adapteretur, linteis madidis sæpius refrigeretur, cum retorta vndique candefacta fuerit, ʒʒ argenti viui cum cochleari ferreo inji-
ciatur,

ciatur, & foramen statim obstruat, hoc facto argentum vivum maximum strepitum edet & effumabit, tunc aliam vnciam semis argenti vivi injice, idque toties repete, donec libra integra iniecta fuerit, hoc enim peracto, pars vna Mercurij viui crudi, pars vero aquæ & aliquid de nigro transferit, hæc inuicem mixta in alemb. Baln. impone, exhibit aq. Merc. pellucida, terra autem nigra cum Mercurio viuo remanebit in fundo, hanc per corium exprime, hoc enim modo Mercurius transit, terra autem nigra quæ inutilis, in corio remanet, & Merc. opt. purgatur: autem decies in Baln. rectifica.

DE TURPETHO MINERALI.

Mercurij purgati ʒʒ ita calefiat, ne multum de eo exhalet, & pondus ducati vnius sol. auri superponatur; hæc enim Mercurius in se trahit, itaque cum spatula lignea pura misceatur, vt fiat amalgama, hoc in phiala, vsquequo fiat puluis ruber, vti crocus, præcipitetur. Hoc enim optimum erit turpethum.

Qui grana duo vel tria sacchari rosati cum gran. j. vel duobus salis vtitur, ab omnibus morbis venenosis, à peste ipsa, morbo gallico, febr. malignis, elephantiasis, paralyti & epilepsia liberatur, purgant enim universam naturam & totam massam sanguinis, & qui cum iudicio usurpat, infallibilem habebit curam.

Merc. pulv. per aquam ovorum, quousque coaguletur, abstracti gr. 8. cum confectioe convenienti sumpta sistunt destillationes: sæpius autem debet usurpari, & cum aqua recenti abstrahi, ut è venenato realgare purgetur, & præcipitatum indolcoreretur.

DE OLEIS
DE MERCVRIO SVBLIMATO,

ut scis.

Vitrioli lbij, & sal nitri in aqua forti destilla, & argentum in ea dissolue: ℥ argenti vivi solui & libra illius cuiuslibet salis calcinati lbij adde, aquam de eo abstrahē, & Mercuriura vivum omnem sublima, ita enim Mercurius erit sublimatus & prima vice perfectus.

Hujus aqua, ut dictum, ℥ part. ij, salis puri calcinati part. j. ex his destilla aquam regis: huius aqua ℥ part. ij, prædicti Mercurii sublimati part. j. Antequam autem Mercurius sublimatus immittatur, salis tartari pars dimidia, aquæ lente & successively injiciatur, deinde aqua extrahatur, & Merc. tartarum omnino sublimetur: hoc enim modo levabitur, mirabiles acquirat colores, & omnem acrimoniam ei adhaerentem deponet, nullamque immunditiam & acrimoniam retinebit.

DE AQUA ACVTA.

Si ignem super omnia vehementer urentem & omnibus operationibus ignis visibilis in modum interni resistentem habere desideras, hoc modo procede.

℥ Mercurii sublimati & sal. ammon. octo vel novem vicibus sublimati ana, vel essent. Mercur. diligenter invicem conterere, lapidi vel lamina ferrea insperge, in cellam vinariam colloca vel acri expose resolvetur hoc modo in aquam: Si huius aquæ minimum super cutem inciderit, statim transibit; quod etiam facit in ferro vel cupro. Si autem aurum, stannum vel plumbum immiseris, acquirunt formam perlarum.

Hæc aqua omnes affectus calidos; erysipelas, inflammationes & alios morbos corrodescentes extinguit,

CHYMICE DESTILLATIS.

linguit. Multi vocant illud salem ammoniacum, id est, salem amarum: in hoc autem valde errant.

DE MERCVRIO FIXO.

℥ Mercurij quantum vis, impone in reverberatorium, vitrum in arenam colloca, oleum destillabit in vitrum & sublimatur: hoc facto vitrum inverte, & hoc toties repete, donec non amplius ascendet, in colorem sanguineum evadat & non amplius effumet: hoc facto ℥ huius Merc. fixi sublimati & boracis ℥j: pone in alembicum, affunde tantum spiritus vini, ut transversos duos digitos supereminet & hunc quater abstrahē: hoc enim modo Mercurius sublimatus fixus erit, & omnia metalla, quibus jungitur, facile intrabit.

AD PVSTVLAS GALLICAS.

℥ Mercurij part. j. vitriol. part. ij, hæc invicem comburantur, in cella vinar. solvantur & vsurpetur.

DE OLEO CAPITANEI

Pischi.

Notandum. ℥ Ol. Mercurij ℥ij, ol. vitr. ℥℞, croc. Mart. ℥℞. M.

DE AQUA MERCVRII.

℥ Arg. vini & stanni an. lb. M. F. amalg. cum sale & aceto opt. laueur. postea exicceur, in mortario cum Marc. subl. lb℞ diligenter misceatur ut fiat pasta. interim aliquoties parupi aq. salis ammon. affundatur, immisceatur, & massa lapidi imponatur, ibi enim in aq. resolvetur; hoc facto per alembic. destilletur, fæces, ut antea terantur, & hoc tandiu continetur, donec omnia in aq. solvantur: hæc enim aq. miracula præstat.

DE CALCIONATO.

Oleum Mercurij, aqua Mercurij & oleum Saturni

certissima sunt medicamenta, quæ nullo modo Medicum fallunt.

De Cura Fistularum.

℞ *Ol. Merc. ʒβ. ol. Martis & ol. Saturn. ana ʒj.*
His permixtis fistulæ circuitus inungatur, mane & vesperi per novem dies & curabitur,

ARCANUM CONTRA MORBUM Gallicum.

Sunt oleum Mercurij dulces, & oleum ex ligno Guajaco.

Corrosivum Anhalidinum:

℞ *Antim. calc. ʒ iv. Mercurij sublimat. ʒ ij. salis ammon. ʒβ. tartar. calc. ʒj. destilletur & rectificetur.*

QUINTA ESSENTIA Mercurij.

℞ Mercurium septies cum vitriol. & sale, postremo autem per se sublimatum, affunde aq. salis ammon. cum calce fixi & soluti, destilla & s. a. procede, phlegma abstrahe, essentiam rectifica, Mercurium, qui ascendit, iterum ter sublimatum, essentia commisce, circula, destilla & usque ad perfectionem rectifica.

Dulcedo Mercurij.

Mercurio ad puritatem sublimato aquam fortem affunde & sublima, quod in fundo remansit, in cella vinaria solve: hoc est dulcedo Mercurij, quæ cum sp. vini potest circulari.

De Oleo Mercurij.

Mercurius sublimatus tenuissime conteratur, cum oleo vitrioli correcto sexies vel sapius imbuatur, semper rursus exiccetur & teratur, cum sextuplo ol. vitr. in vase luto opt. ocluso secundum gradus ignis destilletur: hoc facto tertia pars Mercurij sublimati cum oleo transcendit, reliqua vero pars manet in sublimatorio

sublimatorio pulcherrima & instar margaritæ orientalis splendens pulchriorem enim Mercurium sublimatum nunquam vidisti: hoc modo ad libitum semper procede, habebis oleum Mercurij super omnes aquas, hoc cum anima Solis fermenta, coagula, solve & fige, ea, si Deus voluerit, tinger.

DE TURPETHO MERCURII.

℞ Oleum sulphuris per campanam vel vitreum alembicum destillatum, ac cum colchotare ter vel quater rectificatum ac Mercurium crudum optime purgatum, & oleum aliquoties ab iis abstrahe; dabit hoc modo præstantissimum turpethum, quod in peste, pleuriti & aliis morbis periculosis cum summo fructu potest usurpari, estque secretum D. Tobiaë Hassen.

DE AQUILA COELESTI.

℞ *Mercur. sublim. ʒ viij. argenti. viv. misce bene in mortario, donec Merc. vivus non appareat amplius, deinde subl. durum, album & dulcem sine omni corrosivo.* Quod si aliqua pars adhuc restet non satis edulcorata; vel cum aq. vel cum eadem, quæ una ascendit, misce & tertio semper subl. medicamentum est purgans universaliter & elective; summum secretum in medic. Dosis à 20. ad 30. gr. sive ʒβ. cum conserva ros. viol. aut pomo cocto.

DE CUPRO.

De acetositate esurina ex cupro absque corrosivo.

Scoria cupri calcinata affunde acetum ter destillatum, & cineribus calidis impone, hoc enim modo viriditas ejus extrahitur, ita quovisque fiat aliquantulum spissum, dimitte, acetum lente effunde, aliudque affunde, donec nullus sapor vel color alicujus vitr. persentiat, & omnia mixta in alemb:

loco frigido expone; dabit de se pulcherrimum vitri coloris viridis & cærulei, quod in retorta eodem modo destilla, quo vitri. alias destillare soles, primo nempe phlegma, deinde spiritus & tertio oleum abstrahendo, hoc à spiritu separa, habebis oleum valde præstans.

Hoc ad debilitatem stomachi est commodissimum, & si multum phlegmatis adhuc habuerit, vomitum excitat: omnem immunditiam expellit: & ita etiam in calculo renum. Ita quoque ex scoria ferri quæ à fabricis abijcitur vitri. coloris cærulei & rubi-
cundi præparare potes.

De Croco Veneris.

Lamina cupri cum vitriolo calcinato s. a. stratifica; & ut oleum vitrioli destilla: deinde laminas ablue, contere, contunde & reverbera. Erit crocus nobilis.

DE MARTE.

De Essentia Martis.

Limaturæ Martis acetum destillatum affunde, & per aliquot dies ita dimitte, extrahet dulcedinem, quæ partim erit pulchra & rubicanda, partim pallida, pro ratione chalybis. Tunc acetum abstrahere, aliud affunde, idque tandiu repete, donec nihil amplius extrahitur, quod duobus vel tribus mensibus fieri solet: hoc tempore elapso omnes effusiones commisce & per B. destilla: remanentiæ spiritum vini affunde, & continue digere: ita enim tincturam extrahit; tunc spiritum vini abstrahere, & alium affunde & s. a. ita procede: habebis tincturam verissimam Martis.

Hæc tinctura vel essentia ad obstructions pertinacissimas hepatis, lienis, venarum mesaraicarum & matricis, icteritiam etiam & hydropem incipientem est

est efficacissima pondere unius drachmæ cum convenienti liquore in potu sumpta.

De Croco Martis.

Ferrum illud contunde, per cribrum mitre, sub sarrag. vel lebetae salis, quod clarum est, cum aqua feruente ablue, habebis crocum Martis: in aqua hunc residere permittite, aquam effunde, aliam affunde, idque aliquoties repete; hoc facto idem per duas horas reverberetur & erit perfectus; quod remansit, est nigrum & metum ferrum; cui si aquam salsam affuderis, & 6. vel 8. hebdomadas post fornacem vel alium locum calidum collocaverit, iterum potest abluï, & sicut cum primo procedi.

De Cura Hydropis.

Hydrops revera curatur per ferrum in ol. redactum & suo ordine interius usurpatum: vel ut sub ahenio salis relinquitur in cibo & potu sumptum: purgato interim corpore aliquoties cum Elleboro nigro extracto: non vero solum radicitus expellit hydropem, sed etiam alios morbos. Usurpatur etiam bolus armenus ad sistendas destillationes & sanandas puncturas.

De Croco Martis.

Stricturæ ferri phialæ vitreæ inditæ acetum destillatum acerrimum affunde, locoque aprico expone, ut per se exiccetur: hoc octies per integrum mensem repete, deinde per biduum reverbera, deinde tabulæ humidæ ad crassitudinem unius digiti insperge, inde enim grossitiam trium digitorum acquirit, sique subtile, veluti lana, & in colore purpureum. Hujus sex vel septem gr. sumpta omnem hæmorrhagiam & etiam dysenteriam compescunt.

De Oleo Martis.

Sal ammoniac. de croco Martis septies, octies, vel pluries debet sublimari; hoc enim si fit, transibit in oleum; huic alcohol vini super infunde, in cineribus per 24. horas, vel diutius digere, & alcohol sæpius abstrahere, & solvetur in ol. la vero quod in fundo remanet, usurpatur in chirurgia.

ALIUD OLEUM.

Sal ammon. quinq; vel sexies de croco Martis debet sublimari, deinde in aceto destillato solvi: quod non solum fuerit, ut antea subl. donec omnia in acetum solvantur, tandem per alembicum destillati exhibit oleum Martis.

ALIUD OLEUM MARTIS AD

Ulcera vetusta.

Ferix calx pulverifetur, & uti scis, præparetur: ex hoc cum vitellis ovo una massa formetur iterum exiccetur, in mortario contundatur, quarto malaxetur, contundatur & in cella vinaria super vitrum solvatur. Hoc oleum vitellorum per se suum habet usum.

De purgatione Croci Martis & fixatione.

℞ *Croc. Martis* ℥ v. *aq. Regis* ℥ xx. diligenter misceantur, aq. raman regis primo non una vice, sed lente affundendo, & ad ignem feruiscendo: hoc peracto, iterum affundatur & alia recens affundatur, donec nihil amplius dissolvi videris, tunc vero filtrerur, candefiat, & aliquoties edulcoretur, postea usq; dum spongiosum fiat, & colorem purpureum acquirat, reverberetur.

Crocus Martis intertus sumptus conducit ad ulcera vetusta & hydropem. Cum oleo sulph. calcin. effectus; aliquoties edulcoratus, & quovisq; fiat

fiat spongiosus & purpureus, reverbetatus, acquirat suam perfectionem.

De Oleo Martis.

℞ *Antimon. lb.* ij. *fiat ut fluat, adde laminar, chalybis candefactarum lb.* j. cum solutæ fuerint, cum spatula ferrea diligenter misce, lapidi infunde, contunde, contere & calcina, donec non amplius fumer, & pulvis fixus & fuscus fiat: hæc calcinatio conducit ad omnia metalla.

Hanc calcinationem vitro injice, cum aq. regis solve, & sicuti scis, filtra, tunc aquam regis lente abstrahere, ignem aliquantulum fortifica, Cum guttulæ rubræ incipiunt extillare, alium recipientem appone, & ignem adhuc magis urge, sequetur oleum coloris sanguinei, quod verum & genuinum oleum Martis est.

Usus.] Conducit ad diarrhœam, henteriam, dysenteriam, fluxum hepaticum, ad ventriculi corroboracionem, & ad omnes hæmorrhagias internas & externas: est medicamentum præstantissimum, si cum conserva rosarum aut rad. simphyti misceatur.

DE STRICTURA FERRI.

℞ *Stricturæ ferri, pulcherrimorum nempe fragmentorum prius lotorum Man. j.*, quartam j. mensur. ℔ vini per noctem affunde & utere.

U S U S.

Inferuit ad oppilationes hepatis, lienis, venularum matricis, menstruorum, paralytin & impotentiam membrorum; dolores ilchiadicis icteritiam, & hydropem, ejus nempe principium, cum hepatis nondum plane est corruptum.

De tinctura Martis pulcherrima & instar rubini.

℞ *Croc. Mart. nobilissimi, subtilissimi & opt. præparati*

parati part. j. huic adde sal. ammon. subl. part. dimid. hac invicem contere, & cum ad colorem sanguineum sublim. fuerit, hanc ejus rubedinem cum spir. vini ex-
trahere. Hac tinctura præ cæteris medicamentis om-
nibus hydropem & dysentiam curat.

*De preparatione Martis in virtute
stypica.*

℞ limat. Mart. lib. j. salis lib. ℞. aq. fontan. q. s. per
integrum mensem ita infundantur, deinde, ut didici-
sti, reverberentur.

Hujus croci ℞ ℥j, boli adusti ℥iij, terra sigillat.
℥℞. Misc. & in pulverem redige. Intervit hic pulvis
ad omnia vulnera & vlcera; quæ siccationem aut
incarnationem requirunt. Sumitur etiam ejus ℥j. in
potu.

*DE SECRETO AD FLVXVM.
ventris.*

Si quis insanabilem fluxum ventris habuerit, su-
mat Croci Martis cum aqua regis præparati gr. iijj,
conferu. ros. ℥j succ. viol. ℥℞. hac diligenter mixta per
24. horas ad minimum ita stent, & deinde jejuno sto-
macho vsurpentur: & si hac prima vice nihil effece-
rit, biduum post rursus ita vsurpa, juvabit sine omni
dubio.

DE VITRIOLO MARTIS.

Chalybem cum sulphure calcina; eo nempe mo-
do, ut sulphur. chalybi ad summum candefacto su-
per aqua admoveas, hoc enim facto chalybs statim
liquefcit, & in aquam destillat: hunc itaque ex aqua
exemptum exicca, tenuissime contere, oleum sul-
phuris acidum rectificatum affunde, aliquandiu dige-
re & postremo in aquam destillatam infunde: consi-
det hoc peracto vitriolum non contemnendum, à D
Tobia Hessio inventum.

DE

DE MAGNETE.

De descensu vel exitu Marris.

℞ Lapid. magnet. opt. ℔j. calc. viva ℔ij, cum
acet. optime conterantur & misceantur, deinde spiri-
tus vini affundatur, ut fiat rubicundus: hoc ordine
tandiu procedatur, donec non amplius tingatur, quo
visio spiritus vini exhalet, & remanebit liquor, qui
exsicceetur: ex materia relicta & axungia vsi empla-
strum formetur, quod dorso mulieris & lumbis ap-
plicetur: vterus enim hoc facto, statim retrahetur:
oportet autem per aliquot dies continuari, ut vterus
eo melius firmetur.

*DE PRÆPARATIONE
Magnetis.*

℞ Succ. Aristol. rotund. & sabina an. ℥iij serpentar.
℥ij. spiritus vini libr. j. hac prius per 24. horas
circulentur & deinde destillentur.

℞ Hujus aque lib. j. Magnetis elect. in pulverem
redacti ℥iij, circulentur simul, & à facibus aqua de-
stilleat: idque reiteretur. atque hoc pacto Magnetis
præparationem assequeris.

DE IOVE

De Oleo Stanni.

Hoc oleum morbum gallicum, paralyfin, vulne-
ra, vlcera antiquata, fistulas, cancrum & omnes affe-
ctus venenatos, ut & maculas & impetigines citissi-
me curat. Ejus guttæ tres cum vino sumptæ purgant
ventrem: pannum etiam oculorum abstergit.

DE OLEO SALIS

Ammoniæ.

Hujus olei aliquot guttæ vino albo immixtæ &
cum linteis oculorum vlcerib. ex lachrymis involun-
tariis rubedinique applicatæ, ea perbelle curant &
compescunt. In aqua vitæ vsurpatum emendat

puncturas laterum, cor, hepar & pulmones refrigerat, anginamque & ranulam sub lingua sanat: viuinam obstructam promouet, vesicam mundificat & carnem immundam & superfluam in vulneribus absumit.

DE OLEO SALIS

Ammoniaci.

℞ Sal. ammon. part. j. aq. salis tartari, part. ij. stent aliquot dies in solutione, vel cineribus calidis bene cooperta, ne spiritus salis exhaleat, quia admodum est subtilis, imponantur; deinde per retortam destillentur, rectificentur, collo tamen retortæ fragmentum chartæ griseæ inrudatur, ut spiritus per eum transeat, ita enim aqua sal. tartari subtilis remanebit: cum nihil amplius destillet, tunc chartam exime, ignemque orge, sequetur enim oleum non modice acre & corrosiuum, quod separatim reserua.

DE SATVRNO.

De Balsamo Saturni.

Minium cum aceto solvatur, dulcedo destilletur, acetum effundatur & aliud affundatur, donec nihil amplius solvi potest; solutiones omnes confusæ filtrentur & ad liquorem coagulentur: hoc peracto in loco frigido in crystallum concrecant, cum nihil amplius in crystallum verti videris, iterum evaporent & ut antea procedatur: crystallus autem hoc modo clarificetur: solvatur nempe iterum cum aceto destillato; & in omnibus, ut antea, procedatur. Crystallus pulchrior primo concrescit, candidus ad modum salis nitri. cum residuo fac; ut prius, donec crystallorum alborum satis habeas, hi primo exiccentur, deinde in spiritu vini soluantur, iterum filtrentur & in liquorem coagulentur.

Hic balsamus ad gangrænam est probatissimus, ut & ad

& ad omnia vulnera & vicera insanabilia, ad rubedinem vero & alios affectus oculorum non habet simile.

Quomodo oleum & sal Saturni iudulcorentur & ad summam perfectionem deducantur.

Crystallis Saturni aqua pluvialis destillata affundatur: & donec spuma alba supernatet, ebulliant, hanc spumam sapone in vasculum proprium, ebullite sic finito, donec nulla amplius materia alba appareat, maneatque fæces purpureæ in fundo: hanc aqua forti purificata solue, eam rursus per B. separa, hocque ter repete, semper nouam aquam fortem superfundendo; remanentiæ sicæ aquam pluviam destillatam affunde, per B. abstrahe, hoc tertio noua aq. destillata repete, donec omnis acrimonia sic ablata: & habebis sal Saturni pellucidum & verum dulce.

VVLNERVM ET VLGERVM

Incarnatiuum.

℞ Cerusse vel minij q. v. extrahæ oleum, sicut scis, est incarnatiuum optimum promovens carnes sanas atque recentes. Hoc oleum Saturni valet etiam ad omnem scabielem & lentiginem, verrucas, inflammationes & omnem combustionem.

DE SVLPHVRE.

Oleum & fixatio sulphuris.

Sulphuris lib. j. in lixiuio ex cinere salicis & fagi subtilissimo coquatur, huius excocti sulphur. & vitriolana lib. j. cum aceto teratur, & quater cum recenti aq. vitrioli sublimetur: hoc enim factu sulphur. subtilius & purius coloris flani & aliquantulum ruffi superius adhæret, quod exime, tantumque olei terebinthinæ, ut quatuor dig. emineat affunde, & vas

apertum in locum modice calidum colloca, ita enim sulphur. rubrum solvitur, quod in cinere destilla, vsque dum sulphur. rubrum rubini instar transeat; hoc in digestionem coaguletur, ut fiat fixum, pulchrum ac rubicundum.

DE OLEO TEREBINTHINÆ.

Terebinthinae lb. iij. cum camphoræ tenuissime tritae ℥vjß, commisce mensuram j, vini affunde, igne lentissimo destilla, & oleum per Balneum separa.

Oleum Sulphuris admodum fragrans & odoriferum.

Hoc Oleum potum omnis generis affectus etiam grauissimos euellit.

℥ Sp. sulphur. per campanam destill. recipienti impone aliquid moschi cum aqua rosarum mixti.

VSVS ET UTILITAS.

Præpara Iulepum s.a. illamque cum oleo sulphuris misce, promouet sudorem & urinam, superfluas humiditates stomachi expellit, eradicat febres, quæ cum frigore incipiunt, eicit calculum renum, sanat omnis generis affectus externos. Qui hoc oleo abluuntur, breui temporis spatio, & quasi in momento liberantur: habet enim efficaciam recalefaciendi & exiccandi.

DE OLEO SVLPVRIS

℥ Sulph. calc. viii. an. partes æquales: inuicem mixta subtilissime terantur, alembico injiciantur, tantumque aceri fortis, ut duos transversos digitos supernatet, affundatur, digerantur & s.a. extrahantur, extractio effundatur, cum farina laterum imbuitur, & per arenam in recipientem destilletur, sequetur ol. sulphur. rubri & pulcherrimi coloris, quod omnis generis affectus sanat.

Nota. Hoc oleum sulphuris cum oleo lini destillat.

lar. curat paralyfin omnium membrorum: & contra-tas venas & nervos.

ALIVD OLEVVM SVLPVH.

℥ Sulph. ℥iiij. calc. viua ℥ij. cern. ss. ℥j. Mis. & per alembicum destilla, exhibit oleum rubeum.

FLORES SVLPVH. ALBI.

Samuel Schlegel hoc pro secreto habet, quod Comiti ab Hohenloe 200. florenis vendidit.

℥ Fl. sulph. comm. præpar. ℥iiij. sal. ammon. ℥ij, calc. viua ℥vj. Misco. f. pulvis, hunc in retortiam fictilem fortem, qua igni resistere possit, injice sique hæc retorta ad modum vitrorum exulta & non porosa, ne spiritus expirent, qualia VValdenburgensia vasa esse solent: inuoluatur insuper optimo luto: hanc ita paratam cum pulvere injecto in fornacem destillatorium colloca, recipientem capacem luto etiam occlusum adapta, primo igne lento destillationem incipe, postea vero eo modo ignem adauge, qualiter in destillatione aquæ fortis fieri solet: ita enim extillabit liquor, sive oleum rubrum, hujus cochleari unico affunde vinum acerbum sive acidum, ut quando commisces, vinum fiat album & quasi lacteum: hoc lac vitro sacchari infunde; deinde cum hoc oleo & vino iterum tantum lactis præpara, priori affunde, & hoc roties repete, donec de oleo nihil amplius supersit: hoc acto omne lac in vnum vel plura vitra saccharo destinata insulum vel distributum coopertum in eum locum expone, qui neque in frigore, nec in calore excedat: per dies quinque vel tandem ibidem relinque, donec alba materia cretæ similis in fundo resideat; & vinum innatans clarificatum fuerit; vinum hoc lente affunde, vel cum spongia exime, ne materia subsidens moueatur,

ei aquam recentem affunde, eamque diligenter cum materia commisce, fiet enim modo iterum instar lactis; igitur quovsque materia confederit, dimitte, aquam per spongiam abstrahe, aliam aquam recentem materiae affunde, & tertio residere permittes; ita enim per aquas affusas omnis acrimonia & factor extrahitur, quo facto, in loco à frigore & calore temperato exiccetur: habebis flores sulph. albos.

VSUS ET UTILITAS.

Horum ꝑj, diluatur cum cochleari vini, aquae cinamomi destillatae aut alterius appropriatae, & exhibeatur mane jejuno stomacho praeservat corpus ab omni putredine. In asthma & phthisi cum aquis pectoralibus potest permisceri.

CRYSTALLI SULPH. RUBRI.

℞ Flor. sulph. ꝑj spir. terebinth. ꝑj β. in vase vitreo igne lenio inuicem ebulliant, & ne empyreuma concipiant, diligenter miscantur. Cum jam sunt probe mixta & ab igne remota, faces spiritus vini adjiciantur, & tandiu distillantur, donec spiritus vini rubedinem ex sulphure extraxerit, hunc spiritum vini in B. usque ad tertiam partem circiter abstrahe, & reliquum in cellam vinariam pone: invenies in diebus quatuordecim crystallos perpulchros rubicundos (eorum tamen non adeo multum,) & ad effectus pectoris utilissimos.

DE OLEO SULPHURIS.

℞ Sal. tartari vel tart. calcinat. part. j. sulph. pulchri & flavi part. ij. utrunque per se subtilissime tenetur, sulphur. in crucibulo vitreato, non nimis feruide sed lenite, ne incendatur, dissolue, quo facto tartarum super ignem tandiu immisce, donec ꝑfissum & lenissimum stat instar picis: ita enim erit preparatus: tunc

in orbem prius madefactum affunde, ubi refrigeratum fuerit, sub lapide porphyrio in pulverem contere, vitro imposito spiritus vini tantum, ut tres digitos transversos superemineat, affunde, acquirit hoc facto quasi in momento colorem flavum instar croci: cum resederit, crassescit veluti rubinus, quo viso in retortam vitream injice, ut minus, quam ad modium repleatur, capellae, cineribus vel calce impletae imponatur, recipiens capax luto obvolatus adaptetur, destillatio primo igne lento urgeatur, cum calorem nimium esse perspexeris, aliquid de carbonibus extrahatur, & quando inceperit turbida rubedo extillari, non vltro urgeatur, fornax refrigeretur, & recipiens amoveatur.

℞. Hoc Oleum exterius illitum omnia ulcera corrodentia, seu exedentia, ut fistulas, herpes, scabiem, vermem, condylomata & alia hujusmodi ubicumque in corpore fuerint, tutissime sanat: tineae vero cum penna vel spongiola quotidie bis applicatum, & cum emplastro ex cera vel lamina plumbea contactum eam radicitus euellit. Ejus guttae 2. vel 3. in vino vel aliquo liquore epotae, omnia venena, lumbricos & alias bestiolas à corpore expellunt, hoc ipso modo usurpatae: etiam febres exterminant, antenempe paroxysmum usurpatae; ictericam insuper emendat & pulmonibus praestantissimum est auxilium.

ESSENTIA SULPH. QUATHEO-

phrastus usus esse dicitur in externis incurabilibus corrodentibus ulceribus & fistulis vel morbi gallici cicatricibus: & dicitur esse secretum Theophrasti.

℞ Sal. tart. part. j. sul. pulch. & flavi part. ij. subtilissime trita in testa dissolvantur, fufus sal. tart. adji-

ciatur, cum spatula lignea optime agitentur, acquirunt colorem sanguineum; hoc factò lenio igne per horam dimidiam, quorsque fiat crassum & fuscum, insiat hepatis, & bullas emittat, misceantur, & ne quid adurat, continuo agitentur. Cum enim ita fuerit densum & fuscum, erit perfecte paratum: tunc itaque ex testa in orbem ligneum madefactum effundatur, ne adhæreat, & cum cæruleum colorem contraxerit, subtilissime tritum in alembicum vel poculum vitreum projice, spiritum vini optime rectificatum affunde, ut pulverem superemineat, ita enim confestim colorem flavum, croceum & sanguineum acquirunt: Spiritus autem vini colores & virtutes sulphuris sine mora extrahit, absque vilo alio auxilio & igne. Quando hoc factum, vitrum optime obturatum hypocausto impone: Et cum ibidem subsederit, extractio vero pellucida, rubra & rubino similis facta fuerit, tunc per inclinationem vasis in aliud speciale vitrum effunde, bene obtura & tanquam thesaurum incomparabilem reserva, quia est medecina excellentissima, trium primorum elementorum in sulphure extractorum calor, cura per quam honorem & gratiam adipisci poteris. Et est balsamus pulmonum.

Virtutes. Virtutes hujus essentia seu balsami sunt: primo, hæc extractio sulphur. est veluti ignis in microcosmo, quemadmodum ignis exterius in majori mundo. Sicut enim tineæ & vermes in vestimentis latitantes nihil æque timent & fugiunt, quam ignem: Et sicuti affectus erodentes in homine ut microcosmo ceu vermes in cute & carne; ita etiam nihil est, quod tantopere fugiunt, quam ignis spiritualis occultus, qui est essentia sulph. Quæ si omnes fistulas, vlcera exedentia, impetigines, morbum gallicum

licum, pustulas, vulnera vlceraque sordida cum penâ illicita, sanat, si videlicet cum hac ipsa essentia humectantur & abluuntur, & postea cum emplastro vulgari contegantur: abigit enim & interimit malam illorum & erodentem qualitatem, ne ulterius serpent, siue sint fistulæ, siue corrodens cancer, in quocumque loco corporis, eaque cum quovis unguento vel emplastro deinde facile curari possunt. Optimum autem & accommodatissimum ad hujusmodi vlcera est emplastrum Theophrasti ad puncturas. Corrigit etiam hæc ipsa essentia morphæam, & guttam rosaceam curat, sanatque vlcera quævis cum admiratione, & in brevissimo temporis spatio super omnia alia medicamenta. Ad interna Apostemata sumuntur ejus gutt. 1. 2. vel 3. cum spiritu vini. Est balsamus pulmonum Theophrasti, de quo ipse in lib. de vita longa circa finem, inquit: *In omnibus rebus tanta virtus non invenitur, quam in sulphure ad pulmonem, sicut ejus extracta essentia virtus est: valet etiam in febr. tertiana & quartana, & in icteritia.* Dosis gr. 4. in vino ante paroxysmum.

*ALIVS MODVS ESSENTIAE QVINTAE
Sulphuris ad medicinam, est
Balsamus Sulphuris.*

Sulphur ter per vitriol. sublimeretur, tunc vitro injiciatur & spiritus terebinthinae non tamen nimium, ut possit solvere, affundatur, itaque per decem noctes seponatur, ut sulphur lente possit dissolvi: convertetur ita in liquorem sanguineum: vel oleum terebinthinae separa, & remanebit oleum rubicundum, quod cum alcool spiritus vini circuletur: ita enim balsamum ex sulphure extrahet. Et quando loco moderate calido exposueris, omnes colores ex sulphure emigrabunt in spir. vini, & ab oleo terebinthinae

separantur : Spiritum vini sanguineum effunde & spir. vini per Bal. forte per distillationem abstrahe: hoc enim modo subsequetur quinta Essentia coloris sanguinci, effectu præstantissima & omnis saporis experts.

VSVS ET VTILITAS.

Hujus Essentiæ guttulæ 3. vel 4. cum aqua hyssopi epotæ, phthificis sunt mirum in modum proficua, *SVLPHVR ALBVM ET FIXVM:*

Medicamentum experitissimum & saluberrimum contra Pestem & alios morbos infinitos.

Sulphur flavum & electum in pulverem redactum in alembicum luto obductum projice, tantum olei vitrioli optimi, ut 4. vel 5. digitos supernatet, affunde, diligenter misce, capellæ arenæ ad sufficientem profunditatem impone, capitellum accommoda, & lente primo cum distillatione vsque dum oleum transcendat procede, deinde ignem in tantum adauge, ut vitrum incandescat, tunc enim sulphur sublimabitur, hoc permittite refrigerari, alembicum confringe, sulphur ex illo in aliud vitrum recens projice; oleum & aquam extillatam cum modico olei vitrioli recentis rursus affunde, ut antea destilla, & hoc toties repete, donec sulphur non amplius in altum sublimatur, sed in fundo album & fixum remanet, quod cito fit, tunc enim sufficienter erit paratum & purgatum.

¶ *Hujus sulph. ʒij, conseru. ros. ʒiiij. ol. vitriol. ʒj, hæc optime misceantur, & habebis egregium medicamentum, cujus instar nucis avellanæ mane quotidie, sumptum hominem à peste toto die præservat: dolores etiam lateris punctorios compescit, putredines internas præcavet: Et omnes immundities in hu-*

in humano corpore etiam cum miraculo abstergit.

OLEVM SVLPH. VITRIOLATVM.

¶ Sulp. viui q. v. admisce ei tantundem vitrioli lento igne liquefacti, ut vna inde fiat massa, hæc per descensum depellatur, & descendet oleum rubicundum in receptaculum.

OLEVM SVLPH. AD IMPETIGINES & maligna Ulcera.

¶ Sulp. citrin. ʒvj. sal. ammon. calc. viue anã ʒiij. optime cribrentur, alembico luto occluso immittantur & igne aperto destillentur, egredietur oleum pellucidum, quod est probatum.

FLORES SVLPHVRIS.

Sulphur primo sublimetur sicut scis: Deinde ¶ Flor. ʒ. x. myrrh. ʒj, aloes hepatic. ʒij, croci ʒʒ. pulverisata misceantur, & ut antea ter sublimentur.

VSVS ET VTILITAS.

Hi flores secundum qualitatem morborum & ægotantium vsurpantur, ad ʒʒʒij. vel ʒj. circiter in vino, aquis destillatis, pomo asso vel ouis ad promouendum sudorem: Ab omnibus febribus præferunt, ut à morbo caduco, asthmatis & omnibus affectibus pulmonum & pestilentia ipsi succurrunt, tussim recentem & antiquam mitigant, sudorem in Lue Venerea propellunt, impetiginemque abstergunt, Omnes præterea immundos humores & distillationes in toto corpore exhauriunt, & præ cæteris omnibus Luem Veneream curant, si vero flores à sale nitri, sale gemmæ & alumine plumoso aliquoties eleuantur, tunc ita subtiles redduntur, ut impetigines & virilignes ex fundamento possint eradicare, quod maximum est secretum. Effumatio ab hoc subli-

mato sulphure præservat ab omni putredine membrorum interiorum.

ALIUD OLEVUM SULPHURIS.

℞ Flor. Sulph. & vitr. calc. an spir. vini affunde ter vel quater lente per distillationem abstrahæ, hoc facto ol. baccarum Lunip. affunde. Et fiet oleum rubrum.

OLEUM SULPHURIS ACIDUM per Campanam.

Sulphur Polonicum vel aliud pulchrum in fragmenta mediocria confringe, de hoc vna vice aliquid, (quo vero minus, eo melius) in vas fictile angustum prius sit candefactum impone, hoc enim modo sulph. incenditur; & nunquam, quandiu aliud in vase remanet, extinguitur, quod tamen haud fietet, si vas prius non esset candefactum: hoc ita in med. phial. vitr. amplæ, angustæ tabellæ lig. quæ per obliquum sit accommodata, imponitur, ne fundum phialæ attingat, nec oleum lateribus campanæ effluens ei adhæreat. Huic altum & campanæ in modum efformatum vitrum superponitur, cooperculum & receptaculum accommodantur, & omnia luto optime occluduntur: ubi receptaculum debet esse amplum, ut spiritus satis habeant spatij & possint adhærere.

Cum his omnibus ita constitutis Sulphur pene est exustum, cum forcipe parvo semper de reliquis fragmentis plus impone, & tandiu ita perge, donec olei satis habueris: habebis oleum flavum pulcherrimum, & ad varios affectus vilissimum, quod rectius spiritus, quam oleum posset nominari, quia de meris spiritibus ascendit.

Primò autem opus incendij, ut antea dictum, diligenter est notandum; si quidem pene maximum artificium in eo est situm, ut nimirum sulphur continuo ardeat,

ardeat, alias enim non recte procedit quia semper extinguitur.

Secundò, antequam vitra super sulphur incensum ponas, ad excipiendum spiritum, ea prius sunt aqua optime eluenda, ut plurimum madefiant: ita n. spiritus lateribus humidus adhærent, & in momento in oleum vel sulphur resoluuntur, ac in lateribus defluunt: quod sane non minimum est artificium, per quod tanto magis olei acquiritur, quam alias: siquidem non tantum de spiritibus abit, quam si vitra essent sicca, & à spiritibus tandem humectantur: ad quod multum temporis requiritur: Et non opus est, ut in cellam vinariam ponatur, ut ibi in oleum fluant, quemadmodum alias est opus.

Purant aliqui, ex Sulphure Polonico hoc oleum non posse præparari: siquidem non possit incensum conservari; quod tamen falsum est. Si enim prædicto modo processeris, omnia felicissime perficientur, & nulla differentia Sulphuris est advertenda.

Sulphur Islandicum, quod angustas habet cannulas, estque crassius & pollicis instar latum, colore sanguineum oleum de se dat, si dicto modo præparatur, quod centuplo est in virtutibus suis pretiosius, quam vulgare, quod in colore flavum: quemadmodum Theophrastus in suis scriptis testatur, & hoc sit tibi communicatum pro secreto.

Prope Salisburgum in Bavaria præparatur Sulphur cum longis & angustis cannulis pollice paulo crassius, & de quo etiam oleum sanguinei coloris per campanam potest destillari.

Lintea in hoc oleo intincta & vermi in manibus applicata, eum quam primum necant.

Hujus olei granum unicum sumptum dolores colicos mitigat, ut & dolores punctorios calide appli-

catum & ejus grana duo in vino sumpta.

Contra contabescentiam \mathcal{L} *Axung. carnis human. ol. Juniperin. & ol. Sulph. omnia misceantur, & in unguenti formam redigantur*, hoc fistulas corrodescentes & depascentes, ac vlcera interna oris sanant omnemque putredinem superfluum eorundem absumit, recentem a. & sanam carnem non attingit, gossypio nempe exceptum & locis affectis illicitum.

Hoc insuper ita vsurpatum & dentibus affictum, ac cum forcipe chirurgorum rasum dentes facit albos, post quod tamen totum os vino erit eluendum.

Ad extirpandas verrucas, ea prius euellantur, & foveae hoc oleo impleantur, radicitus hoc modo extirpantur.

CURA FEBRIS TERTIANAE

& Quart.

\mathcal{L} *Fl. Sulph. gr. vj. in vino vel aqua aliqua sudorifera mane ante paroxysmum ebibe, idque bis ita reitera & curabis febrem.*

ADDITIO IN MAGNIS

Apostematibus.

\mathcal{L} *Fl. Sulph. ℥j. ol. nucista ℥j. aq. veronic. rectificata ad pondus omnium. Misc. F. potus.*

LIQVOR SVLPVVRIS.

Hujus processus & operatio est magnam mysterium, quod ego ex singulari dei gratia & beneficio ex scriptis Theophrasti dare & recte didici.

\mathcal{L} *Fl. Sulphur. lb̄ss. subtilissime triti injiciantur alembico luto obducto, infundatur optimus spiritus vini, in cineribus per octiduum digerantur, spiritus vini duos digitos transversos superemineat, qui alembico connecto lenta destillatione usque ad siccitatem abstrahatur, remissa tamen aliquantula humiditate*

hoc

*hoc absoluto refrigeretur, quater cohobetur, ultimo ad siccitatem abstrahatur, deinde ol. Juniperin. ℥jss affundatur: Et quia hoc statim imbibitur, itaque plus olei affundatur, donec materia eo humectetur, tunc quinquies lente abstrahatur, & secundum gradus procedatur, hoc enim facto Sulphur omne in alembicum sublimatur, quicquid vero in alembicum extillavit, acquirit colorem album instar lactis; quod signum est perfectionis: recipientem itaque amove, & materiam exime, quae est adeo fortis, ut ejus odor tolerari non possit, caput vero mortuum erit admodum leve, quod abjice: sulphur a. in alembico sublimatum prorsus est inutile. Cum isthaec omnia praedicto modo sunt absoluta, necessum erit ea dulcorare. Itaque \mathcal{L} *Theriac. opt. ℥jss, aloes hepatic. ℥j, croci ℥ij. mixta subtilissime conterantur, licet etiam spiritum vini superfundere, & ita humectare, ut eo melius possint commisceri, ita parata in vitro mundo ferventur: de praedicta medicina affunde, & in B. ita ebulliant, ne Empyreuma concipiant. Et quater alembicum transcendat, & quando hoc factum, non omnino extrahatur, sed humiditas aliqua relinquatur, quam ad inunctionem corporis reservare potes. Succus est medicina nobilissime ad Epilepsiam & omnes morbos pestilenciales.**

DE VSU ET VIRTUTIBUS HUIVS

liquoris, qualiter à Theophrasto sunt descripta.

Primò hic liquor praeservat à peste, estque utilissimus in pleuritide, & ad omnes exulcerationes & putrefactiones corporis.

Mane sumptus, toto eo die omnes morbos malignos, quales sunt pestis, pleuritis pestilentialis, & hujusmodi exulcerationes alias turissime praecavet,

ut & quæcunque febres. Tussim recentem & anti-
 quatam, plus quam dici vel pro palati potest, curat,
 Est etiam præservativum Epilepsiæ: & si quotidie
 usurpatur, custos sanitatis non immerito dici potest.
 Est & rectificator vini, quia impossibile, noxam ali-
 quam in vino remanere posse, cui hic liquor fuerit
 admixtus, omne enim malum ab eo separat, calcul-
 lum etiam & sabulum, Apoplexiam, omnis generis
 ulcera, catarrhos, tussim, febres, putredines & quæ-
 cunque alia tale vinum facillime præcavet: Et in
 his omnibus non habet, quod ei comparari possit.
 Contra colicam non est minus medicina præstantissi-
 ma, imo plura; in eo invenies, quam ego hic enarra-
 re potui.

DE LACTE SULPHURIS, QVO

Princeps Vranie usus fuit, quod pro
 secreto reserva.

℞ Sulph. opt. tenuissime triti, vel fl. Sulph. qui Sul-
 phure sunt præstantiores, ℥j, Sal. tart. ℥iij, his vitro
 saccharo destinato, luto obducto injeclis, tantum aquæ
 destillatæ affunde, ut sex digitos transversos superna-
 ret, & virri quatuor partes remaneant vacuæ, in ca-
 pella arene optime ebulliant sæpius cum baculo ligneo
 agitando, & cum incipit exiccari, plus aquæ destilla-
 tæ, attamen fervide affunde, idque tandiu repete, donec
 per spatulam sentis sulphur in fundo vasis pene disso-
 lutum, hoc percepto, ad tres digitos transversos ebul-
 liendo consumantur, ut rubedinem acquirat, tunc ita
 calida patina fictili vitreata injice, vinum acerbum
 sufficienter calefactum, vel pauculum de solutione ca-
 lida subito affunde, hoc enim factò, incipit ebullire, &
 fit album, hoc in aliud vitrum debita altitudinis in-
 jice, de solutione calida in patinam infunde, & vi-
 num calidum superfunde, hoc enim peracto Sulphur
 de su-

desuper resolvitur & transit in liquorem lacteum,
 quem priori affunde & ita procedendo perge, donec
 totus liquor hujusmodi colorem acquirat & in unum
 vitrum collectus fuerit. Necessum vero est, ut solutio
 Sulphuris in tartaro in continuo calore conservetur,
 cum scilicet vinum infunditur, quia nisi hoc fiat, se-
 inuicem non aggreduuntur.

Cum huc ulque in labore tuo perveneris, vas cum
 materia se pone, ut Sulph. solutum in crassitudine lac-
 tæ coagulati descendat in fundum: vinum a. quod
 in colore fuscum evasit, tandiu effundatur, donec
 materia in fundo in vinum sit collecta: quo viso suf-
 ficientem quantitatem aquæ destillatæ affunde, cum
 resederit, aquam rursus effunde, aliam recentem in-
 funde, cum resederit, effunde, idque toties repete,
 donec aqua effusa non amplius fusca appareat, nul-
 lumque odorem habeat, Sulphur veto album fundum
 omnino petierit: hoc ab humiditatib. separatam in
 hypocaulto exicca & in pulverem contere: vel si
 mavis, antequam exiccetur, aquæ Cinnam. destillatæ
 tantum, ut lacti simile fiat, affunde, & quoties de eo
 sumere cupis, diligenter commove.

USUS ET UTILITAS.

Balsamus hic ad humidum radicale est accommo-
 datus, confortat vires naturales, mundificat sangui-
 nem ab omni impuritate, ex qua ulcera vetusta & alii
 hujusmodi affectus exortiri possent. Et apoplexiam,
 paralyin, Epilepsiam, Elephantiasin & Lucem Vene-
 ream antevertit.

Pulmonibus vero est maxime specificum, præ-
 cavet & curat phthisin, mitigat recentem & anti-
 quam tussim, destillationes capitis exiccat & con-
 clumit, cerebrum corroborat, inflationi ventris, & do-
 loribus colicis resistit, consumptis & extenuatis est

amicissimus cum aqua cinnamomi, in lacteum colore mixtus & epotus. Dosis ejus est cochleare unum mane & vesperi, semper ante usum diligenter commixtus.

Si in forma pulveris usurpari debet, ad conditionem ægrotantis est dirigenda, ut vinum vel aquam in albedinem lactis transmutet. Potest autem in omnis generis aquis, ut in aqua Cinnamomi, Melissæ, Lavendulæ, aqua aliqua apoplectica, vel spiritu vini, usurpari.

In atrophîa juvat visibiliter, operatur enim in humidum radicale. In doloribus articulorum, podagra, Ischiadica & aliis hujusmodi morbis externis maximum præstat auxilium. Est ignis consumens, qui omnes ægrotudines imperceptibiliter, velut ignis lignum absumit.

DE OLEO SULPHURIS ET TARTARI, quod monetas quascunque parum adhuc argenti habentes, in aurum tingit, quæ tamen iunctura non est fixa.

De tartaro crudo aquam & oleum conjunctim destilla, tartarum calci ita immisce, ut tartari sit pars dimidia respectu calcis, ita mixta iterum destilla; sequetur primo oleum album & postea rubrum: ℞ Olei rubri ℥ j. Sulph. ℥ ß, misce, fiet fuscum instar jecoris: hoc in Bal. per dies 16. vel plures, purificetur. Deinde per retortam destilletur: habebis oleum flavum, in quo monetas vel lamellas argenteas ignitas extingue, acquirant colorem aureum intus & extra.

DE VITRIOLO.

Trochisci purgantes ex Sale vitrioli, si quis veneno infectus est.

℞ Sal. vitriol. pari. j. Sacchari parij. hac inuicem subtilissima

subtilissime conterantur & cum melle ad massam albam commisceantur: ex massa trochisci parvi ponderis granorum 15. fermentur: horum vnus cum cochleari aquæ veronicæ sumptus per superiora & inferiora purgat, & totum inde corpus ab omni immunditie & suspectis humoribus liberat, oportet autem post illorum usum tres horas jejuna; & per totos tres dies proxime sequentes de diætâ consueta in potu & cibo aliquid detrahere, proque potu solam aquam veronicæ vel sequentem mixturam viturpare.

℞ Sal. vitriol. gr. iij. vel v. Misc. cum Syr. aquilæ gæ restituatur sine dubio.

DE VIRTUTIBUS OLEI.

Vitrioli.

Membro alicui cute integra obtecto illitum maxime penetrantem calorem excitat, qui tamen non excoxiat. Serpignes omnemque malam scabiem illitum felicissime abstergit: ut & verrucas excrescentias ex morbo gallico exortas. Et ut ego ipse expertus sum, hoc oleum suo interno igne & aëre intus & extra corpus, absque omni detrimento cum incredibili vtilitate potest usurpari. Interius quidem ad guttulas aliquot cum aqua vel vino mixtum iis saporem acidulatum inducit, ita potum Ventriculorum corroborat, sitim extinguit & appetitum restituit.

Omnem insuper pituitam lentam & indigestibilem incidit & extenuat, malos humores expellit, hæc omnia penetrante sua facultate perficit.

DE OLEO VITRIOLI DULCI.

℞ Calc. vitriol. ℞ iij. huic acetum destillatum affunde, in locum calidum sepone, deinde abstrahæ, aliud adde & hoc quinta vice per duos dies semper oleum

*in retorta cum Manipul. ij. arena grosse destilla:
De Colcothare Virioli.*

Vitriolum fac colliquescere, in tartaro per tres horas optime exure, cum aceto destillato contere, posteaque iterum calcina.

SECRETUM ALICUIUS

Uratilaviensis.

℥ Vitriol, prius usurpati, & inde flavi & rubicundi facti q. v. ex hoc per alembicum igni forti oleum extrahe, illud diligenter reserva: corpus mortuum relictum minutissime contere, aquam fontanam destillatam affunde, sal ejus extrahe: huic extracto sal aquam rursus infunde, solve, filtra & coagula, hocque quater repete: hoc modo fit album instar nivis & est pretiosius auro.

His peractis ℥ Salis part. ij. olei part. i. misce, ad ignem exicca, hocque tandiu repete, donec sal duplex pondus acquirat, quam antea habuit: hoc sal ita præparatum cum tanto pondere olei vitr. in vitrum iniice, illud optime sigillatum per octiduum ad putrefactionem sepone, deinde capellæ arenæ accommoda, hoc enim facto intra dies 14. coagulabitur, & pulvis perficitur. Hic sal vel pulvis est præstantissima medicina ad omnes generis morbos eradicanos; ejus dosis est, quantum nummo unico imponi potest. Serva pro secreto & utere feliciter.

De modo Oleum Vitrioli & Antimonii simul extrahendi ad medicinam optatissimam.

℥ Vitr. rubr. opt. libr. ij. antim. select. op. alcoholati lb. j. destilla, aq. extillatam semper in vase Waldburgensi reaffunde, hocque toties reitera, donec antimonium & viriol. omne phlegma in se imbiberint & absumperint; hoc facto semper & continuo nocte dieque fortissime

fortissime usque ad quartum diem destilla, tunc phlegma in Baln. separa, remanebit oleum coloris sanguinei, quod per retortam rectificat, & per spiritum vini novem vicibus abstractum circula habebis oleum dulce, gustu gratum & maxime efficax.

**FLORES ANTIMONII OMNIUM
optimi purgantes.**

Oleum Salis destilla, in eo Antimon. quantum fieri potest, solve, in alembico primo igne lento, in fine vero fortiore destilla: transcendet oleum spiritum. Hujus olei aliquid alteri alembico impone, in cineribus iterum destilla, sequetur oleum rubrum, pulchrum & pellucidum, quod est oleum rubrum Antimonii & ex recipiente exinendum.

Vitro aquæ pleno hujus olei, quantum vis, infunde; oleum in modum farinæ albæ statim perit fundum: hoc viso aq. effunde, & aliam affunde, hocque tandiu repete, donec nullam acrimoniam in lingua perfereris: itaque dimitte ut exiccetur, habebis enim flor. pulchros & albos.

USUS ET UTILITAS.

Horum gr. iij. hydropicis per aliquot dies porrecta omnes ferocitates educunt, & leniter purgant. Licet etiam eorum gratia sumere in vino vel aliquo jusculo calido, & pondus pro re nata grano uno aut altero usque ad octo augere vel dosim diminuere, pro ut vires ægrotantis requirunt. Possunt non minus in febribus usurpari, purgant enim non solum per album, sed etiam per sudorem.

DE OLEO ANTIMONII

Aurificato.

Ab oleo vitr. processu suo præparato phlegma in arena uel cineribus abstrahere: essentiam vini rectificatam optimam superfunde, per dies 14. ita stare

permitte, tunc essentiam de ol. rursus abstrahe, & las-
minas auri candefactas in oleo extingue: ita enim de
auro aliquid resolvitur & in oleo remanet.

DE OLEO VITRIOLI THEO-
phraſti secreto.

℞ Ol. vitriol. per se rectificati ℥j. sui proprii salis à
capite mortuo extracti & rectificati ℥ss. ponantur per
dies 14. invicem mixta sub alembicum ad digestio-
nem: ita enim sal resolvitur & fit oleum admodum
pulchrum, quod reserua, hoc facto ℞ folia auri, qui-
bus pictores uti solent, cum gummi Arabico calcina,
ut fiat subtilis pulvis, hujus part. j. & olei part. ij. per
dies 4. Balneo impone: hoc enim tempore aurum in
oleum solvitur & fit medicina celeberrima ad omnis
generis affectus.

Hoc oleum vel aurum potabile conseruat homi-
nem sanum: penetrat omnia ejus membra, & abigit
omnes morbos, bis nempe quolibet mense usurpa-
tum.

Theophrastus Senatorem quendam calculo labo-
rantem quolibet mane posuit in sudatorium, vel stu-
pham, eique inde exeunti hujus olei dedit gr. xv. cum
vino, ita multos lapillos per urinam expulit, homi-
nemque intra dies 14. sanitati integre restituit.

Eradicat etiam omnes febres, præsertim vero quo-
tidianam, tertianam & ipsam pestem. Sistit dolores
colicos exterius illitum: curat paralyſin, illitum &
intus sumptum: ut & Ischiadicam, & liberat hydro-
picos à ferofitate, idque per sudorem.

DE PRÆPARATIONE

Olei Vitrioli.

℞ Vitriol. calcin. lib. iij. in pulverem tenuissi-
mum terantur, cum spiritu vini aspergantur, & per
retortam vitream sicut tibi notum, fortiter destille-

tur;

tur; rectificetur & ad usum asservetur.

VSUS ET UTILITAS.

℞. Hujus Olei tres vel quatuor gutt. mane jeju-
no stomacho vel vino malvat. vel aq. pimp. bibitæ,
cor corroborant & exhilarant, sanguinem mundifi-
cant, elephantiasin præcauent, caloremque natium
nutriant & conservant. Cum aqua sonchi potum ca-
niciem capillorum corrigit, capillos restituit. Cum
aq. melissæ vel buglossæ doloribus capitis à vertigine
provenientibus, & delirio vel mania ipsi resistit: cum
aq. lilior. alb. apostematibus, vbi tamen corpus prius
est purgandum. Cum aqua flor. vel rad. præoniæ epi-
leptiæ: cum aq. althææ. fœniculi vel anethi deperdi-
ta memoriæ cum aqua lactucæ vel papaveris albi
insomniis: cum borraginis vel buglossæ, melancho-
liæ; cum flor. vel rad. nenupharis mania & feruidi-
simis vlceribus piæ matris. Cum menthæ aquaticæ
paralyſi; cum basiliconis potum & illitum tremori
artuum: cum saluiæ spasmò, potum & illitum, cum
violarum vel faniculæ montanæ vel euphrasiæ debi-
litati visus; cum gladioli immunditici & humiditatis
cerebri, caputque purgat; cum salu. & hyssopi invi-
cem mixti apoplexiæ, cum morsus diaboli doloribus
punctoriis spinæ dorsi & malignitati sanguinis: cum
hyssopi & scabios. mixtis tussi vetustæ: cum plantag.
pust. linguæ: cum majoranæ & basiliconis mixtis
palpitationi cordis: cum rosacea inflammationi cor-
poris: cum menthæ refrigerationi venticuli: cum
absinthij moribus venenatis animalium: cum spi-
næ infectoriæ, doloribus matr. & cum mororum syl-
vest. angina.

DE COLCHOTARE DVLCIFI-
cato & creta vitrioli.

Colchotar si solvatur in calida, & rubor per ip-

ipsam diffusus separetur, post exhaletur, remanebit colchotat subdulce, quod remanet abstracta omni rubedine, creta vitrioli dicitur.

Arcanum Contra Scorbutum.

℞ *Ol. vitr. essent. sulph. & mag. thapsios viol. an.*
℥β. M.

Contra difficultatem anhelitus.

℞ *Olei vitrioli dulcis & olei anisi ana.*

Ad debilitatem stomachi.

Oleum vitrioli in vino potetur.

Ad anginam.

Olei vitr. guttæ quinque cum cochleari mellis rosacei vel succi rosar. mixtæ potentur, elevatur cum aq. prunellæ, in qua guttula 7. spiritus vitrioli infusæ sunt. Utere quando opus fuerit.

DE SULPHURE Vitrioli.

Vitriolum solvatur & filtratur, ut artis est, huic oleum tartari affundatur, tunc enim sulph. ad fundum retruditur, hoc cum aq. edulcoretur.

**QUOMODO SULPHUR VITRIOLI
ut butyrum deprimatur.**

Vitriolo soluto & filtrato ol. falis ammon. fixi affunde; ita enim deprimatur, hoc edulcora & cum croco Martis ad quævis ulcera vetusta usurpa.

DE PROCESSU OLEI SULPH.

Vitr. cum spir. vini imbibatur, deinde s. a. destilletur. Hoc enim si ita fit, expertus sum hanc additionem

nem res magnas & admirandas præstare. Si nempe sp. tart. correcti tertia pars respecta vitr. & quinta pars spir. aq. theriacalis camphorata respectu spir. vitr. adjungitur, & epileptico ante paroxysmum exhibetur. Sciendum enim est, hoc medicamentum tantam habere vim contra hunc morbum, ut major neque excogitari neque optari possit: hoc enim medicamine naturæ quasi cor attingitur: ejus vires mirum in modum eriguntur. Medetur autem non solum epilepsie, sed etiam aliis hujus generis affectibus, quales sunt syncope, ecstasis, & c. ut & omnibus opilationibus, internis apostematibus, suffocationi matricis, præcipitationi matricis & hujus generis aliis.

De præparatione Vitr. contra species morbi caduci, scilicet analesiam catalepsiam

& epilepsiam.

℞ *Vitr. cuperosi lb. iij. phlegma per distillationem abstrahere, idem corpori reafunde. verum ut antea abstrahere, hoc quinquies vel sexies repetere, & usque ad quartum gradum urge.* Dosis ejus ℥β. usque ad ℥β. ante & post paroxysmum. Si enim morbus ex vitr. gignitur, per eundem etiam debet extirpari. In sale autem vitr. est caducus, ideo de eo dandum, ut dixi in eo, quod habet operationem morbi.

Deinde ℞ *Vitr. sic præpar. ℥j. liquor. visc. querc. orizonis an. gr. xiv.* sedes autem caduci est in principio nuchæ, itaque nucha erit inungenda: quæ si in infantibus inungitur pinguedine castorei, juvabit multum.

De Spiritu & Oleo Vitrioli.

A Vitriolo communi sp. & ol. destilla & s. a. rectificata. ℞ *spir. viol. & aq. vitæ opt. an. lb. j. aq. ros. cypri gr. iij. moschi & ℥j. prædicti ol. sunt admixta, ℥iij. diligenter misce.*

Ufus.] Hujus mixturæ operatio non potest satis commendari. Ejus enim cochlear unicum in febris ardentibus exhibitum mirifice refrigerat. Non parum etiam præstat in sputo sanguinis, ex rupturis venarum præsertim vero thoracis, quod ego in multis sum expertus.

DE OLEO VITRIOLI corrodente.

℞ Vitriol. comm. ℥.vi. sal. comm. ℥.j.℞. vitr. f. a. calc. deinde utraq. commixta in retortam iniice, vel par latus destilla.

VIRTUS ET FACULTAS.

Cum hoc oleo omnis generis apostemata & putrida ulcera possunt aperiri. Quæ enim saltem superficialiter eo lavantur, statim cum miraculo aperit, carnem putridam absumit, & multa alia administrat.

QUOMODO VITRIOLO suum extrahatur sulphur.

Vitr. ℥. ij. coquantur in aqua usque dum solvantur, hoc facto filtratur, lebeti seu vitro iniiciatur, ℥. ij. ol. tart. guttatim tamen affundantur, & cum spatula lignea misceantur; tunc enim edet fragorem & sulphur ad fundum retunditur: hoc si subsederit, aq. per inclinationem vasis effunde, sulphurque exicca, ita enim erit flavum, candefactum vero rubrum colorem acquirit.

DE LIQUORE ET TINCTURA Corallorum.

Primo Coralli grosso modo contundantur, deinde in aceto destillato dissolvantur, cum satis soluti fuerint, acer. effundatur & aliud recens affundatur & iterum abstrahatur, hocque donec coralli omnes soluti fuerint, reperatur: tunc coralli ita soluti per vesicam

vesicam in arena integros dies 10. digerantur, donec color coral. appateat veluti vin. rub. hoc viso acer. prius tamen filtratum, abstrahere, donec coralli in fundo permaneant sicci, aq. hoc facto destillatæ tantum affunde, ut in ea omnino possint solui: hac aq. effumata aliam affunde, & quando etiam hæc evaporaverit & coralli sicci remanserint, ij in cella vinaria sub maritore plenissime solvantur: effluet enim hoc modo oleum rubrum pulcherrimum, quod in medicina ad multos affectus cum summa utilitate potest usurpari. Cum itaque coralli sunt edulcorati & sicci facti, tantum spir. vini, ut 4. digitos transversos supereminet, affunde, hic enim spir. corallo adhuc magis soluet & colorem perfecte extrahet: hoc extractum effunde, & alium spiritum vini affunde, ut magis extrahat, & hoc tandiu repete, donec spiritus vini non amplius tingitur: tunc extractum in arena destilletur, usque dum omnis sp. vini sit abstractus, & materia in fundo remaneat sicca; huic rursus sp. vini affunde, & videbis in fundo terram albam: solutum ergo rursus abstrahere usque ad summum, & hoc quinque, ita enim essentia corallorum remanebit in fundo coloris plane sanguinei, instar ol. spissi & à suo corpore perfectissime separatum.

ALIA EXTRACTIO CORAL.

Sp. vitr. corallo tenuissime pulverisatos iniice; optime perlutatum in circulatorio arenæ seu cineribus calidis impone: hoc enim modo rubor & tinctura in sp. vitr. extrahitur, quæ in morbo caduco cum sua additione & ordine secundum prudentiam Medici potest usurpari.

ALIUS MODUS.

Corallis subtilissime pulveris. ol. salis affundatur;

cum in eo soluti fuerint, ol. abstrahatur, aq. pluvia. destillata affundatur, & ita coralli edulcorentur, ut falsedo amoveatur: hoc peracto color per spir. vini extrahatur, extractio effundatur, & sp. vini toties per destillationem abstrahatur.

ALIUS MODUS.

℞ Corall. pulver. ℞. j. sal. comm. Man. igni vehementi destillentur: Exhib. ol. corallor. tinctura autem corallorum usurpatur cum aqua theriacali.

DE ANTIMONIO.

Oleum Antimonij Theophrasti.

Nemo hucusque fuit, nec erit etiam in posterum, qui vires & virtutes antimonij satis potuerit collaudare, in eo enim summum latet arcanum: & nihil etiam nobilius & præstantius contra elephantiasin reperiri potest: antimonio inest balsamus, quem per sale tartarisa. extrahe, cum sale armoniaco exalta, cum aqua pluviali destillata edulcora, exicca, super matmore iterum solve, & hoc tandiu reitera, usque dum clarum & lucidum cum omni rubedine appareat: hæc rubedo omnes fistulas, cancrum & morbum gallicum perfecte curat,

Antim. præparatum ad omnes morbos est utile: in primis vero ad Podagram, luem Veneream & omnes inflationes totius corporis: inhibet etiam destillationes: omne malum, quicquid illud sit, per purgationem expellit, & si nihil mali invenit, nihil etiam amplius aggreditur.

OLEUM ANTIMONII,

Processus probatus.

℞ Antim. subtilissime triti, & salis soluti art. ℞. iij. vitr. calc. ℞. j. sulph. minutissime triti lib. j. β. hæc omnia inuicem optime conterantur, cum aceto destillato ita humectentur, ut manibus subigi possint, hoc

hoc facto in retorta luto obducta primo ign. lento destillentur: cum omnis aquositas extillavit sp. candidissimi subsequentes, colore lento de gradu ad gradum urgeantur, quosque receptaculum incipit albescere, hoc viso refrigeretur: Habes enim oleum pulcherrimum omni pretio pretiosius æstimandum.

SUBLIMATIO ANTIM.

℞ Anim. ℞. iv. sal. amon. ℞. j. pulverisentur & 5. vel 6. horis sublimentur; habebis flores rubros.

FLORUM ANTIMONII

preparatio.

Antimonium subtilissime & in farinæ modum tritum in retorta vitrea luto obducta veluti vitr. igne lento destilla, in receptaculum vitreum excipe, extillabit lento gressu album, flavum & rubrum, itaque die nocteque urge, donec nulli amplius spir. sequantur; hoc viso vas refrigeretur, quicquid adhæret, deradatur, spir. vini rectificato iniiciatur, & in B. aliquoties abstrahatur, ita enim fiet pulcherrimum.

Ufus.] Est præstantissimus pulvis purgans ad omnes morbos, cujus dosis grana 4. cum aceto vel aqua melissa usurpanda.

FLORES ET TINCTURA ANT.

Ant. sulph. & sal. nitri partes æquales minutissime terantur, in uicem mixta ollæ fictili indantur, carbone candente adiecto optime exurantur, ollæ exempta iterum subtilissime terantur, cum aqua fontana coquantur, postea coagulentur, tertio terantur, iterum tantum sulph. & salis nitri, ut antea, addatur, ut prius coquantur & siccentur, hocque tertio etiam vice repetatur, post hæc denuo tritis ol. terebinth. affundatur in arena digeratur, effundatur;

& in B. de menstruo separetur: ita enim in fundo perfectam & genuinam habebis Antim. tincturam.

Antimonium pulverisatum in olla fictili lenteliqueſcat, & poſtquam ejus humiditas exhalavit alia olla ſuper prædictam aptiſſime accommodetur, & opus ign. vehementi urgeatur. Proſpiciendum vero, ut duæ aliæ ollæ ſuperiori in magnitudine omnino pares ſint in promptu, ut ſi ex una flores colliguntur, alia interim adapteretur. Doſis horum flor. eſt 3, 4. vel 5. grana intra corpus ſumenda.

TURBITH ANTIMONII VEL

Mercurius vite.

Ant. ſoluti lb. iv. iniiciatur ferri igniti vel ſtricturæ chalybis lb. i. ſufficienter liqueſcant, & cum ſiuit clarum & lucidum, tunc adde. ſalis nitri, Mart. ij. alium tamen Manip. poſt alium immitte, cum iterum clarum eſſiuit, effunde in infundibulum, ſacque regulum, uti ſcis, hujus prius tamen clarificati & ſal. ter ſuſilis facti ℥ an. lb. j. inuicem ſubtiliſſime conterantur & in retorta deſtillentur. Quidquid de hoc in receptaculum deſcendit, in eo veluti glacies concreſcit: in locum vero calidum repoſitum, in ol. muratur.

℥ Hujus olei & vitrioli Ungarici vel Romani ad rubedinem calcinati ana partes æquales, primo oleum, deinde vitriol. deſuper alembico vel retortæ impone, deſtilla, deſtillatum aquæ fontanæ deſtillatæ infunde: in hac enim veluti nix vel lac deſcendit: & hoc eſt turbith. antimonii, vel ejus Mercurius vite; aquam ſupernatantem, quæ eſt acris & acida, effunde, & peculiariter reſerva: turpethum autem album exſicca, ſpir. vini ter de eo abſtrahe, ita erit rite & perfecte præparatum.

EIUS

EIUS USUS.

Hujus turpethi 2. 3. vel 4. gran. cum theriaca aut quocunq; libuerit, uſurpata aut per aliquot dies vino infuſa, vinumque epotum, hydropicos ſine ulla mora reſtituunt, febres & morbum gallicum perfecte expellunt & epilepſiam certiffime eradicant.

Cohob Antimonii.] Aquam vero acidam, quæ cohob antimonii nuncupatur. per B. abſtrahe, & cum incipit acida eſſuere, recipientem amove, aquam ſequentem ſeparatim excipe; ultimo ignem fortifica: hoc enim factò ſubſequetur aqua flava, quam peculiariter aſſerva: vocatur hæc cohob Antimonij, & ad Baſamum ſulphuris uſurpatur.

ESSENTIA ANTIMONII.

Antimonium ſubtiliſſime pulveriſatum, uſquequo fiat pulvis cineritiuſ, calcinetur, ita tamen, ne ſiuit; quod diligenter eſt providendum. Cum ergo cineritium factum fuerit, igne vehementiori per 8. vel 10. dies reverberetur. hoc factò in grefſu ultimo igne continuo & vehementi procedatur, uſque dum pulvis fuſcuſ fiat.

Hujus pulveris reverberati ℥ ij. tantum aquæ vitæ, ut ſex digitos tranſverſos ſuperemineat, affunde, in B. per 12. dies deſtilla, & ſpir. vini per deſtillationem abſtrahe, invenies colorem in fundo, quem exicca & reſerva.

EIUS USUS.

Hujus pulveris in aqua ſoluti quatuor gut. æ ſumpra omnes febres, præſertim vero quartanam; hydrophem quoque, luem Veneream & multos alios affectuſ curant.

VITRUM ANTIMONII.

Antimonio calcinato in teſta liquato ſal nitri ad magnitudinem avellanæ iniiciatur, cum fluidum

factum fuerit, iterum tantum iniiciatur, ita tamen, ut quod primo iniicitur, prius fluat, antequam posterius iniiciatur. Et cum jam lucidum factum fuerit, ut rubinus; tunc taleolam radiceis bryoniae magnitudinis thaleri Imperialis & crassitudinis medii digiti stylo ferreo affixam super testam pone, hæc enim ita accommodata omnem venositate antimonij in se trahit, hoc facto effunde, & cum fufum fuerit, cum aqua rosarum & corallis rubris in pulverem redige.

EIUS VSUS ET VIRTUTES.

Hujus pulveris gr. vi. cum theriaca ad magnitudinem medice avellanæ & modico vini mane & vesperti sumpta, & aliquid de vino desuper epotum, per superna & inferna purgat; oportet autem hoc sumpto in loco calido manere & tres horas jejuna.

Quando Antimonium prima vice est fufum, sed in colore non satis pulchrum, secundo & tertio potest fundi donec tibi placuerit.

Hoc vitrum subtiliter contritum & affuso vino veteri in loco calido usque dum vinum coloret, relinquatur, vino enim evaporato rubedo seu oleum spissum in fundo remanet: huic spiritum vini affunde, ut antea, donec spiritus coloretur, relinque, spiritum evaporare permitte, donec iterum oleum remaneat. Hujus olei quinque vel sex guttæ, pro ratione patientis & aegritudinis assumptæ omnem putridum sanguinem per alvum educunt, & destillationes corporis podagricas & crurum emendant, vitri tenuissime pulverisati communiter dantur gr. ij. vel iij. in theriaca vel conserva ros. in quantitate fabæ vel parvæ avellanæ mane jejuno stomacho, & statim superbibitur hausti jusculi pisorum aut alterius,

& 3. vel 4. hor. à cibo potuque abstinetur. Licet etiam gr. 3. transcendere pro ratione personæ & morbi; & alii etiam rebus, quam theriacæ & conservæ ros. immiscere.

Quicumque hoc medicamine vitur, per 8. vel 14. dies, bonam dietam observet. Inservit præcipue ad inflammationes pulmonis & ventriculi, pestilentiam, melancholiam, febres chronicas, passionem colicam, icteritiam & hydropem: prædest etiam junioribus ad contracturas, & iis, qui forte venenum hauserunt, ad morbum gallicum & alios innumeros affectus.

TABULÆ STIBIATÆ.

℞ Vitri antimon. bene purgati ʒ ij. gum. trac. ʒj, sacchari albiss. in aq. ros. dissol. ʒiij, & in fine adde oleum anis. Misc. f. tabell. quarum dosis ʒj pro robustioribus: imbecillioribus vero ʒij vel ʒb.

ANTIMONIVM SALIS NITRI & Sulphuris.

℞ Antim. lib. ij. chalyb. vel clarior. longor. angust. lib. j. Sal. nitri lib. jʒ; chalybs vel clavi candesiant, ut in crucibulo fere fluant; hoc facto salem nitri in fragmentis una vice injice, crucibulum contege; ita in fluxu per mediam horam stare permitte; Et hoc peracto Sal. nitri ʒiij una vice adice, iterum per semiboram ita relinque, ubi crucibulū operculo & carbonibus sit objectum, tunc in patinam vel lavatorium effunde, superiorem scoriā abscice, ut regulus fiat velui marcasita, hoc viso iterum in crucibulo fluat: Et cū aliquandiu in fluxu steterit, rursus Sal nitri ʒviij. adde crucibulum operculo & carbonibus claudendo, denuo ut antea evaporent; & cave, ne carbo incidat in crucibulum ita per horam dimidiam, seu tres quadrantes in fluxu permaneant, ignem circa crucibulū

vehementer urge, iterum ꝑ Sal. nitri adde; in omnibus, ut antea, procede, fortiore tamen igne: Cum jam satis diu in fluxione permansit, rursus in lavatorium effunde. scorias si pulchre & flavæ non fuerint, abjice; ultimo hujus regulum denuo immitte, ut fluat, ut ante; Sal. nitri ꝑ adjice & ignem adhuc magis fortifica; & lavatorio infunde, scorias pulchras & flavas excipe & reserva, hoc enim factò super regulo stellam lignatam videbis, & ejus non mediocriter miraberis. Quod si vero Sal & Sulphur antimonij habere desideras, cum regulo perge, donec nihil nisi scoriae flavæ & pulchre sequantur; & nullus amplius regulus appareat, sed totus in scorias sit transmutatus: Tunc omnes istas scorias flavas in mortario calido contunde, aquam calidam affunde, & salem tandiu extrahe: donec aqua non amplius acuta fuerit, tunc donec cuticulam acquirat, coagula, & gutt. j. vel ij. olei vitrioli affunde.

Materiam vero citrinam exccatam residuam habebis, Sulph. antimonij præstantissimum remedium ad febres, pestes & alios morbos.

OLEUM ANTIMONII, QUOD mirabiliter sanat.

℞ Spir. vini ꝑ. ant. mast. thur. alb. myrr. rubra an. ꝑ. omnia subtilissime pulverisentur, in spiritu vini vase sigillato putrescant; postea primo igne lento, postremo vero fortiori destillentur: hoc omnes affectus, alias insanabiles curari possunt.

ESSENTIA ANTIMONII.

℞ Tart. part. ij. antimon. part. j. lente usque ad consumptionem humiditatis camententur; postea per horas 10. vel 12. fortius procedatur, hoc factò rubedo extrahatur, hæc rubedo effundatur, & aqua calida affundatur, tartarus de eo solvatur, donec nullam acrimoniam

moniam sentias, tunc spiritus vini affundatur, colore extrahatur, & usque ad oleum evaporetur. Ita enim erit perfecta, & præter quod refrigerat, etiam omnes affectus feliciter curat.

DE USU FLORUM ANTIMONII.

℞ Flor. antim. ꝑ. sacch. cand. ꝑ. camphor. ꝑ. bis viro injectis spiritum vini affunde, & ita coagula, invenies subtilem pulverem, cujus hydropico, & ad alios morbos primo die date poteris gr. j, secundo duo, & ita in dosi ascendere, quovsque satis esse putabis, & sudor sufficienter fuerit commotus; videbis miracula: morbo gallico infectis non opus est; ut pluries quam ter hujusmodi remedium exhibeas, tunc enim suscipe curam, quæcunque tibi placuerit.

USUS FLORUM RUBEORUM Antimonij.

Hujus Antimonij detur parum contra pleuritam, obstructionem pectoris & morbum gallicum cum aquis appropriatis. Modo enim sequenti æger in tribus vel quatuor diebus potest restitui Ægrum taliter in staphan, ut nil nisi caput exterius emineat, colloca, laminam ferream satis crassam & mediocriter candefactam sub scabellum, cui insidet, pone, prædictum pulverem ita laminæ insperge, ut evaporatio totum corpus pertingat, & sudorem ita per tres horas continuo urge: hoc enim modo in brevi tempore curabitur.

PRÆPARATIO OLEI ANTIMONIJ Sulph. vitrioli, absque omni corrosione.

℞ Antimon. sulphur. vel vitriol. quodquod vis, part. j. sacchar. albiss. part. ij. pulverisita optime misceantur, in retorta (ejus tamen non nimium) primo igne lento, deinde paulo fortiori destillentur; habe-

bis ad vsum internum mirabilem mundificationem & sanationem, tribus nempe ejus olei guttulis in a-
quam dimissis & ita sumptis.

ALIUD OLEUM.

Antimonij.

℞ *Antim. præp. libr. j. Sacch. cand. ℥ij. Mixta pulveriscentur & per retortiam in arena destillentur:* ita habebis oleum.

Vel,

℞ *Antimon. calcinat. lib. ij. Sacch. lib. j. mixta destillentur:* exhibit primo phlegma, deinde pulchrum & fulcum oleum, quod ad sequentes morbos, & apostemata maxime inservit.

VSUS ET UTILITAS.

Quicquid in humano corpore est immundum, si-
ue sit calculus, siue aliud quidpiam, hoc oleum edu-
cit: Erysipelas, dolores ischiadicos, condylomata,
angustiam pestem, elephantiasin, quæ in secundo vel
tertio gradu adhuc fuerit, (ulcerosa enim est omni-
no incurabilis) recentia & inveterata ulcera & vul-
nera; Epilepsiam & hydropem certissime bis in die
datum eodem modo curat. Ad passionem colicam,
febrem quartanam & omne genus februm dantur
ejus guttæ quatuor in vino. Epilepsiam & hydropem
etiam extra corpus usurpatum sanat: & ulcera valde
exiccat.

Nonnulli illud ita præparant. ℞ *antim. libr. j. Sac-
char. alb. & cand. libr. ℥ destillentur per retortiam,*
sexillabit album, rubrum & flavum simul; in Balneo
phlegma abstrahit, spiritum vini infunde, illudque
*quarta & quinta vice iterum abstrahit; fiet hoc mo-
do dulce & perfectum.*

QVO.

præparetur Vnum,

Dolio viginti mensuris musti impleto infunde olei
antimonij ℥℥, diligenter prius commista fermentent,
dolumque semper maneat apertum: De hoc vino
quotidie bis, ante prandium nempe & cœnam bi-
datur.

DE VITRO FLAVO ET RVBRO.

Antimonij rubri subtilissime triti lib. j. igne lento
per horas quinque, donec colore fiat cineritium,
calcinetur, postea in crucibulo solvatur, cum fluic,
carbones candentes injiciantur, crucibulum obtega-
tur, per horam integram in igne vehementi relinqua-
tur, postea inde eximatur, refrigeretur, & crucibu-
lum confringatur: hoc enim factio mel in fundo re-
peties, quod iterum id pulvrem redige, & ut antea,
donec sufficienter albescat, calcina, cum sale liquido
sumendo scilicet ad ℥ij. antimonij, ℥℥ salis, dissolue,
in fluxu per semihoram vel diutius relinque, hoc spa-
tio elapso in pelvim ex aurichalco effunde; ita enim
recte & pulchre cadet. Si vero non fuerit omnino
mundum & purum, tunc iterum dissolvatur, ut pul-
chritus evadat. Quod si vero vitrum flavum adhuc
rubicundius habere cupis: adde cuilibet libræ dimi-
diæ vitri vnicam dimidiam sulphur. flavi & electi, fiet
hoc modo rubino simile vel aliquantulum lucidius:
vitrum autem fuscum tantum prima vice est sumen-
dum; secunda autem vice fundatur per se. Quidam
pro sale fuso sumunt sal gemmæ & cum eo bis dis-
solvunt, tertio autem per se.

PVRGATIO EX ANTIMONIO,

qua solum per alvum, idque leniter,

& non per vomitum,

purgat.

℞ Vir. Antim. ad modum hyacynthi preparati & in pulverem impalpabilem redacti ℥iij Boracis Venet. etiam subtilissime pulveris. ℥ss. hac invicem mixta fluida reddantur & fiet virrum viride: hoc tenuissime teratur, & spiritus vini mensura dimidia circiter affundatur, in vase bene obturato extrahatur. Hujus extractionis quando purgare libet, sume quantum cortex nucis juglandis capere potest: purgabit, ut dictum, leniter per alvum & neutiquam per vomitum. Residuo materiæ iterum spiritum vini affunde, donec nihil amplius extrahat. (Notandum.) Ad purgandum autem vinum est sumendum, siquidem cum spiritu vini nil nisi sudorem movere solet.

ARCANVM EX ANTIMONIO.

Cum aceto aliquoties à sale extracto salem ex Antimonio calcinato extrahit: hoc enim floribus Antimonij est præstantius, & in multis casibus usurpari potest. Salem per acetum & argentum vivum invicem unita & per sublimationem, coagulationem & solutionem in oleum reducta, in oleum reducto, & hoc ipso modo, ut dictum edulcora. (Mercurius vitæ.) Vocatur hoc Mercurius vitæ, expellitque elephantiasin & Luem Veneream, & sumitur intra corpus ad guttulas duas cum aqua Cichorij.

PVRGATIO ET FIXATIO

Antimonij.

Antimonij ℥x. & Sal. nitri ℥v. minutissime invicem conterantur, in crucibulo magno vel fictili fortissimo carbonibus ignitis imponantur, primo lente, postea vero fortiter, ut materiæ fiant ruffæ, incendantur; hoc enim modo fragmenta metallica apparebunt: Sal vero nitri interim successive effumat: & si hoc modo semel calcinaveris, tunc salem nitri cum aqua calida ablue, alium recentem in ejus locum ut
antea

antea injice, & prædicto modo præpara: hoc etiam tertia vice repete. Et fiet Antimonium album & fixum eritque uti diaphoreticum usurpandum: graves expellit morbos per sudorem, valetque in febris & peste. Dosis ejus est ℥j. ad ℥ij. Ego febricitanti tertiana administravi ℥ij. Et egregie fui curatus per sudorem.

OLEVM ANTIMONII.

Callum & Fistulas.

℞ Antim. ℥ij. Mercur. sublimat. ℥ss. mellis ℥vj. mixta omnia, ut artis est. per retortam viream mediocri igne destilla: Et exibat oleum ad callusa & omnia maligna ulcera præstantissimum,

ALIVD OLEVM.

Antimonij.

℞ Antim. & Sal. gemm. in calcem vsti an. lib. iij, tria simul & permixta in modum olei virrioli destilla: emanabit oleum validissimum ad ulcera quævis atque putridam carnem & emortuam à viua separandam absque omni dolore: Estque ad ulcera summum remedium.

ALIVD EIVSDEM.

Oleum.

℞ Antim. & tartari calcin. an. ℥. j. mixta simul per alembicum candiu destilla, donec resoluta fuerint: Hujus destillationis ℥ij. Et alcoolis vini ℥ss paulatim excicari sinantur. & postmodum super marmore in loco humido in oleum resolvantur. Major & præstantior cura ad vulnera vix nunquam reperiri potest; exceptis vulneribus in capite.

DVLCEO. BALSAMVS ET

Mumia Antimonij.

Antimonium cum sale armoniaco, resolve, tunc demum pluviali aqua dulcorato, ac postea excicca-

tum super marmore toties resolvatur, colorem rubicundissimum, limpidissimum & perspicuum acquirit. Hoc medicamento fistulæ, cancroscque vlcera à morbo Venereo orta peruncta sanantur.

THEOPHRASTI LAVDANVM.
verum.

℞ *Ol. Antim. aloes hepatic. prepar. ana* ℥i. *aq. rosar. ℥ss. croci* ℥iij. *ambra* ℥ij. *Misc. fermentur Magdaleones.*

ALIVD LAVDANVM
Theophrasti.

℞ *Ol. antim. aloes hepatic. citr. ana* ℥i. *pone massam hanc in vitrum ad cineres calidos sine parum stillare, & concresecet modum massæ, ex qua fermentur pilule magnitudine grani hordei:* Hæ valent pro roborando capite & pulmone: in febribus item, tremore cordis, Symptomatibus epilepticis & similibus. *Dosis pilulæ 2. vel 3. ad summum 4.*

OLEVM ANTIMONII PVRGANS.

Antimonium crudum tenuissime teratur, cum oleo vitrioli calcinetur, postea per retortam destilletur, & aliquoties rectificetur: quo enim sæpius, eo melius. Hoc oleum rectificatum tabulæ vitreæ infusum in cella vinaria solvatur; & per alembicum destilletur: exhibit primo oleum vitrioli, quod observa & separatim excipe: secundum quod sequitur, erit oleum antimonij rubrum & valde pulchrum, quod in vitio mundo diligenter reserva.

V SV S.

Hujus olei gutta vnica in vino sumpta omnes affectus ex destillationibus ortos & oriundos per vehementem sudorem & vias vrinæ mirabiliter expellit. Et est valde bonum.

ANTIMONII SUBLIMATIO.

℞ *Antim. part. ij. Sal. ammon. part. j. subtilissime pulverisata in sublimatorium injiciantur, & ignis secundum gradus regatur, ascendet Sal ammoniacum, & colores antimonij secum rapit, quod vili est admodum mirabile: hæc materia per reverberatorium graduetur, ut perfectam summamque rubedinem acquirit, vel ad rubedinem sublimetur: hoc factò aliquoties ita mixta sublimentur, donec fiat materia subtilis, quæ in cella vinaria solvatur, & tandem oleum à Sulphure separetur, aqua, cui inest Sal ammoniacus, coaguletur: ita enim Salem ammoniacum recipies, qui dentio potest vsurpari.*

DE SULPHURE ANTIMONII
pulcherrimo.

℞ *Sal. tart. part. j. antim. part. ij. subtilissime terantur.* (Si vero regulam antimonij acceperis, erit melius) hæc diligenter mixta fluant, donec non amplius effument, hoc factò effunde, & videbis Salem tartari antimonio vel ejus regulo rubedinem extraxisse, in qua verum Sulphur antimonij latet, hoc tenuissime pulverisa, & sequenti modo procede.

Prædicto antimonio in vitrum injecto spiritum vini rectificatum & tartarifatam, vel acetum destillatum tartarifatam affunde, vitrum optime obturatum, ut rubedo extrahatur, digestioni committe: & cum spiritus vini vel acetum rubicundum factum fuerit, illud effunde: aliudque affunde, & id tandiu repete, donec non amplius tingatur. Hanc rubedinem pellicano infusam ad digerendum per octo septimanas furo equino vel cineribus calidis committe, & cum jam sufficienter putruerit, in cineribus per retortam vel alembicum destilla, habet is oleum antimon. dulce pulcherrimum perfectæ

rubedinis, hoc in Balneo tandiu separa, donec fuerit purum & nulli rei alienæ permixtum. Quod si vero vim corrodentem non omnino deposuit, per spiritum vini opt. effusum iterum vsque ad oleositatem abstrahe: ita enim verum habebis Antimonij oleum, quod erit dulce & omnis corrosionis expers: hoc lente admodum in lapidem coagula, cui lapidi rubedinem suam per spiritum vini extrahe, & spiritum rursus abstrahe, videbis ejus essentiam in fundo residere, quam aqua dulci ablue & iterum exicca, ita enim essentia quinta Antimonij perfectissime erit parata, qua utere, ut didicisti.

DE OLEO RUBRO ANTIMONII.

℞ Reguli Antimonij part. j. Merc. subl. part. iij. minutissime mixta conterantur & per triduum in loco humido exponantur, tandemque per retortam igne lento destillentur, exhibit primo aqua alba. Cum nihil amplius extillat, refrigeretur, aqua materiæ in retorta rursus affundatur, destillatur, aqua successive fortificetur, tandemque fortissime virgeatur, ita enim oleum coloris omnino sanguinei extillare videbis.

SULPH. ANTIM. PVLCHERRIMUM.

℞. Antim. rubri cum sale tartari præparati sicc. edulcorentur: horum sulph. part. ij. & Sal. Ammon. part. j. invicem mixta bis vel ter sublimentur, & edulcorentur: ita enim erit paratum: Hoc Sulphur leniter per alvum purgat, ita ut etiam infantes eo possint uti, ejusque dosis à granis tribus vsque ad sex.

QVO MODO TURPETHVM

*dulce minerale Theophrasti
preparari possit.*

Cum tartaro & sale regulum Antimonij præpara: hunc per fluxum ex selecto Sale & tartaro bis elari-

clarifica, hoc enim modo fit candidus ipso argento, hunc subtilissime contere in alembico parvo, sed oblongo & luto obducto interdum ad profunditatem trium digitorum in arenam dispone, tantum olei vitrioli rectificati, ut tres digitos emineat, affunde, alembicum convenienti operculo contege; in tantum ignem virge, ut manu adhuc arenam contingere possis: hoc enim modo in oleo videbis venulas, & spiritum album in imum & altum migrare, hoc calore continuo per diem integrum procede, tandem destillatorium refrigerare permitte, vitrum cum autulo ad id parato quatuor digitos supra materiam absconde, operculum convenienti cum brevi & amplo rostro adapta, & ita destilla, ut omnino nihil de oleo & spiritibus relinquatur, Residuum ex destillatorio exiit, in lapide subtiliter contere, ponderatum & phialæ injectum arenæ impone: ita enim primo fiet flavum, & ultimo sanguineum. Et hoc erit turpethum minerale dulce Anabaptista.

PRÆPARATIO OLEI ANTIMONII

contra Morphæam, Leporam, Elephantiasin, Ulcera & Vulnera.

Antimonij ℞. j. cum tartaro albo & crudo aceto destillato digeratur, destilletur & rectificetur.

FIXATIO ANTIMONII, QVA

convertitur quasi in lapidem vel rubinum, perdurans in igne sub lingua dulcis vii saccharum, tingens vinum veluti in sanguinem: Et est ad conservandum sanitatem hominis summum Arcanum.

Antimonij & Tartari partes æquales in testa per horam integram cum vehementia fundantur, & fusa in lavatorium projiciantur. Hoc facto ℞ Reguli te-

tenuissime triti part. ij. Mercurij loti & purgati part. j. ol. vitrioli part. ij; hæc invicem mixta & concrita in alembico calori lento accommodentur, extrillabit mixtura flavâ; quæ cum exiccata omnino fuerit, iterum subtilissime pulverifetur, spiritus vini affundatur, vsque dum tubedinem acquirat, tunc spiritus hic effundatur & alius recens affundatur, hoc quoties repetatur, donec non amplius tingitur. Hanc extractionem per distillationem abstrahe, videbis materiam in fundo in modum cere fluere. Hæc tabellæ infusa convertitur in lapidem instar rubini. Hoc antimonium curat omnes morbos & mitigat dolores cum spiritu scil. vini præparatum. Ejus nempe ℥j libræ integræ spiritus vini commixtus, per hanc medicinam Fernelius in Gallia multa miracula præstitit. Spiritus vini, cum quo oleum antimonij cum Mercurio sublimato præparatur, apoplexiam, paralyfin & læm Veneream pulcherrime emendat.

OLEUM ANTIMONII laudabile.

℥ Antimonij & Salis Hallensis ana ℥. iij. Sal tamē prius debet esse fustum, tenuissime trita & mixta per latus cribri diebus distillentur: hoc enim modo ℥iij, ℥iijß vel ℥v. extrillabunt. Hac enim ratione ex vitriolo calcinato oleum rubrum potest præparari.

FLORES RUBRI ANTIMONII.

Antimoniam & Sal tartari invicem conterantur: in fornacē venti fundantur, cum sufficienter fluit, guttatim aquæ frigidæ infundatur, huic tamen fornaci non adeo approximabit, ne à guttulis saltantibus lædatis: hoc factò acetum infunde, ut flores commodius descendant: hos exiccatos sacco inunde, ita enim aqua effluit & flores remanent, quibus

bus cum aqua calida optime edulcoratis, plus aceti aquæ affunde, ut flores descendant, quos edulcora & reserva.

DE SALE NITRI.

Salis nitri clarificatio.

Salis nitri quantum vis in cochleari fusorio soluto cochleari Sulphuris citrini non vna vice, sed panlatim affunde, ita enim fiet clarum & durum veluti lapis.

EIUS VIRTUTES.

Hujus ad magnitudinem trium pistorum cum aqua fontana sumptum omnem calorem nimium in corpore extinguit: sanat etiam anginam, gingiviarum putredinem, & fetorem anhelitus emendat.

OLEVM SALIS NITRI.

Hujus olei gr. iij, omni mane sumpta mundificant ventriculum & vesicam & partes eas in sanitate conseruant: cum vino in ore retentum putredinem oris corrigit & ipsam anginam curat.

SPIRITVS SALIS NITRI.

Spiritus hic aurum resolvit; ut fiat portabile ad Elephantiasin & alios morbos expellendum: purificat etiam sanguinem, in utroque sexu multa miracula præstat, & ad guttulas tres vel quatuor in vini cochleari vsurpatur.

LIQVOR SALIS NITRI AD confortandum cerebrum.

Sal nitri æquali mensura aquæ vitæ distilletur, hoc factò tandiu, donec fundum non amplius tangant, invicem distillentur: hujus ℥ß cum oleo nucis moschatæ ebibitus cerebrum peroptime corroborat & quoscunque illius morbos expellit.

Fit eo modo, quo oleum Salis viride, & est venticuli summa medecina: dosis guttæ iij, vesicam

à superfluitate liberat & putrilaginem ejus auferit: linguam nigram & calidam mitificat, & vlcibus carnis conuenit.

*PREPARATIO SALIS NITRI
in Pleuritide.*

℞ Salis nitri ℥ss. tartari crudi ℥j. destilla sexies per alembicum: dosis ℥ss. vsque ad ℥j, in aqua fontana, mane, meridie, vesperti & media nocte: operatur autem per vrinam: & non per secessum: quia apostemata non egent evacuatione per aluum, sed per vrinam expelli.

OLEVM SALIS NITRI.

Salem nitri optime clarificatum cum pulvere laterum vel Silicum permisce & ut vitriolum destilla, acquiris spiritum & oleum.

DE SALE.

Oleum Salis non sane est labor frustraneus: primo enim peroptime extinguit sitim: secundo resistit putredini, & tertio appetitum restituit: quicquid etiam in vulneribus & vlcibus est putridum, hoc sale asperso in vnica quasi hora absque omni dolore abstergitur. Nonnulli hydropici hunc salem usurparunt, & in decem diebus nulla siti sunt molestari: non autem est acre, ut cetera Salia, sed dulce & in sapore succo ex pomis sylvestribus expresso simile.

OLEVM SALIS.

Salis vulgaris & Salis nitri partes æquales commisceantur luto figulorum, ex hac massa formantur orbiculi: hi postquam exiccati fuerint per retortam primo lente, deinde fortissimo igne destillantur: liquoris inde destillati lib. j. cum ℥iiij Salis fusi mixta per 24. horas dimittatur, deinde etiam per retortam destilletur: ita enim majorem acrimoniam

CHYMICE DESTILLATIS. 151
moniam acquirat, & simul etiam augmentatur: hoc autem repete aliquoties, donec spirituum satis acquiseris, ab his phlegma per B. abstrahere, & in arena adhuc semel rectifica, fiet clarum & perfectum.

HUIUS OLEI VSUS.

Hujus olei gutt. 6. vel 8. cum aqua fontana vel vino mixta & icterico mane & vesperti exhibita, morbum euellunt: purificat præter hoc etiam immundum sanguinem & omnia interna membra, ejus in septimana bis ad guttas 4. vel 5. sumpta præseruant hominem ab omnibus morbis, & Symptomatibus: conducit etiam ad hydropem, pleurisin & ventriculi immunditiam.

SECRETUM CONTRA

Hydropem.

Oleum modo optimo ex Sale per retortam destilletur. Cum hoc Sulphur subtilissime sublimatum immisce, ut fiat instar pulvis, tunc iterum per retortam destilla. Extillabit liquor instat lactis, qui maximum est secretum aduersus hydropem, quo præstantius vix reperiri potest, ut non minus contra omnia venena, & omnem immunditiam scabiei à cute abstergit.

OLEVM SALIS.

Olei Salis & aluminis æquales partes calore conuenienti solvantur: Hoc oleum Salis per aliquot dies exhalatum aquam omnem hydropicorum brevissimo temporis spatio educit. Epileptico dedit cum aqua vitæ, eumque auxilio Divino restitui: Febres ad tres guttas potum eradica: Contra ictericiam usurpantur ejus tres vel quatuor guttæ cum aqua vitæ: omnia quin & decurtata membra extendit, & paralyfin, sive apostemata, illitum emendat, quia nempe vehementer penetrat. Omnes

ferè ejus virtutes est impossibile enarrare.

℞ Succ. viol. elect. Luniper. an. q. sol. Sal. Misce,
& de hac mixtura quavis mane jejuno stomacho
grana tria sumantur; præservat toto eo die ab Apo-
plexia & ab omni aère contagioso: corroborat cor
& totum corpus, restituit amissam loquelam: & à
pueris à gravidis decumbentibus tuto potest
vsurpari: partum enim faciliat, eique colorem natu-
ralem conservat, hydropem etiam educit, quotidie
vsurpatum omnes febres eradicat.

Elephantiasin, pestem, apoplexiam, & ictericiam
cum oleo Salis & saccharo candi in formam Ele-
ctuarij redactum mane sumptum curat.

ARCANVM SALIS.

Ol. Salis cum ʒj ol. Absinthij mixta, ejusque om-
ni mane grana tria sumpta in hydropè sunt probata.
℞. Ol. Terebinth. albiss. huic ʒj aq. scabiol. admil-
ce & ejus cum pondere vnius nummi de arcano
Salis pesti affecto exhibe, eumque ut sudet, con-
tege.

DE TARTARO.

SALTARTARI VITRIO- latum.

Oleum tartari guttatim in quartam partem spiri-
tus vitrioli rectificati infunde, descender in fundum
Sal album, quod est dulce & ad vsum nobilissimum.

EIVS VSVS.

Hydropem, calculum & varios alios morbos e-
mendat, & sudorem provocat. Miscetur autem cum
melle rosato vel alio Syrupo. Estque ejus dosis à ʒss
ad ʒj cum vino albo.

SPIRITVS TARTARI.

rectificatus.

Dosis hujus grana 7. 9. 15. in vino, aqua mellisæ
vel

vel perforatæ. Sumpto vero hoc spiritu æger ma-
neat in lecto, ut sudet: tollit omnes oppilationes
membrorum.

QUOMODO OLEVM TARTARI reddatur dulce, ut interius & ad vulnera possit vsurpari.

Oleum tartari in cella vinaria solutum in arena
fortiter destilla, iterum solve, fortiterque coagula:
huic pulveri spiritum vini affunde, in Baln. extrahere,
effunde & alium spiritum affunde, ut tres transverso
digitos emineat, hocque tandiu repete, donec spiri-
tus non amplius fiat rubicundus, nunc spiritum vini
ter vel quater destillando abstrahe. Quando vero tar-
tarus in spiritu vini solvitur, ab infu. & effusione erit
abstinendum, sed solummodo spiritus vini sæpius af-
fundendus, ita in locum calidum aliquandiu collo-
candus & per destillationem fortissimam abstrahen-
dus, & hæc affusio & destillatio tandiu repetenda,
quousque fiat adeo dulce, ut in vulneribus non am-
plius mordeat: Hoc peracto spiritum vini ad siccita-
tem usque abstrahe, pulverem lapidi solutionis im-
pone, ibidemque solve. Et hoc est oleum tartari dul-
ce vel aqua tartari: cuius dosis est ʒj. ad pulmones
nempe & vesicam exulceratam atque alios internos
affectus.

Spiritus Tartari.

Tartarum igne libero & aperto destilla: exhibit
hoc modo spiritus una cum liquore sætentem, cras-
so & nigro; hunc in destillatorio cum suo alembico
per Baln. destilla, ita exhibit spiritus lucidus & clarus
cum oleo aurei coloris, quod per separatorium à
spiritu erit sejungendum. Spiritum cum tartaro re-
centi per Balneum rectifica, hoc enim modo fiet ad-
huc elegantior & lucidior, quanto enim pluries cum

rectificaveris, tanto subtiliorem, præstantiorem & penetrantiorem reddideris. Et ita erit ad usum optime paratum.

MODUS CONFICIENDI

liquorem Tartari.

Fæcibus nigris in retorta relictis aquam feruidam affunde, ejus salem extrahe, hoc factò coagula, reverbera & per duas vel tres horas calcina, ne tamen fluat: tunc iterum aqua destillata solve, & per chartam filtra: sic enim fæces multæ & nigra materia in charta remanent, his abjectis colatum iterum coagula, reverbera & solve, hocque solvendo, filtrando, coagulando, & reverberando, donec nullæ fæces conspiciantur, quater vel quinquies repete, & erit perfecte absolutum.

Hujus Salis tartari reverberari unciis octo spiritum vini optimum affunde, & in pellicano vel circulatorio. Hermetis luto sigillato per 14. dies vel diutius in ventre equi digere, ita n. essentia colore rubra translucida instar rubini extrahitur: hoc viso vitrum confringe, essentiam in alembicum effunde, & spiritum vini abstrahe, remanebit liquor rubicundus colorem rubinum referens, odotis optimi & operationis validissimæ, qui vera & genuina essentia tartari nominari potest & debet: Spiritus vini fæcibus reasfundi & denuo abstrahi potest, donec extrahere aliquid valet, quod penes quemlibet esto.

Virtutes Spiritus Tartari.

Hic sexies debet rectificari, & deinde cum spiritu vini circulari. Hujus guttæ x. cum aqua menthæ sumptæ præ cæteris omnibus conducunt paralyti, & totum corpus virtute sua penetrant.

Usus Liquoris Tartari.

Ex hoc prædicto liquore circulato & fermentato cum

cum saccharo candi fac amalgama: & si in corpore malum perferentis aliquod, hujus amalgamatis instar pili cum haustu vini ebibe: avertit omne malum & dolores, qualescunque illi fuerint, & te usque ad finem vitæ sanum conservat.

Virtutes Olei Tartari.

Hoc oleum omnes maculas, ex pannis laneis abstergit; ut & ex manibus, si hoc ipso oleo lavantur, carnem putridam ex ulceribus eradicat. Hujus ℥j. cum ℥ij. conservæ rosarum, & ℥ij. aq. rosar. haustus ventriculum ab omnibus morbis liberat, maculas quinetiam faciei abstergit, si ejus parum sumatur & cum aquis convenientibus misceatur.

Hujus olei tartari ℥j. cum vino optimo ante ingressum stuffæ haustus calculum renum & vesicæ infringit, sabulumque expellit, & stranguriam corrigit. Oleum tartari, in quo cerussa, & camphora dissolutæ sunt, omnes serpigines amovet, cutem mundificat & ulcera putrida, si ea lavantur, persanat. Contra pustulas oculorum ex lepra enatas, eger prius balneum debet intrare, sequenti vespera iturus cubitum loca pustulis infecta hoc oleo jungeret; ea postea linteo diligenter contegere, ne ab aëre, antequam oleum exiccetur, contingantur. Hoc mane & vespere reitera: videbis eas evanescere. Hoc oleum etiam verrucas manuum & aliorum membrorum felicissime eradicat.

Remedium ad Vulnera.

Ad hujuscemodi medicamentum præparandum, quod vulnere quorumcunque labra hiantia contrahit, & ea veluti scriniarius cum suis tabulis ligneis facere solet, conglutinat, magna requiritur exiccatio & stypticitas, quæ carni solummodo conveniat. Ad talem itaque præparandam tartaro ad summam

albedinem calcinato affunde spiritum vini circula-
tum, & usque ad caput mortuum vel extremam sic-
citatē, quantum potes, & ut vitrum intus & extra
excandescat, destilla, hoc viso aliud infunde, & tan-
diu, ut antea, procede, donec sp. vini circulator fiat
omnino dulcis, qualis per se ipsum solet esse hunc er-
go per se resolve, & quicquid resolutum fuerit, est
remedium ad vulnera, & Balsamus vulnerum speci-
ficus potest nominari.

QUOMODO SALTARTARI

*album per spiritum vini possit
Crystallinum reddi.*

Sal tartari album quater solutum, filtratum &
coagulatum in amplo vase cæmentationis, usque
dum fiat cæruleum, reverbera: hujus Salis tartari
cærulei part. j. & spiritus vini part. iij. Balneo im-
pone, acquirit spatio 40. dierum pulcherrimam ru-
bedinem: hoc viso affunde, alium spiritum affunde
& ut antea procede, donec spiritus vini nullum am-
plius colorem extrahit, & Sal tartari perpulchrum
lucidum & in duritie auri in fundo residet. Spiritum
vini per intervalla effusum in phialam collige, & Bal-
neo impone: rubedo enim hoc modo in phiala coa-
gulatur, & in spiritu vini instar butyri flavi innata-
bit: Spiritum igitur vini de ea effunde, materiam ve-
ro flavam in cineres projice, vertetur enim ibi in
pulcherrimum lucidumque oleum. Cum hoc oleo
crocum Martis in oleum ipsum solvi. Salis tartari
Crystallini part. j. & ol. vitriol. par. iij. in cineribus per
integrum mensem digerantur, acquirit formam pul-
tis: Hujus ego accepi partem unam, sequentis olei
partes tres, his addidi partem unam præcipitati, ita
mixta per mensem cineribus imposui, & cum hoc
tempore elapso patinæ argenteæ candefactæ infun-
derem,

derem, fluebat ut argentum candidissimum, parum-
que de eo fuit amissum: oleum vero ita præparatur.
*℞ Vitriol. crudi part. ij. vitriol. calc. part. j. animon.
part. ij. destilla, ut fiat oleum.*

Solutio Tartari.

Ex Sale tartari cæruleo per spiritum vini rubedi-
nem extrahe, ut in præteritis fuit dictum, & remane-
bit rubedo in fundo, instar olei.

Sal Tartari Cæruleum.

Sal Tartari vulgaris in crucibulo tandiu cande-
scat, donec colorem cæruleum contraxerit.

SALTARTARI

Rubrum.

Sal tartari album igne vehementi tandiu fac flue-
re vel colliquescere, donec fiat rubrum: tunc funde.

Nota.

Sciendum sane, Deum rerum omnium condito-
rem maximum, naturæ tor & tanta dedisse miracula,
ut nulla sapientia id possit capere, nec lingua homi-
nis satis celebrare.

Tartaro calcinato & rectificato vasi vitreato in-
dito spiritum vini, non tamen fortissimum affunde,
tartarum tamen invenies satis robustum; priori spi-
ritu effuso, alium affunde, ut antea destilla, & hoc ad-
huc bis reitera: post quamlibet enim imbibitionem
evadit efficacissimus. Si vero ejus vires ad centu-
plum augere cupis, tartarum solve, aquam cum sale
ammoniaco in vitrum conice, vitrumque, ne vires
ejus exhalent, optime occlude. Cum hac aqua
omnia vulnera & quamcunque scabiem curare po-
tes. Si adhuc fortiorem cupis, adde aquam vim igni-
feram habentem, & de qua supra dictum, adde plus
& fortius hoc modo operabitur, quam ignis inferna-
lis: Mercurius sublimatus huic aquæ injectus, in ea

reviviscit : ab omnibus etiam corporibus calcem hæc aqua reducit.

MEDICAMENTUM

Exiccans.

Oleum tartari sulphuri, usque dum fiat rubrum adijce; hoc oleo omnem scabiem & ulcerationes quascunque illitum sanat. Est etiam ad multa alia exiccationem requirētia, ut serpiginem impetiginem & cætera hujusmodi remedium optimum.

CONTRA DOLORES IMMENSOS

Capitis.

Oleum Tartari cum magisterio radicis correcti est temperatissimum mixtumque medicamentum & præstantissimum arcanum: Danturque ejus robustis & constantis ætatis hominibus grana 15. mediæ ætatis 40. junioribus & sexui fœmineo infra viginti annos 12. vel circiter.

Si dolor fuerit ex causa calida, fumatur cum aqua florum Sambuci, vel sua aqua propria, vel cum aqua rosarum, liliorum convallium vel acetosæ. Si ex frigore, cum vino, aqua vitæ, aqua plantag. Quo ad tempus, nihil interest, quodcumque usurpetur.

ARCANUM CONTRA DOLORES

Arthriticos.

℞ Spiritum tartari & spiritum salis.
AD HYDROPEM.

℞ Spiritus tart. spir. vitriol. an. ℥℞. aq. theriacal. ℥j. lotur & destilletur. Ejus dosis est ℥j.

OLEUM TARTARI EX TARTARO

crudo destillatum.

Tartarum crudum pelle per retortam vitream, more stygiæ producit magnam copiam spirituum alborum, qui tandem in aquam & oleum crassissimum & fetidum convertuntur; separatur autem

oleum

oleum illud spissum ab aqua per infundibulum, quod ulceribus exiccandis & curandis confert. Aqua autem si cum colchotare bis vel ter destilletur, ita putrificatur, ut fœtorem prorsus amittat: ad pellendas autem omnium vitcerum obstructions, lienis præsertim & hepatis atque ad omnes morbos tartaricos valde conducit. Cui medicamento si vim & facultatem adaugere velis, illud circulabis cum vini spiritu in B. per 4. dies, deinde separato per Balneum menstruo, remanebit tibi spiritus tartari ad prædicta optimus.

BALSAMUS TARTARI.

℞ Tart. crud. ℔. ij. sal. nitri, salis fuliginis & salis fecum aceti ana ℥ iv. calc. viva ℔. ℥. omnia minutissime confusa iniiciantur in vas non vitreatum acriter obturatum; calcinentur 12. horarum spatio. calcinata solvantur in aqua calida per filtrum destillentur, post coagulentur & deinceps calcinentur, iterum denique calcinationes, solutiones & coagulationes repetantur: cum iniiciantur omnia in alembicum, simulque acetum destillatum infundatur, ut digitos quatuor supernaret. Destilletur acetum in Baln. ac liquor dulcis emanabit; cum infunde iterum acetum, ut destilletur, idque tandiu, dum non amplius sit dulce, sed acidum fiat & quale prius infudisti, per alembicum efferat, tunc omnia valido igne per retortam destillato & prodibit oleum feruidissimum, cujus utilitas vix satis prædicari potest. Hoc eodem modo, si volueris, totum sale tartari per alembicum pelles, ex quo præstantissimum ac saluberrimum oleum efficies.

PRÆPARATIO TARTARI
contra Phthysin.

Tartarum optime circularum cum aqua vitæ re-
ctificata primo igne lento, deinde fortiori destilla:
aquam primo egredientem separatim reserva, postea
etiam sequens oleum: olei istius dabis guttam unam
in jure ranarum optime cocto phthifico aut aliis, qui
fere omnino sunt arefacti & exiccati, & Deo exi-
um committe.

SAL TARTARI VITRIOLATUM.

Spiritum Vitrioli optime confectum guttatim
cum sale tartari crystallino permisceto (hunc autem
salem expurgatum oportet esse diversis solutionibus
& coagulationibus cum aqua agrimonie factis) mix-
tio tandiu continuanda, donec $\frac{3}{4}$ j. sp. vitr. super $\frac{3}{4}$ lb.
salis prædicti superfuderis. Hæc in Baln. ponito per
aliquot dies: & facies coagulatum, quod diligenter
asservabis.

OLEUM TARTARI
Vulgare.

Tartarum calcina, in cella vinaria solve, & solu-
tionem reserva, cum illo ad emaculandas & ornan-
das facies mulierum volueris uti, ejus parum cum
aliis aquis appropriatis, ut flor. fabarum, ros. poly-
gonati &c. misce, & cum hac mixtura faciem lavent:
omnem enim immunditiam sua corrosione aufert,
cutemque puram & lucentem reddit. Evellit quin-
etiam maculas ex pannis, & manibus: ulceribus om-
nem carnem putridam exedit. Si ea laventur & ad
multos alios affectus conducit, ejus nempe \mathcal{D} j. cum
 $\frac{3}{4}$ iij. mellis rosali & $\frac{3}{4}$ iij. aq. rosar. usurpatus.

CURA

CURA HYDROPI

Spiritus Vitrioli cum spiritu tartari ita misceatur,
ut tertia pars sit spiritus vitrioli bene ab oleo separa-
ti. Detur quotidie mane & post meridiem \mathcal{Z} j. in aqua
appropriata, curat. Est secretum D. Eucharj Sulz,
cui multum confidebat: ut & electuatio de limatura
chalybis.

AQUA TARTARI AD
Pestem.

A Tartari crudi lb ij. spiritus destillando per re-
tortam, usque ad siccitatem extrahantur. Deinde
aquam, quantum ejus fuerit & tantum spiritus vini
innicem mixta iterum per phialam vitream destilla,
tandemque per arenam rectificata, habebis liquorem
tartari. Hæc autem destillatio in principio commo-
dius fiet cum spiritu vini; quarta autem vice adde-
re potes rad. dictamni, Enula, Valeriana, angelic.
iberiaca an. destillentur per vesicam vel Baln. Et
peste infecto cum aqua scabiosa vel dictamni exhi-
beatur.

Nota.

Sitartarus ille, à quo spiritus & oleum per destil-
lationem sunt abstracta, cum sulphure calcinatur, fit
crystallinus & pulcherrimus.

SPECIFICUM PURGATIVUM.

Magisterium tartari & magisterium vitr. in unum
simul commisce, æquales partes croci adde & ad
digestionem in pellicano in arenam permensis spa-
tium mitte, deinde serva. Hæc purgat etiam excre-
scencias. Si plura de hujus medicamenti viribus
scire desideras, vide Theophrastum in sua archi-
doxa.

L

SPIRITUS MASTICIS.

Libræ uni Masticis subtiliter pulverisati spiritum vini affunde, aquam extillatam per dies aliquot digere, deinde spiritum è Balneo abstrahere, in cineribus extrahere, post hoc fortius urge, sequetur oleum rubrum. Spiritus ad passionem colicam est efficacissimus, illam enim quamprimum sistit, saporem admodum jucundum habet & ultro etiam stomacho conducit.

SPIRITUS ANISI.

Semini anisi contuso vinum generosum affunde, per aliquot dies digere, spiritum abstrahere, præcedenti paucum fermenti iniice, fermentare permittit, tandemque per vesicam destilla: accipies oleum.

Crystalli Calciniatio.

℥ Crystall. ʒ j. sal. ammon ʒ iv. optime pulverisati sublimentur, hæc sublimatio sexies repetatur & Crystalli semper amoveantur. ℥ Crystalli elevati ʒ β. aq. destillat. ʒ iij. reducantur in alcool. Ejus dosis ʒ β. Hæc præparatio peculiarem habet vim & efficaciam augendi lac, ubi illud in lactantibus deficit, & usurpatur ad ʒ β. in oleo amygdalarum dulcium recenti.

Nota.

Essentia crystalli cum aqua cardui ben. vel alia appropriata pota calculum vesicæ confringit & expellit. Cum vino vero rubro usurpata dysenteriam & fluxum album mulierum inhibere dicitur.

ALIA PRÆPARATIO.

Crystalli ex montibus subtiliter pulv. per 6. horas
ita

ita reverberentur, ut flammæ exeant, tantum aque urticae, ut sex digitos supernates, affundatur, per decem dies ita dimittantur, & postea destill. transcendet bona pars crystallorum, plus ergo aquæ urticae affunde, ut ante dimitte, hocque tertio repete, transcendent crystalli omnes: tunc parum salis fluidi iniice, hoc facto oleum ad fundum separabitur, aqua vero manebit superius: hanc ergo effunde & aliam recentem affunde, & tandiu solvetur sal, donec fiat dulce: ol. ʒ β. vel ʒ j. data, est expertissimum & probatissimum medicamentum ad tenum calculum & vesicæ.

Aqua de Calce Viva.

Hæc aq. secundum artem præparata ad ulcera est admodum proficua: linteis nempe excepta & veluti emplastrum ulceribus applicata; exiccat enim omnem purulentiam, mitigat dolores, carne replet, & inflammationes cum admiratione perquam breviter extinguit, & ad feridas, & putridas pustulas & ipsam Luem Veneream plurimum confert.

Oleum de Calce Viva.

Calcem vivam cum duplo salis ammoniaci in porphyrio triti sublima; fætet ut stercus, & liquefit armoniacus. Et si sublimatur, recedit & remanet calx, & durefcit: posita vero in patellam æream, liquefcit in humorem, quem oleum calcis vivæ nominant.

MAGISTERIUM ET EXTRACTIO
Gemmarum.

Gemmas pulverisatas & ad modum reverberationis calcinatas libræque vini vulgarij nitri alium commixtas ad calcem sufficienter combure, calcem hanc cum spiritu vini tandiu abluc, donec materia

reliqua inveniatur, hanc ulterius adure, & ut prius procede, hoc enim modo cuncta intrahunt in sp. vini: hunc ergo abstrahe & incoque, dabit tibi alcali, quod in aquam resolve & asserva.

U S U S.

Ab hujus usu, propter ejus aliquantulam acrimoniam & immixtam calcem non est abstinendum: suam enim acrimoniam in id solummodo exerit, quod ei resistit; & ita est subtile, ut ejus unica guttula totum corpus peculiari virtute tingat.

Arcanum Perlarum.

Perlarum orientalium cum aqua Cinnamomi in marmore subtilissime pulverisatarum ℥ vi. *alembico ventris spaciosi iniice, spiritum ligni Guajaci affunde, alembicum cera undique occlude & in Baln. digere*: ita enim menstruum quotidie essentiam rubicundam de perlis extrahet: ita ergo procede, donec tota essentia extrahatur: perlas deinde calcina, salelem ex illis extrahe, & illum essentiae admisce: habebis præstantissimum remedium ad omnes cordis affectus.

Processus Perlarum.

Perlæ contusæ & minutissime contritæ in aceto correcto per mensem digerantur: acetum ab aqua inde effluente per Balneum separetur, perlæ denuo cum aqua destillata solvantur & coquantur: deinde filrentur, tandemque quarta vel quinta vice in Balneo coagulentur, hoc facto sp. vini rectificato affuso putrescentur & solvantur, sp. vini tinctus effundatur, coaguletur, cum sp. vini recenti iterum solvantur & in Baln. ad liquorem destillentur. Invenies in fundo margaritas resolutas, quæ magisterium perlarum vera sunt.

NO-

NOTANDUM.

Acetum cum expresso succo limonum corallo & margaritas peroptime dicitur solvere posse.

Processus Corallorum.

Coralli autem primo cum nitralib. debent pulverisari & calcinari, deinde ut vulgares præparari & resolvi. Ita enim habebis magisterium corallorum. Quorum virtutes præ cæteris admiror: quod scilicet tam mirabiliter crescunt & tam admirandis virtutibus à Deo sunt dotati.

EXTRACTIO ESSENTIARUM

ex lapidibus, Gemmis & Margaritis.

Gemmas vel Margaritas grosso modo contusas & non pulverisatas in vitrum iniice, tantum aceti radicis, ut quinque digitos supernatet, affunde, per mensem in ventre equino digere: hoc enim tempore materia fit omnino liquida, hanc denuo cum aceto radicis misce & abluc, ita enim acetum colore gemmæ tingetur, hujus in aliud vitrum plus affunde. Et hoc tandiu repete, donec nullus amplius color extrahitur: tunc enim Essentia est in colore, & corpus relinquatur: colores lente ad siccitatem usque coquantur, deinde cum aqua destillata, ut antea diximus, edalcorentur, quovsque perfectam dulcedinem acquiritant: hoc facto pulvis super marmore resolvatur & habebis quintam essentiam gemmarum & perlarum. Observandæ autem sunt margaritæ cum colore, dant enim lac spissum: corpus vero est arenosum & viscosum; & ex his præcipue sunt dignoscenda: ita etiam se res habet in crystallis; Omnis enim eorum Essentia per lotionem transit,

L 3

& nil nisi viscositas aliqua remanet, ex quo sufficienti extractionis cognosci potest. Quidam acerum destillatum baccis berberum affundunt, hoc per destillationem iterum abstrahunt, coralloſque & margaritas cum eo solvunt.

Alij vero ex prunis sylvestribus acetum conficiunt, & coralloſque perlatque cum eo extrahunt: Et hæc extractio acquirit colorem omnino sanguineum. Alij spiritum vini ab oleo salis aliquoties abstrahunt, & cum hoc coralloſ solvunt: aliqui vero usque ad oleum abstrahunt.

EXTRACTIO CORALLORUM.

Hæc est purgatio sanguinis: ubi nec venæ sectio, nec scarificatio est necessaria, sistit fluxum sanguinis in vitis ut & sputum ejusdem, & superflua mulierum menstrua, atque omnes alias hæmorrhagias. Contra epilepsiam vero inprimis maxime commendatur.

Cum succo berberum coralli in unico triduo solvuntur: Et cum hac solutione lingua in angina mundificatur, cum aqua nempe prunellæ commixta & pro gargarismate usurpata: imo nihil refert, etiam si etiam bibatur: anginx peroptimè medetur & omnem calorem ac inflammationes internas extinguit,

LIQUOR ET SPIRITUS

Perlarum.

Hujus guttæ sex cum aqua borraginis potæ cor & universum corpus confortant: cum aqua cinnamomi ad guttulas octo non modo confortant, sed etiam ab apoplexia præservant: contra palpitationem cordis ejus guttæ 8. cum vino malvatico bibuntur, sericumque rubrum in eo intinctum regionis cordis applicatur:

applicatur: in lipothymiis est valde conveniens, ac dicto modo applicatus, pulsibusque & naribus affricatus.

Corroborat etiam & præservat infantes à frigore cum succo vel aqua sempervivi ad tres guttas exhibitus.

Cum infantes plane sunt consumpti & arefacti; detur iis cum lacte muliebri, convalescunt illico. Ego ipse phthisim cum totius corporis consumptione cum oleo margaritarum curavi.

DE ARSENICO.

Oleum Arsenici.

Hoc oleum inservit ad fistulas & omnia antiqua ulcera & æthiomena; Luem Veneream, & cancrum, ut & ad vermem equorum; exterius applicatum. Ad hunc affectum ol. Arsen. cum melle & albumine ovi commisce & in forma emplastri appone; vermem enim enecat & affectum curat.

QUOMODO ARSENICO SUUM extrahatur Venenum.

Arsenicum per salem urinæ fixum effice, hoc enim facto transit in oleum, quod ad omnia ulcera est efficacissimum.

BUTYRUM ARSENICI

Fixum.

Arsenicum Crystallinum prius cum solo colchotare sublimatum (quod venenum ipsius retinet) cum æquali pondere salis tartari & salis nitri commisce, omnia inter duos urceolos imposita fixentur, subiciendo ignem 24. horarum spatio primo lentissimum, tum summi gradus. Et invenies materiam albissimam: quæ perlarum referat colorem, quam in aqua calida solves, ut inde alcali extrahas; pulvis, qui subsc-

derit, imbibatur oleo tartari, vel, quod melius est, oleo talci, & ad ignem exicca, idque ter facies, rursus materiam in calida dissolve & sal exime, & remanebit pulvis candidissimus & fixus, qui in loco humido resolvitur in oleum pingue, butyri instar, anodynum.

USUS BALSAMI

Arsenici.

Hunc balsamum linteo obductum regioni cordis applica & emplastro ex resina contege: arsenicum enim destillationes partium extrahit, humores fluidos reddit: ergo ab emplastris ad puncturas summe est cavendum.

Oleum Boli Armeni.

Boli Armeni quarta una in aqua salis nitri solvatur, per destillationem rursus abstrahatur, idque toties repetatur, donec bolus formam olei acquirat; tunc enim eum rursus in oleum redige, & huic *iburis* ℥j. *corneol.* ℥℞. & *mumia* ℥ij. admisce: Erit pulvis glutinans loco suturarum usurpandus.

OLEUM, QUOD VULNERA IN

24. horis sanat, & est expertum.

℞ *Ol. hypericon. lumbricor. terebinth. mastic. an.* ℥j. misce & calide cum pauco gossypio applica.

SAL EX URINA

Sublimatus.

Urinam hominis sani, jejuni & vinum bibentis per 24. dies sepone, postea pure & lente effunde: postea tantum vitrioli in fornace ad albedinem usque torrefacti, quantum per urinam solvi potest. adde, hoc facto in alembicum arenæ impositum effunde, ad siccitatem usque destilla (hæc est optima aqua ophthalmica

ophthalmica ad omnes dolores calidos oculorum, visumque conservat clarum & acutum, ejus aliquantum cum penna quotidie immisum & usque ad sanitatem continuatum) receptaculum cum aqua instillata amove, aliud accomoda & ignem, ac si Mercurium sublimare velis fortius vrge, hoc enim modo sal album & pulcherrimum ascendit, cum quo spiritus vini acutior & fortior reddi potest, ad aurum & alia metalla calcinata resolvenda.

Nota. Ex tartaro urinæ cum duplo pondere sulphuris mixto & sublimato fiunt flores sulphuris acidi; & in peste multo sunt præstantiores floribus sulphuris vulgaribus: inserviunt etiam in pulmonia. Barthodius.

LAPIS MEDICINALIS AD

omnia Vulnera.

℞ *Vitrioli* ℥iiij. *sal nitri, ceruss. alum. bol. armen. ana* ℥j, *sal. ammonia.* ℥℞ *singula subtiliter pulveriscentur; cerussa & bolus in porphyrio in formam farinae conterantur, tunc omnia misceantur, olle vitreata satis magna, quia intumescit, injiciantur, aceti acris tantum, ut digitos duos emineat, superfundatur, & ad siccitatem lapidis lente coquantur.*

Notandum. Debet autem igne fortiori, dum nullus amplius fumus ab eo ascendat, calcinari. Ad ulceram intumescentiã & calida hujus lapidis ℥j cum mensura dimidia aq. semel ebulliat, filtratur, linteum in hac immergatur, & loco affecto, quam calide tolerari potest, applicetur. Si ulcus fuerit apertum, sumatur residuus pulvis, exiccetur, & ulceri inspergatur, & hoc facto ulcus linteis obvolvatur. In vulneribus ulceribusque vetustis & recentibus hujus pulveris instar pisi vnguento ad magnitudinem nucis immisceatur. Præter hæc omnia aqua isthæc etiam destilla-

tiones seu catarrhos contrahit, exiccat & maturat. Scabiem, icteritiam, maculas, impetigines, vitiligines, pustulas exedentes sanat, si prius aperiantur, & ter in die hac aq. abluantur: omnia mala & immunditiam intra cutem & carnem latentem e corpore humano extrahit. Anginam & quævis vitia oris emendat, puritatem carnem, vel fætidam gingivas corrigi: superfluum sanguinem ex quo dolores dentium exotiri possunt, absorbit, si cum ea abluantur, ne quid tamen in collum incidat, Omnes externos affectus corporis vel cancrum, veritem, & omnia vitia phagedenica mirifice mortificat, lintei in ea intincti, & quotidie ter applicati, Lumbr. omnes enecat & expellit. Omnibus affectibus oculorum succurrit, & vitium acuit, ejus gutta j. vel duæ mane & vespere oculis cum penna immittæ. Calorem præternaturalem crutum mitigat, lintei nempe in ea madefacti & applicati, colorem enim & superfluos humores quam primum extrahit, malumque inde exortum emendat Conducit. mulieribus, quibus mamilla sunt tumefactæ & exulceratæ. Omnia vlcera humida & destillantia, quæ alias nullis emplastris, vnguentis & oleis quicquam cedunt, ex fundamento sanat, ter in die cum linteis applicata.

LAPIS CONTRA ERYSIPELAS.

℞ Cerussatum. vitr. alb. ana ℥iij. bol. armen. ℥b. croci ℥j. Misce, coquantur in mensura dimidia aque usque ad siccitatem; hujus materiæ parum in aq. ros. solvatur & loco inflammato applicetur. Iuvabit illico.

LAPIS CAUSTICVS SEV CORROS,

℞ Lixivij saponis, vel marris lib. ij. calc. viii. lib. j. ffunde aquam ferventem, bis invicem misceantur cum clarescit, infunde sartagini, adde sal. ammon. ℥b. & in

CHYMICE DESTILLATIS. 171

℞ in aqua tandem coque quousque fiat lapis: aperit omnes excrescentias & tumores.

CALCIS TESTARVM OVO- rum calcinatio.

Testæ ovorum in fornace figuli optime, quousque fiant albissimæ, calcinentur: hæc maxime conveniunt scribis, pictoribus & aurifabris; miscentur etiam cum glutine, & rediguntur in massam, ex qua imagines, lapides & manubria cultrorum efformari & cum variis coloribus, provt cuique placet, tingi possunt, quo facto in hypocausto, vel alio loco calido exciccantur, sic enim non solum colorem suum retinent, sed etiam in lapidem concresecunt.

Vel.

Albumina oui conquassata & cum spongia in aquam redacta in massam cum calce exagita: Quantum autem harum testarum calcinantur, tantum etiam concharum addere, & eodem modo, quo & cum calcinatis testis, procedendum.

AD SCABIEM ET PRORITUM

℞ Sulphur. viii. opime pulveris. ℥j. zincib. ℥ij. misceantur cum huiusmodi recentis vel axungia recentis; adde Mercurij precipitati ℥j. M. & f. vngu. quo inungantur inuncturæ manuum & genarum. Penotus.

CREMORTARTARI.

Tartarum vini albi lotum minutim conterere, in aquam puram injice, fac ut in lebere bulliat, fiet bulliendi crusta seu pellicula, hanc exime & serva: Huius accipe ℥j. diagridij præp. gr. viii. Misce, & in iusculo porrige; leviter purgat. Arcanum est ad lienis affectus.

Dicto cremori spiritum vini affunde, tincturam rubram, extrahere, spiritum vini abstrahe, & tectam

relictam per retortam pelle, habebis oleum, & manebit terra in retorta: hanc calcina, & spiritum vini iterum affunde, digere & abstrahere, tandem terra hæc sublimetur, quam serua, est enim terra foliata.

*OPTIMVS MODVS PRÆPARANDI
cremorem tartari, vel Tartarum
præparandi.*

Tartari quantum vis, conteratur, & subtilissime pulverifetur; aquæ fontanæ sufficiens quantitas calide affundatur, cum baculo ligneo optime moveatur, ad refrigerandum seponatur (nisi enim hoc fiat aciditas ejus facile evanescit) aqua cum materia viscosa lente effundatur: hæc lotura ter, quater vel pluries, donec tartarus arenæ subtili fiat similis, repetatur, hæc arena in vasculum ligneum effundatur, sufficiens quantitas aquæ fontanæ fervidæ affundatur, & cum spatula lignea agitetur; hoc enim facto aliquid de tartaro colliquescit, & aquam acidam reddit. Itaque panni duo; tres vel plures, prout tartari plus vel minus præparari debet, ex lineo & lana duplici filo parati in promptu esse & super ollas novas vitreas suspendi debent, per quos aqua fervens & acida absque vlla mora percolari possit: & si hæc in principio aliquantulum flava transit, statim denuo percoletur, & hoc tandiu repetatur, donec clara, in modum Crystalli, transeat, & transfusio continuetur. Et si vna ex ollis fuerit repleta, seponatur ad refrigerandum, & alia supponatur. Et cum omnis aqua acida fuerit affusa, alia aqua fervida (cujus in lebetæ semper aliquid in promptu esse debet) affundatur, diligenter moveatur, paululum quiescere permittatur, post vnum ex sacculis in aliam aquam prius percolatam transfundatur: Et labor

hic

hic tandiu continuatur, donec tartarus per aquam feruidam omnino est solutus & in vasculo ligneo nil præter arenam omnis aciditatis expertem nullamque vltiorem vel in frigida, vel fervida aqua dissolutionem admittentem, & propterea tartarum arenolum dictum, remaneat. Hoc enim facto omnis tartarus acidus & genuinus rite erit solutus & transfusus. Cum igitur aquæ illæ tartaræ in ollis sufficienter sunt frigidæ, non solum pulcherrimum cremorem in illis innatare, sed etiam bonam partem materiæ pellucidæ instar nivis congelatæ in fundo residere videbis: Tunc itaque cremor innatans primo erit separandus, si videlicet eundem separatim habere cupis; sin minus, cum spatula lente potest amoveri, ut fundum petat & cum materia ibidem copuletur: hoc facto aqua clara per inclinationem vasis effundatur, materia alba sacco parvo linteo injiciatur, ut aqua in ea relicta etfluere possit: invenies tartarum peroptime purgatum; cujus hoc modo in 14. horis plus quam alij in 40. horis præparare poteris, nec minorem habebit efficaciam, quam alius, multo majori labore paratus.

DE ANTIMONIO.

℞ Auri calcin. ʒʒ. antimon. crudi bene triti ʒʒʒ, sublima vna forti igne per totum diem, deinde quod sublimatum fuerit, accipe, & cum auro quod in fundo mansit, bene tere, ac iterum sublima, hoc sæpius repete, tandem invicem bene tere & serua. Hujus ʒj in vinum malvaticum vel aq. viræ infunde, ejusque infusionis cochleare vnum exhibe. * Est vomitivum & purgativum, arcanum Dornæi pro quo Mussæus ipsi 500. coronatos voluit numerare, sed non obtinuit.

[* Vomitivum & purgationum.]

Mariscam.

℥ Ol. laurin. lini, rosac. nucum, ana ℥℔. cum vitello oui fiat unguentum: hoc cum gossypio applicatum, ficus sanat, quæ tamen prius hoc ipso unguento debent inungi. Est Tobixæ Hest.

PRÆPARATIO CRISTALLI.
ad Gemmas factitias.

Salis tartari ℥ij, in aqua solvantur, hoc lb. j. cineris fagi, ut cineri Capellæ fiat similis, humectetur: inde globuli in magnitudine pomorum formantur, exiccantur, & in olla operculo coniecta in fornace figuli exurantur. ita enim globi aliquantulum colliquefcunt; sibi que invicem adhærebunt: hi itaque subtilissime conterantur, & lixivium ex iis paratur: hoc in salem usque coaguletur: Et in hoc lixivio Crystalli toties & tandiu extinguantur, donec intradigitos cõterere possis, hoc peractõ de Sale in vase relicto aliquid per solutionem, coagulationem & calcinationem toties repurgetur, donec nulla amplius faces in solutione compareant.

Eodem modo etiam Salem tartari ex tartaro albo præparatum toties per solutionem, coagulationem & fusionem debes purgare, donec ab omnibus facibus fiat mundus, & in igne non amplius streperet. ℥ Hujus Sal. tartari part. ij, Salis præcedentis præpar. part. j. hæc invicem fiant fluida: habebis materiam, quæ omnes colores totius mundi recipit, & gemmis orientalis similis apparet.

PRÆPARATIO SMARAGDI.

℥ Anima luna, anima Solis, Crystalli reverberati, adde parum Salis ammoniac. per calcem vivam fixi. fluet enim in cucurbita arenæ imposita:

℥ Anima Solis, anima Martis extractæ, Crystalli reverberati fluet cum parva parte Salis ammoniaci fixi.

HYACINTHI.

℥ Parum anima Solis per Crystall. plures & Sal. ammoniac. fixi & antea ratione coloris sumita animas, effluent cum Sale ammoniaco fixo per calcem vivam.

SAPPHIRVS.

℥ Sal. alcali ℥viii. Crystalli præpar. ℥iiij, Zafor vel magnesia plumbi ℥℔. hæc omnia misceantur, & in fornace evaporationis fundantur, habebis Sapphirus pulcherrimos.

TOPASIVS.

℥ Ceruss. ℥iiij. Crystall. præpar. ℥℔, Misce, & in crucibulo luto occluso iundantur.

SMARAGDVS.

℥ Minij ℥iiij. Crystall. præpar. ℥j. Solis ℥ij, mixta fundantur.

HYACINTHVS.

℥ Ceruss. & Crystall. præpar. ana ℥j. mixta fundantur.

SAPPHIRVS COERVLEVS.

℥ Vitri. Venet. color. crocini ana ℥ij, liquid. De tartaro & Sale nitri calcinata mixta per 4. horas fundantur; exhibit vitrum cœruleum obscurum: hujus ℥ Part. 8. minij part. ij. mixta per duas horas diffuant, ita enim lucidum perficietur.

RVBEDO.

℥ Minij ℥iiij. Vitri Veneti ℥ij vel Silicum ℥iiij, cum tartaro liquato per horas sex fluant, transeunt in vitrum fulvum.

VITRVM RVBRVM.

℥ Aris vsti & vitri contriti an. invicem tres horas colliquefiant.

VITRORVM RVBEDO.

℥ Cineris plumbi ℥jβ, silicum ℥ij, scoria ferri ℥ij, mixta colliquefiant.

VITRORVM ALBEDO.

℥ Stanni ℔ j, plumbi ℔ iij, invicem calcinentur: hoc facto, ℥ Plumbi calcinati ℔ iij, cineris plumb. & Stan. an. ℔ iij, Sal. ℔ j, mixta sibi invicem liquentur, ita fluida in aquam fundatur, posteaque contundantur & pulverisentur.

VITRVM ALBVM.

℥ Plumbi ℔ vj, Silicum ℔. iij, Sal. ℔ ij, Stanni ℔ j, alumin. quart. j, imponantur fornaci figuli ad dissolutionem, postea contundantur, & subtilissime pulverisentur: ita enim vasis infusa colorem cæruleum, flauum, cineritium & quemcunque volueris, recipit.

COLOR CROCEVS.

℥ Color saffrani part. iij, viir. cærul. fus. part. j, tartari calcinati part. iij. Misce, madida tenuissime terantur.

ADAMAS.

Crystallum per noctem in fornacem figuli dimitte, exemptum in aqua exingue, tenuissime contere, cum Sale tartari misce, inde cum aqua pilulas efforma, he per noctem in igne forti ita candefiant, ut non distuant, inde exemptas in vase satis forti per biduum in igne permaneant: hoc enim modo optime præparantur.

SMARAGDVS.

Æs optimum per triduum in igne permaneat, inde exemptum optimeque tritum in alio vase iterum

rum in fornacem immittatur, ibidemque per quadrimum cum duplici pondere arenæ, ex qua conficiuntur vitra in igne vehementiori permaneat, dehinc in vase satis duro per medium diem igni adhuc fortiori imponantur, inuenies lapidem viridem.

SAPPHIRVS.

Vitrum pulverisatum cum dimidia parte Zapharicommisce, & per triduum fornaci impone.

RUBINVS.

Auripigmentum contusum in vase rotundo igni admove, inueniens materiam in collo vasis.

Vel,

℥ Sal. alcoholi ℥ iij, Crystall. pulverisat. ℥ iij, battiture aris ℥ β, fol. auri gr. vj, mixta colliquefiant in crucibulo.

QVOMODO CONFICIATUR MARMOR vel Gypsum.

℥ Gypsi calcinati part. ij, silicum alborum non calcinator. part. j, misceantur: hoc facto parum ossis sepiæ injice in aquam, & cum hac materiam in massam redige. Ita enim in modum Marmoris vel Iaspidis, ut tibi non ignotum, tingere potes.

FORMÆ QVIBVS MATERIÆ infunduntur.

℥ Luti madefacti, cineris cibrati & madefacti ana partes æquales, per horam dimidiam cum bombace optime agitentur, & quodquod vis, in has formas fundatur.

MODVS OMNIS GENERIS GEMMAS ex silicibus conficiendi ex Osvaldo Crollio.

Silices selecti & splendentes vel Crystalli optimi in fornace figulino per biduum vel octiduum trantur, inde exempti iterum candefiant, & in aqua

frigida extinguantur, ita n. quasi terentur & dilabuntur, quanto læpius a hæc candefactio & extinctio reperitur, tanto erit melius: hoc absoluto exiccantur, & in marmore subtilissime in formam pollinis terantur: hujus pulveris parti vni adde minij part. iij. mixta in marmore terantur: quanto autem subtilius teruntur, tanto lapides fiunt pulchriores & lucidiores: alias enim concipiunt vesiculas. Et hæc est materia, ex qua gemmæ conficiuntur.

SEQUUNTUR NUNC COLORES.

Tinctura auri dat rubinos, carbunculos & granatos: hos autem ego non curavi: argentum dat cæruleum & colorem Sapphiri, hujus loco ego ipse sumpsi lapidem cæruleum vel Zapharum.

Mars dat hyacinthum & topasium, ad quem conficiendum crocus. Martis est sumendus. Venus dat Smaragdum & Chrysolitum: sumitur autem crocus Veneris, vel lamina cupri læpius candefit, & semper in aqua extinguitur, hoc enim modo squamæ cineritiæ à cupro decidunt, quæ sunt abluendæ, exiccandæ & pulverisandæ.

SI ITAQUE SMARAGDVM CONFICERE VOLUERIS.

Sume prædictæ mixturæ ex silicibus, crystallis & minio optime invicem contritæ, parum pulveris cupri admisce, ita in ollam luto obturatam & operculo conclusam injice, ut media pars ollæ maneat vacua, per quatuor vel 5. horas fornaci evaporationis impone, propeque ignem fortem dissolue, hoc facto ignem amove & ollam confringe: invenies materiam spuma plumbi contactam, & cum regulum confrangi, apparebat Smaragdus pulcherrimus, quem curavi in fragmenta frangere, & provt volebam conscindere. Non semper autem res bene cedit, sed requiritur

CHYMICE DESTILLATIS. 179

sicut serenitas cæli. Itaque consultum mihi visum fuit materiam hanc in quadruplo præparare, in quatuor ollas distribuere & ita vno labore quatuor distinctos colores acquirere, vnum semper altiorum altero, ad primum sumebam pulveris cupri ʒj, ad secundum ʒij, ad tertium ʒj & ad quartum ʒjß, & nihil amplius, alias enim fiunt grossi & non pellucidi. Idem est iudicium de Hyacinthis & Topasis, cum corco Martis, & sic de Sapphiro cum cæruleo.

MODVS ARGENTVM

Albificandi.

ʒ Sal. Ammon. alum. rocha. alum. plumos. Sal. gemm. tartar. & rom. an. q. s. misceantur & coquantur.

MIXTVRA AD PRÆPARANDAS

Formas seu Matrices.

ʒ Gum. tragac, ʒvj. infundatur per triduum in aceto, confuso adde gypsum optime contritum vel quoscunque colores volueris, redige in duram massam, injice matricibus excavatis antea inundis, & permitte, ut siccentur; hoc enim modo quodcunque vis, efformare potes.

INDVRATIO FERRI.

Ferrum succo raphani, & succo vel aqua expressorum lumbricorum terræ intinge: hoc enim modo ita induratur, ut etiam lapides & saxa eo indici possint.

MODVS FERRVM DEVRANDI.

Ferrum ab omni æruginè politum cum vitriolo in vino trito tandiu oblitum, donec colorem cupri acquirat: hoc facto etiam amalgamate de Sole & Mercurio eodem modo optime obducto, quantumque poteris infrica: itaque obductum & frictum in ignem ponito, ut Mercurius exhalet, qualiter

DE OLEIS

etiam cum argento fieri solet.

MODVS OMNIS GENERIS METALLA Argento obducendi.

℥ Aq. fortis ℥℞, Mercurij ℥j, tartari alb. Ol. Salsis ana parum, in aliquo vase cineribus calidis impone, diligenter misce, & cuicumque metallo volueris, affricas, apparebit argento simile.

GLVTEN AD LIGNA ET LAPIDES.

℥ Calc. viua ℥iij, tart. ℥j, contrita cum vernice misceantur.

LVTVM AD CRYSTALLVM
Vitra & Lapides.

℥ Solis, minij & vernicis optimi an q. s. contere & misce, cumque resiccatum fuerit, ad commodum vtere.

Item ℥ Calcem viuan & albumina ovorum optime conquassata. Misce & pro glutine ollarum & vitrorum fractorum vtere. Talia etiam præstat cinis cum albumine ovorum mixtus.

MODVS CONFICIENDI CRUCIBULOS
vel Testis ad Tartarum.

Ad lutum pro Testis cum aluminis plumosi & cretæ an. partibus æqualibus commisce, cum albumine ovorum in pulverem redige, testasque vel crucibulos intus cum hac mixtura læpius oblinito, ita tamen, ut, quoties oblinita fuerint, exiccantur: ita enim non modo durabilia fiunt, sed etiam nihil eis interius adhærescit.

LVTVM AD FRACTA VITRA.

℥ Partes ij, calc. viua, part. j. spuma argenti part. dimid. hac invicem terantur, tantum vernicis calidi, ut in formam pulvis tenuis redigi possit, addatur; sub porphyrio tenuissime teratur, ut fiat subtile, linteo obducatur, & rimis fractorum vitrorum applicetur; quam-

181
quaprimo enim exiccatum fuerit omnia infusa ita continet, ut nec aqua fortis etiam penetrare possit.

ALIUD LVTVM VEL GLVTEN
ad fracta Vitra.

Spumam argenti & vitrum Venetum contunde & in subtilissimum pulverem redige, hoc facto iterum cum vernice & pauculo olei lini, qualiter pictores cum coloribus in porphyrio procedere solent, contere, & cum hac mixtura rimas fractorum vitrorum obline, & in Sole vel ad fornacem exicca, resistit igni & aquæ.

QVOMODO RIMÆ RECEPTACULORUM perlutentur; ne spiritus transeant.

℥ Sistrictura ferri subtilissima & minij ana part. equal. invicem conterantur; cum glutine optime misceantur, ut pulvis fiat simile, & rimæ receptaculorum eo obducantur.

MODVS CVM VITRO VETRO
neto vitriandi.

Cum vas vel olla jam ad vrendum satis fuit exiccata, cum fæce vini vndequaque obliniatur, hoc facto vitrum Venetum subtilissime pulverisatum cum spuma argenti misceatur: (vbi tamen vitri Veneti major portio esse debet) & in modum figulorum procedatur.

LVTVM AD CONFRACTA
Vitra.

Viterum Venetum, minium, oleum lini farina volatililil & albumina ovorum subtilissime conterantur, & aliquantulum crasse rimis obliniatur.

SIGILLVM HERMETIS.

℥ Vini Veneti contriti aliquoties candefacti, &

rursus extincti par. 5. succini pulverisati par. ij. borac. part. j. mixta omnia & subtilissime trita, cum spiritu vini in massam agitentur, operculo ad crassitudinem medij digiti illinantur, & per fusionem sigilletur, ut sequitur.

Vel,

℞ Viri pulverisati & borac. Venet. ana partes aequales cum modico succini, aqua & spiritu vini redigantur in massam, circa vitrum illinatur, hoc facto candelam accensam vnam vel duas luto applica; canalem, qui in superiori parte sit amplior, in inferiore vero angustus cum parvo foramine ad crassitudinem acus, hoc lente in candelam accensam dimisso lutum deorsum liquefcit & occludit. Oportet autem cum candelis circumire, vel alteri cuidam ut vitrum lente in gyrum vertat, commendare.

LUTUM OPTIMUM AD

Circulandum.

℞ Colophon. ℥ij, cera flava ℥ij, bis in crucibulo colliquatis, cinnam. pulveris. ℥iij vel tantundem farinae laterum subtilissime adde, diligenter misce, cum spatula lignea vitris vbique applica, & cum ferro ignito adapta & æqua, utque refrigeretur, sepono, Necessè autem est, ut quotidie odoretur, an forte transpiret, hoc enim si fiat, cum ferro candente iterum erit adaptandum & vterius glutinandum.

DE CVRATIONE ET DIÆTA PESTILENTIA

infectorum.

Quam primum quis se Peste infectum putaverit aut aliquid hujusmodi senserit, statim cochlearia quatuor vel quinque acetii bezoardici sumat plus vel minus, pro ratione virium & personæ, cum

cum ℥iij aqua Cardui bened. vel Pimpinellæ, & quantum potest, in lecto iudet.

Hoc facto jusculo aliquo convenienti rursus erigatur & confortetur, hora post hæc elapsa vena secetur, si scilicet ultra octo horas patiens morbum non senserit, alias enim venæ sectio erit intermittenda. Vbi circa venæ sectionem præterea hoc etiam est notandum, ne in personis infra 15. & ultra 50. annos instituitur.

Vena sectio. Item si characteres, bubones seu anthracas supra regionem cordis appareant, etiam in partibus superioris corporis & in eo ipso latere vena erit secanda: si vero infra cor, in inferioribus lateris ejusdem.

Potus quotidianus. Postquam vena est aperta & sanguis emissus pro potu loco vini potus sequens ordinetur, quem si egeni persolvere nequeant, decoctum aliud, cujus titulus, Aqua potabilis, pro pauperioribus eligant.

POTIO QUOTIDIANA PRO ÆGRIS.

℞ Sem. lactuc. ℥ß,

papau. alb. ℥iij,

Sem. A. frig. major. ana ℥ß,

Sacchar. alb. ℥iij. Misce.

fiat omnium decoctio in lb. viij aq. fontana ad duorum digitorum transversorum consumptionem; postea adde Syr. de cotoneis Ferdinandi ℥ijß. Misce.

Potio quotidiana potabilis pro pauperioribus.

℞ Rard. tormentill.

petasit. minor. concisar. ana ℥j,

pimpinell. ℥iij.

hord. mund. excori. Mij,

passular. ℥ij.

coton. concisor. & conquass. Mij. Misce.

Fiat omnium decoctio in mensuris tribus aqua fontana ad trium digitorum transversorum consumptionem, percoletur, colatura parum saccharo dulcoretur & pauxillo aceto de fructibus rubi idæi acetosetur.

Die sequenti acetum Bezoardicum in prædicta dosi aut cochleare vnicum minus usurpet & fudet, quod fieri debet, sive bene sive male habeat æger: quo factò potus quotidianus adhuc erit continuandus.

Et quia interdum accidit, ut æger constipetur, astantes id non debent réticere, sed Medico indicare.

Pro promovenda itaque evacuatione

℞ Rad. tormentill.

petasit. an. ℥iij,

cichor. ℥j,

polyyp. querc. ℥vj.

fl. cordial. p. ijs,

prunor. damasc. n. xij,

passul. ℥j.

Sem. coriandr. præp. ℥ij, coquantur leniter in ℔j, aquæ

fontan. Colaturæ calidæ infunde per noctem

fol. sen. Elect. ℥j.

Rhab. Elect. ℥iij.

Colatura adde Syr. ros. Sol. simp. ℥ij, f. potio pro duab. dosib. Si, ut sæpe contingere solet, æger fuerit valde debilis, & lipothymiis frequentibus afficiatur, de Electuario Bezoardico sequenti, quod alias venenum in corpore adhuc superstes expellere solet, castaneæ instar quotidie quinquies vel sexies assumat. Et quia hæc lues etiam nostra opinione curata sæpius fomitem suum in corpore retinet, & ita cum summo hominis periculo revertitur, ab his Bezoardicis etiam

etiam in posterum per aliquod tempus non erit abstinentum: etiam si quis putet se omnem malum evasisse, & hostem profigasse; itaque de aceto in primis Bezoardico quotidie ter, mane scilicet, jejuno stomacho, post meridiem, hora ante cœnam & immediate ante decubitum cochleare dimidium sumendum.

Electuarium Bezoardicum restaurans.

℞ Conserv. rosar.

borrag. ana ℥iv.

cortic. citr. condit. ℔ij.

spec. diarrhod. abbat. ℥j.

diamarg. frig. ℥jv.

bol. arm. orient.

terr. sigill. ana ℥iij.

Ther. Androm. ℥j. misce cum Syr. de limon.

f. Electuarium, acetosetur modico olei viri.

De hoc ægrotantes in sudore debilitatis, eo absoluto aliquid assumant, inservit enim ad præservationem & curationem simul.

Nota.

Hoc Electuario & mulieres gravidæ & pueruli sine noxa possunt uti.

Admonendi vero sunt in primis omnes in genere his ægris cohabitantes & etiam ipsi ægri ut factorem linteolorum, in quibus sudatur, vel induti fuerunt, summa cura evitent. Siquidem scitum, hoc ipso factore non raro totas domos cum omnibus inhabitantibus fuisse infectas, & maximam stragem subsecutam, quia tale venenum ex hujusmodi linteis in corpore fuit per poros retractum.

Quantum ad curationem externorum characterum, quivis prudens & expertus Chirurgus noverit illos maturare, veneno liberare, aperire, tandemque debite consolidare. Cui hoc opus remittimus.

Si quæ forte mulier gravida hoc morbo inficiatur, statim hanc potionem sudoriferam usurpet, applicato tamen prius balsamo puerorum cum pane vel mica panis triticei, & modico aquæ rosacæ, vel cum pane marcio ad umbilicum, quod etiam in sudore ipso non erit amovendum. Sudore absoluto cum jusculo aliquo reficiatur, horaque dehinc elapsa vena juxta processum prædictum aperiatur, nisi mulier fuerit admodum debilis, & non valde sanguinea: in talibus enim venæ sectio est potius intermittenda. Die sequenti potionem sudoriferam denuo sumat & sudet, & se in omnibus juxta præscriptum ordinem gubernet, hoc uno excepto, ut loco aceti ruracei pro præservatione restaurativo bezoardico utatur.

POTIO SUDORIFERA PRO

Prægnantibus.

℞ Syr. de limon. ℥ij.
acet. bezoar. nostri ℥ss.
aq. fenic.
pimpinell.
card. ben. ana ℥j.
spec. diamarg.
man. Christ. perlata ℥ij. Miscet & f. potio.

Infantes quod attinet, detur illis ad promovendum sudorem de sequenti aqua cochleare unum pro duabus vicibus, vel quantum fieri potest & vires eorum ferunt.

Qui vero ad annum septimum vel octavum progressi sunt, illis una vice erit dandum:

℞ Aq. veronic.
pimpinell.
Card. ben.

sumat.

sumar.

fenic. ana ℥vj.

margar. præpar. ℥j.

corn. cerv. præpar. ℥ss.

tabell. man. Christ. perlata. ℥ij. misceantur exacte, fiat potio, cujus, ut diximus, detur cochleare unum in duas portiunculas divisum.

Ad refrigerandum autem sanguinem & pro positione ordinaria, præparari debet lulepus ex æquis partibus Syrup. viol. & cydonior. & cum modico aceti rubi idæi acetosati.

ACETUM BEZOARDICUM nostrum.

℞ Rad. Angel.
imperator.
pimpinell.
Valerian.
dictamn.
petasit.
zedoar.
iormentill.
gentian. ana ℥j.
baccar. luniper. Mij.
fol. ruta Mij.
sem. citr.
acetos.
coric. citri ana ℥vj.
Theriac. androm. ℥ss.
antid. Matthiol. ℥ss.
st. sulphur. ℥ij.
myrrh. ℥ij.
ess. de cord. cerv. ℥j.
Syr. de limonib. ℥vi.

incisa aut contusa mixtaque omnia infundantur in viro cum ℥ ij. spiritus vini ab omni phlegmate correcti, & ℥ vj. aceti destillati, de spiritu virioli ℥ j. digerantur in loco calido & ad ulum asserventur.

ELECTUARIUM BEZOARDICUM

Vulgare.

℥ Electuar. ex nucib. & ruta ℥ vi.

bol. armen.

terr. sigillat. ana ℥ ij.

Syr. acerosa ℥ ij. M. fiat Electuarium.

Est preservativum pro vulgo, ministrantibus & junioribus, castaneæ instar mane usurpandum.

ELECTVARIVM EX NVCIBVS.

℥ Fol. ruta M. viij.

ficuum,

nuc. jugland. ana M. iij.

baccar. Iunip. M. ij.

unumquodque per se pistillo ligneo fortiter contundatur minuissime in mortario & misceantur exactissime, addendo aceti & salis parum, ut in antidoti formam redigatur.

CERTISSIMVM EXPERIMENTVM

contra Pestem,

℥ Fol. absinth.

salu. acut. ana ℥ jss.

ruta ℥ vi ss.

Herbe in aqua fontana recenti laventur, deinde incidantur, in mortario contundantur, ut succus exeat, olla nova munda iniciantur, mensura dimidia aceti fortissimi affundatur, diligenter cooperta per 24. horas ita stare permittantur; hoc tempore elapso, percoletur, aceto colato turpetibi in mortario pulverisati ℥ j. admisceatur, iterum ita coopertum per 24. horas dimittatur. Deinde percoletur, & ad usum reservetur.

Hujus

Hujus aceti per quadriduum continuum quotidie cochleari vnicum theriacæ instar pisi mixtum ex vase non ligneo, sed argenteo, vel stanneo sumito. Hoc enim si feceris, Deo summo auxiliante per annum integrum à peste tutus eris. Si quis vero peste jam infectus fuerit, hujus aceti cochlearia quatuor cum theriaca ad pisorum quatuor magnitudinem sumere & quatuor horas agitando jejunare debet, ita enim sine dubio salvabitur. Certum enim est, & in permultis sæpissime probatum,

FINIS.



BASILICA ANTIMONII,
IN QU
ANTIMONII

NATURA EXPONITVR
& Nobilissimæ remediorum for-
mulæ, quæ Pyrotechnica arte
ex eo elaborantur, quàm
accurate traduntur:

MANVALI EXPERIENTIA
comprobata & conscripta

AB HEMERO POPPIO
Thallino Philochymico:



BASILICÆ ANTIMONII

C A P. I.

De Natura Antimonij.

DITISSIMA rerum procreatrix Terra, cum plurima mineralia in gremio suo foveat, haud infimum inter ea dignitatis locum Stribium obrinet, quod licet Veteribus minus cognitum steriliorque apud eos ejus usus fuerit: hodie tamen pyrotechnica arte præstantissima entia Medica ex eo elaborantur. Ut autem ipsius Antimonij naturam recte explicemus, ab ejus definitione exordiemur.

Antimonium autem dicimus esse corpus minerale, plumbei coloris, partim ex impuro bituminoso & arsenicali, partim purissimo sulphure, seu interna rubedine, Mercurio metallato indigestu & exiguo sale concertum, Spagyrica præparatione in nobilissima medicamenta cedens.

A nominis itaque definiti impositione filii nostri principium

principium trahimus: ubi statim gravissima disceptationum quæstio obotitur, quinam hominum primo hanc minervam invenerint, eique sua nomina indiderint. Theologis absolutiorem decisionem relinquo: Num primus hominum Paradisi incolæ Adam *Genes. c. 2.* Antimonio & reliquis mineralibus & metallis certa nomina imposuerit: cujus negativam sententiam maxima pars tuetur. Terræ enim mole mineralia obruta & occlusa, humano oculo imperscrutabilia extiterunt. Scripta etiam sacra, præterquam quod longe post Auri & metallorum reliquorum mentio fiat, alio silentio hanc quæstionem transgrediuntur. Arabiæ autem gremium primo eam in lucem protulisse ex Gebero, Arabum Rege manifestissime datur, qui primus hujus mineræ mentionem sub Magnesiæ nomine facit, ejusque elevationis modum omnibus numeris absolutissimum docet: qui etiam in hodiernum usque diem in Chymicorum officinis excollitur, dum cacabis inuicem super impositis albi Antimonij flores elaborantur. Arabiæ autem in vicinas sibi quæ confines regiones eam dispersit, unde Græcia, artibus jam pridem exulta, sibi quoque hujus mineræ notitiam comparavit, eamque tandem in totum terrarum orbem disseminavit.

Hebræis Zadadah. Chaldeis Zedidah.

Græcis *σίμις*, *σίβιον*, *πυροφθαλμὸν* quia meliores eo oculis decorem sibi conciliare solitæ fuerunt, unde apud *Ezeo. c. 23. v. 40.* *ἔστρω τὸς ὀφθαλμὸς σου* legitur, quo etiam sensu *γυναικίον*, quod mulieres eo maxime uterentur, nominarunt, *λάβρατος* & *χαλκιδονίον* etiam appellant.

Latinis Alabastrum, Lapis candidæ nitentisque spumæ, Magnesia, Stimmi. Sribi: In officinis ex Avicennæ interprete indigitant nomine Antimonij: cujus

originem rerum Chymicarum olores *δρόν τῶ ἀντιμονίου* *αἰθρῆς ἢ βλεφ*, vel ab *αἰθρῆς ἀντιμονίου* conjecturaliter derivant: quod alij ex Gallorum lingua desumptum & Latinitate donatum esse volunt: alij ad Arabum atzmet deducunt, alij ad primitivorum classē, quorum sententiæ plerique astipulantur reponunt.

Germanis est, *Spiesz glasz* seu *Spieszigglassz* vel *Spieszglantz*, quod cuspidum hastarum more scintillet, quo nomine Basilius Valentinus Monachus Benedictinus Cœnobij Erfurtensis bellicoso Marti sua natura id subjectum esse dicit.

Italī dicitur Stibio, Antimonio.

Hispanicis mulierculis ejus usus in ciliorum pulchritudine concilianda fuit usitatissimus: pulverem autem vocabant alcohol (quæ vox etiam adhuc in Hermeticorum laboratorijs sonat (unde Antimonium crudum & nondum contusum Piedra de alcohol nominarunt.

Variis insuper Naturæ scrutatores hoc minerale nominum ac characterum notis occultare solent: quorum nonnulla plane sunt barbara, ut quando Antistini, Othi, Alkofol; Alcosol &c. appellatur: pleraque metaphorica sunt, quibus quadam similitudine vis & facultas ejus adumbratur, ut quando *Lupus* vocatur, quia ferocia sua omnia metalla, præter Leonem, h. e. aurum absorbit. *Arietis* quoque nomen & character ei attribuitur, quod sicut Sol celestis in Ariete constitutus fulgentissimis radiis nostrum clima ferit, ita etiam aurum, quod Solem terrestrem nuncupant, ab Antimonio purgatum fulgentissimo colore, & ab omni forditie purgatum splendet, Basilius Valentinus *circulo* competat, quod ejus natura sit imperscrutabilis, sicut in circulo principium & finis,

Paracelsus

Paracelsus in medicamento Antimoniatō Tyro comparat.

Protens quod omnes colores Vulcani beneficio induat, dicitur: & quod Chymiastrī totis viribus ex eo aurum sibi pollicentur, *Chymicorum Idolū* nominatur. *Radix metallorum* dicitur, non quod ex eo metalla generentur, sed quod omnibus metallis quasi adjaceat & adhæreat. Ex veteribus & recentioribus nonnulli magna affinitate hoc minerale Saturno conjunctum esse putarunt: unde id *Saturnum Philosophorum*, *Magnesium*, *Saturni*, *Filium* atque *nothum Saturni* appellarunt, quo vero sensu & rationibus, ingenij nostri captum superat. Diosc. lib. 5. c. 49. docet si carbonibus paulo magis cremetur, in plumbum abire: sed forte oculorum testimonio nimium credulus, Regulum qui post calcinationem Antimonij forti igne ab eo seceratur plumbum esse sibi persuasit. In plumbum enim sola hac crematura & absque Saturni anima sive pinguedine nunquam transibit: neque à Saturno Antimonium generari quicquam affirmabit. Hæc tamen sententia, utpote quæ vetustior, ei quoque signorum ac characterum formas imposuit, ex quorum numero magis in usu viget, quæ ceu inversum Veneris signum circulo cruce superimposita pingitur, quæ ex falcato Saturni circulo, falce ejus solummodo clausa promanavit: quæ plumbi cum Antimonio convenientiam aperiet. Antimonium, autem mineram, corpusque minerale esse in propatulo est: ex terra enim eruitur & malleo nisi in metallum exalteretur, extensibile non est, quam naturam metalla sibi solum reservarunt. Contrariam sententiam hic aliquis statuere posset, Antimonium esse Metallum, quia in metalla transmutatur, quod metallis proprium est: in metalla vero posse transmu-

tari experientia docet: metalla autem solum inter se in perfectiorem gradum exaltari possunt, cui resolutionis loco subjungimus Antimonium esse Hermaphroditicæ naturæ, hoc est, partim metallicum, partim minerale. Habet enim in se mercurium metallicum, qui solum tincturam metallicam admittit & postea communia cum reliquis metallis munia obit. Neque quicquid metallicum mercurium habet erit metallum: requiruntur etiam adhuc sal & Sulphur metallica eaque cum mercurio perfecte digesta, quod utrunque in Antimonio desideratur: cum autem metallicam dispositionem habeat, metallum imperfectum vel semimetallum quidam nominant: atque ita hac solutione reliquæ proprietates metallicæ quæ in Antimonio reperiuntur facile dilvi possunt.

Plumbeus, niger & ferreus Antimonij color à principiorum Salis, sulphuris & mercurij imperfecta mixtione ortus, in trito potissimum apparet. Rubens quidem Antimonium præsertim in minera adhuc contentum ex Transylvaniæ finibus aliquando adfertur: in pulverem tamen redactum, omnino à nigro colore rubedo occulatur. Impurum, bituminosum & Arsenicale Sulphur ipsa Chymia discernit. Sulphur impurum crudum inflammabile sive *φλογιστόν*, oculis, naribus & pulmonibus, insensissimum est, præsertim in ejus calcinatione & florū alborum elevatione percipitur, dum Sulphuratorum more cærules flamma cum arsenicali nidore (qui quodammodo dulcis non tamen diu tolerabilis) consumitur.

Bituminosum esse ipsa flamma & odor indicat: proptereaque Ceram Hispanicam, ut nigro colore eam iustificat, præ reliquis coloribus nigris, minori conglomerandi facultate præditis, ingreditur.

Vitrio-

Vitriolatam ejus portiunculam liquor antimonij acidus præ cæteris signis maxime demonstrat, qui spiritus vitrioli saporem & vires quam proxime imitatur.

Internum & fixum ejus Sulphur maxime in lilio ejusque tinctura effulget.

Alterum principium est Mercurius, quem metallicum atque copiosum sed crudum & indigestum in Antimonio reperiri supra docuimus: ad recipiendum metallicas tincturas idoneus. Mercurius enim solum metallorum tincturas assumit: sal vero & sulphur tincturas transmutantes constituunt. Mercurium autem copiosorem præ sale ei inesse saltem ejus sublimatio sive volatilitas (ut de ejus Regulo & salis & sulphuris separatione taceam) clare demonstrat. Paucitatem salis, præsertim metallici, ipsa extractio & friabilitas Antimonij docet. Fidem autem his omnibus dabit ipsa manualis elaboratio & experientia quam ut propriis laboribus & sumptibus nactus, ita sincere me hic traditurum polliceor. (*Viss.*) Multis autem vsibus Antimonium hodierna luce inservit, ut ad typorum, literarum, campanarum & tormentorum fusionem, ad auri purgationem, & medicamentorum tam internorum, quam externorum præparationem. Variis in regionibus erivitur. Matth. in comment. suis in Diosc. c. 49. Agrum Senensem & Comitatum S. Floræ ejus fodinis abundasse tradit: præstantissimum autem ervi ex solo Massano ac Suacensi docet. Nostra Germania mineralium & metallorum fertilissima ejus quoque vbertatem præbet: quod tam propriis venis, quam metallorum permistum, ad Hercinias in Milnia, Westphalia aliisque Germaniæ locis effoditur. Maxime laudatur Vngaricum: præsertim in Transylvania natum, utpote,

quod sulphure puriori, aurique minera conterraneo quasi jure imbutum, striis splendidioribus & longioribus, obscuraque rubedine (quæ bonitatem ejus in primis arguit ob sulphuris abundantiam) reperitur: cujus Paracelsus subrubentis Antimonij, & Basilii Valentinus Monachus Benedictini ordinis in curru Triumphali sub orientalis nomine meminit: & hoc maxime ad medicamentorum elaborationes eligimus & commendamus: Artifices experti hoc variis modis, explorant, cum oculorum testimonio non semper fides sit adhibenda & sola inspectio in clarioribus etiam expertissimis alias possit imponere. Quidam chartæ luteo colore in pharmacopoliis tinctæ & bene dente apti levigatæ istud affricando explorant ejusque certitudinis notam, rubram lituram, quam in ductione post se relinquit, statuunt: alij fortissimo aceti Hispanici spiritu, drachmas aliquot, bene pulverisati imbunt, & in lamella ferrea vel figulina ad lentum ignem, ne Antimonium fluat, evaporare sinunt: quod si post evaporationem pulvis Antimonij rubens relinquatur, ulterius de ejus certitudine non dubitant.

Sed cum nobis animus non sit inani verborum sonitu longam orationem de hujus subjecti nominibus, speciebus, ejusque commendatione pertexere in quo Paracelsum, Suchtenium (qui interdum mysticum Antimonium intelligit) & alios, sua arcana quæsisisse, idque passim in suis scriptis summis laudibus profecutos esse constat, ad ea aditum apparetur, quæ magis necessaria ad ægrotantium morbos profligandos ex eo parantur. Veteribus quidem hujus mineræ notitia (ut ex Gebero dictum) non fuit adeo ignota, vires tamen plurimæ & excellentissimæ, quas successu temporis usus & experientia detexit,

ipfos

ipfos latuerunt, utpote quod in venenatorum classem relatum, ad externa potius quam interna usurpabatur) nisi quod Nicol. Myrepsus in Antidoti sui quod Diacastorium vocat, crudum admittat: in cujus locum pyrethrum hodierni Medici substituentur) vi adstringendi, exiccandi, mentis corporis obstruendi, refrigerandi, excrementias carnis absumendi, cicatrices obducendi, oculorum ulcera & sordes mundificandi, sanguinem à cerebri membrana fluentem sistendi præditum esse dicebant: quibus etiam dejectoriam facultatem Diosc. l.4. c.155. adjungit. Præparaciones etiam quasdam, leviusculas tamen, scriptis ediderunt, quas videre licet apud Diosc. l.5. c.49. Orisbasium collect.med.l.14.15. & de virib. ejusdem apud Galen.de simpl.med. facult. 9. ubi imprimis ad collyria commendatur. Paulum Æginetam li.7. de re Medica & alios multos, quos omnes si longa serie recenserem plus forte tædij quam gratiæ afferrent. Triplici autem usu Antimonium, in servire diximus, nempe ad fusionem metallorum, ad tormenta bellica majora, ut & campanas, quæ magis concinunt, auribusque suaviorem sonum ex Antimonij permixtione nancisci dicuntur. Stannariis etiam expetitur & iis qui specula metallica poliunt & laterarios characteres & typos effingunt, & ad auri purgationem.

Ad duplicem autem scopum elaborationes Antimonij, quæ in sacrario Vulcani perficiuntur, collimant. Quædam enim spectant ad transmutationem, eamque vel sui ipsius, vel aliorum mediante Antimonio in præstantiora & perfectiora metalla: Quædam hominis sanitatem sartam conservant: afflictam vero in salubriorem statum reponunt. Nos missa transmutatoria (non quod egregiam tingendi vim in Anti-

transmutatoria studio dediti in hoc minerali laboris consumunt, quam in perfectissimo metallo, sed quod omnes semper labore suo frustrati, nunquam exoptatam tincturam inde elicere potuerint, tum quod nimium volatile etiam sulphure & sale metallico, quorum proprium est metalla exaltare, destituatur; utpote cujus nulla dum nobis sit manualis experientia, ad medicamentorum apparatus nos conferimus; & hæc de Antimonij definitione, quæ ejus essentiam & naturam explicare debebat, quam brevissime dicta sufficiant.

CAP. II.

De Minera Antimonij, ejusque fusione & purgatione, sive Regulis.

Tripliciter porro Antimonium ad Pyrotechnicos labores recipitur: nempe qua minera cruda, qua minera fusa, & qua Regulus.

Minera rudis sive cruda est ipsa vena, qualis ex terræ visceribus eruitur. Minera fusa est ipsum Antimonium peculiariter sic dictum; idque paratur fusione mineræ per descensum: Catinus in fundo perforatus & minera repletus, alteri terra obruto imponitur & ignis administratur: Sic enim vi coloris Antimonium eliquatum ac à terrestri & fabulosa impuritate secretum, per foramen catini superioris in subiectum excipulum delabitur idque remittente calore in massam coagulatur,

Regulus Antimonij est Antimonium à superflua sua nigredine & spurcitie magis depuratum, quæ per simplicem illam eliquationem fieri potest. Peculiari enim artificio impuritas firmitus Antimonio admixta,

in

in scorias est propellenda, ut subsideat syncerior & splendidior antimonij portio, quæ Regulus appellatur. Ejus conficiendi modi plures reperiuntur, is tamen maxime laudatur, qui melius scorias secernit, adeoque ponderosorem regulum exhibet, qualis est sequens. (*Regulus*) Capiatur Stribij ℥ss. pulveris carbonum ℥j. nitri puri, Tartari crudi an. ℥iij. singula seorsum pulverisa & deinde omnia commista in crucibulum inter carbones viuos locatum, per vices injiciantur, ut inflammentur; semper autem operculum crucibulo post injectionem imponatur, & toties injectiones repetantur, donec omnis materia injecta sit: quo peracto fusioni ignis administratur, ut Regulus inferiora crucibuli occupet, (vel in conum pyramidalem effundatur) qui post refrigerationem à scoriis superstantibus separetur: scoriæ vero (quas vocant) asserventur, quarum usus c. 7. & ult. docebit.

Huic simplici Regulo affinis est compositus cum Marte, quem vulgo Regulum Martis, itemque stellati (à corona sive stella artificiosa, quam in fusione sub scoriis nancisci solet) nomine indignant. Duo ejus elaboratio potissimum requirit: tempus nimirum fusionis & materialia. Tempus fusionis commendatur Luna crescente præsertim in Leone constituto Sole atque insuper sereno cælo. Experientia enim docuit tum majorem felicitatem in stellæ fusionem vigere, quam aliis temporibus. Materialia autem sint pura, nullis heterogeneis mista, sintque tria, Mars, Stribium & Nitrum, seu Sal petreæ. Operatio sic instituitur. Tempore inprimis prædicto ℥ Ferri (nempe clavorum vel limaturæ puræ) ℥jss. in crucibulo in igne fusionis teneatur; donec intense candeat & quasi liquefcere incipiat, tum cochleari

ferreo imponantur Antimonij pulverisati ꝑ. quibus optime liquefactis & invicem mistis per vices injiciantur salis petrae pugilli aliquot, quo facto affundatur in conum pyramidalem calefactum & inundatum sevo vel cera labris ejus nonnihil concussus, ut Regulus à scoriiis separatus ad fundum bene secedat. Regulus remotus scoriiis pulverisatus igni rursus in crucibulo committatur nitrique ut supra pugilli aliquot per vices injiciantur & in conum fundatur: hunc laborem si ter vel quater repetiveris, nec stella sese manifestet, certo statuas non ad amissim observatum esse legitimum processum: magis tamen in prospera fortuna, quam in artis præscripto stella locata videtur, ut etiam expertissimus quisque artifex labore suo quandoque in eo proferendo frustrari possit. Interim tamen etiam Reguli istius cum Marte parati nec coronati, suus est usus, isque varius, tam ad Medicinalia, quam ad Alchymiam Scoriarum quoque suo loco ad Sulphuris aurati Diaphoretici confectionem proderunt. Sufficiat illas duas Reguli simplicis & cum Marte compositi præparationes attulisse: longum enim foret omnes procedendi formulas persequi. Singuli enim fere artifices hic suavituntur experientia, & peculiare aliquod encheirama adhibere solent. Postquam igitur triplex Antimonium ita in Laboratorio præ manibus fuerit, duplex consequenter scopus in hoc medicina campo, quo ab Antimonio aufertur sulphur immatum, foetidum seu venenum, objicitur. Medicamenta enim ex Antimonio parata fiunt vel per modum fixationis: ut ipsum Antimonium ablata cruditate, magis fixum evadat: vel per separationem (vocabulo strictiori significatione sumpto) qua infundendo relicta terrena impuritate, portio Medicamen-

rosa propellendo vel extrahendo separatur. Fixionis autem quidam modi sunt Calcinatio & Vitrificatio. Calcinatio per quam mistum in calcem redigitur, instituitur vel per se vel cum aliis.

Calcinatio Antimonij per se fit ministerio ignis vel caelestis vel Elementaris sive culinarij, carbonum, lignorumve fomite structi.

Calcinatio Antimonij cum aliis, fit siccarum vel humidarum rerum adminiculo, seu elaborationum series demonstrabit.

CAP. III.

De Calcinatione Antimonij per ignem caelestem, seu Radios solares.

Inquieta hominum cogitatio, curiositate sua semper nova indagando eo pervenit, ut etiam colore quidem absque tamen prunatum flammaramque vi multa sanitatis præsidia præparare didicerit. Calorem illum è caelo mutuatum & à Sole petitum ob ineffabilem suam potentiam Magicum sapientes dixerunt, per eum sequentibus encheiramatis Antimonium in præstantissimam calcem redigitur.

Calx per Salem.] Sit ad manus speculum incensorium sive lenticulare, sive metallicum concavum, quod nempe radios Solares refringendo vel reflectendo concentret, ut objecta combustibilia inflamet: id Soli opponatur, ita ut pyramidis luminosæ apex ante Antimonij pulverisati & juxta in marmore in modum metæ vel coni in acumen fastigiati summitatem feriat, & brevi fastigium metæ Antimonij, cum multi fumi profusione ad nivis albedinem calcinabitur, qua parte calcinata à corpore nigro cultello remota, ulterius relinquatur, donec ita per vices totus Antimonij conus ad albedinem sit reda-

ctus : & (quod mirabile) licet copiosus fumus multum de Antimonio dissipari arguat, tamen Antimonij pondus post calcinationem auctum potius quam diminutum deprehenditur. Hæc est elegans & se-crera calcinatio Antimonij, cujus vis est Diaphoretica, vsus amplissimus in Hydrope, Lue pestifera & Gallica: in obstructionibus hepatis & lienis, ictero, lepra, ejusque speciebus omnibus: in podagra. Exhibetur in infuso gr. vj. viij. ix. & ut mirabilis hæc est calcinatio, ita non inferiores ejus virtutes & effectus. Illud tamen monendum, Antimonium prius in flores redactum facilius isto modo calcinari, quam crudum, cum eo longe tenuius sit redditum.

CAP. IV.

De Calcinatione & Reverberatione
Antimonij.

Per domesticum sive culinarium ignem variis modis hoc minerale tractatur: quam aliæ præparaciones breviorē, aliæ diuturniorē requirunt.

Calx per Ignem.] Apertum & vnus diei ignem requirit Calcis Antimonij per se præparatio, cujus processus sic est. Antimonium pulverisatur & super regulam prunis impositam ferrea spatula continenter mouendo agitur, donec post repetitas conglotationes & pulverisationes in griseum calcem redactum sit: ferròque ignito impositum, nullum amplius volatilitatis signum edat: nimirum neque ferrum inde inficiendo, neque fumum vel odorem de se spirando. Hiis motis apparentibus Calx Antimonij simplex habetur: quæ in crucibulo imposita, vterius est ignianda, ut ex albescente colore fiat pulvis ad flavedinem inclinans. Laudabile ea est Calx Diaphoreticum

phoreticum & singulare Pestis præservativum, cujus viij gr. in vino generoso veteri infusa vel cum succi calendulæ $\frac{3}{4}$ ij propinantur.

Præstantiorum vitium esse compositam cum auro calcem Antimonij ipsa experientia & ratio dicitur: qui modus cum parum discrepet à simplicis calcis præparatione, eum annecto. \mathcal{L} Auri Vngarici p. j. Antimonij, vel (quod melius) ejus Reguli simplicis p. ij. ea duo in crucibulo ante follem funde: colliquata mistura effundatur in caniculum, vel in mortarium æneum aut ferreum, ut refrigerescat, ex ea massa paretur pulvis, quem in scutella figulina bacillo ferreo continuo movendo calcina, donec in griseum flavescens calcem absque vlla fusione abeat. Calcem alcoolisatam post ignitionem asserva & in eisdem vsus in quos simplex Antimonij calx convertitur: in primis autem præ simplici calcinato Antimonio, ad Articulorum gravitatem à Podagra vel Lue Gallica relictam commendatur.

Cæterum ambæ calces in vitrum conflati possunt, sicut cap. 9: ostenditur.

Atque hæc Antimonij calcinationes celerius, vno nempe die absolvi possunt. Diuturnior ignis Reverberatione Antimonij adhibetur, quæ elegantissima in Lilio Antimonij demonstratur. \mathcal{L} Antimonium, vel quod melius ejus flores albos include globo fictili, cujus medium itidem argillaceus axis petransseat & in clauso vulcani domicilio fove; donec quinquies vel sexies aurora transferat, quotidie paulatim revoluto aliquoties globo tandem post æstatem circa axem rubicundum fixum & durum Antimonium reperies, quod Liliium Paracelsus nominat. Præstans est hoc Lilium ad Tincturam Antimonij inde extrahendam: maxime tamen

etiam ipsius Liliij vsus in vitiosa sanguificatione, in cachexia & lepra laudatur. Ejus grana, in Maluatico vino per noctem macerata & absumpta, Diaphoretici saluberrimi officio funguntur.

C A P. V.

De Croci & fixi Antimonij preparatione.

Calcinatio Antimonij accessu aliarum (præter ignem) rerum, fit cum siccis vel humidis. Calcinationis siccæ accessu duæ sunt species, Detonatio & Cæmentatio. Detonatio est calcinatio rei cum Nitro permixtæ & postea inflammatæ. Huiusmodi autem Antimonij detonatio est levis vel vehemens.

Levis detonatio est, quando Nitrum, Antimonium calcinandum, pondere nequaquam vel non multum superat, eaque potissimum semel instituitur. Tali Antimonij detonatione paratur crocus Metallorum, cujus talis est processus. Antimonij & Nitri p. æ. pulverisæ seorsim, commisceantur optime & in ferreo mortario, ferreo bacillo ignito, vel etiam pruna sub dio vel sub camino accendatur, & cum tumultuoso fragore multam flammam fumumque & foetorem sulphureum eructabit materia: restante finita detonatione massa hepatis colorem referens, vnde quoque Hepar Antimonij dicitur: post pulverisationem, elotionem & exiccationem croci colorem, vnde Metallorum (quod Antimonium, ut quidem putarunt, sit prima omnium metallorum radix) crocum nominant. Hepar igitur vel crocum nunc optime pulverisatum, elotum & edulcoratum pro vomitivo servabis. Vsus est, ut pro personæ ratione vj. vel vij. granorum infusum, homini ad vomitum composito, exhibeatur. Martium Rolandum in

Cenç

Centuriis curationum Empiricarum Aquam suam benedictam ex hoc croco præparasse multi pro certo statuunt. Quidam infusum hujus croci cum aqua Limonum pro vera aqua benedicta Rulandi propinant, & certe si non vera est, viribus tamen illam, si non superat, tamen æquat. Felicioris tamen operationis est hic Syrupus ex ejus infuso paratus. \mathcal{Z} Infusi croci metallorum \mathfrak{z} vj. Cinnamomi conquassati \mathfrak{z} ij, relinquuntur in loco calido, cœloque semel revoluto coletur, colaturæ addantur Sacchari albillimi \mathfrak{z} viii. fiatque coctione Syrupus, qui dosi \mathfrak{z} j. vel etiam \mathfrak{z} ij, in aqua centaurij minoris, vel alio convenientiore liquore assumptus, cum summo successu catarrhos cor & pulmones ferientes (servatis tamen methodi legibus) exhaurit, omnibusque morbis vomitum requirentibus salubriter offertur.

Ex hoc croco bene edulcorato celeberrima aqua ophthalmica paratur: infundendo ejus \mathfrak{z} j, vel \mathfrak{z} ij, cum appropriatis oculorum aquis: cujus infusi guttulæ aliquæ subinde in oculum affectum instillatæ, in primis ad nubeculas & suffusiones commendatur.

Infusum etiam vel decoctum hujus croci $\mathfrak{z}\beta$ vel \mathfrak{z} j, ad purgantia Enemata recipitur, cum bono & felici successu.

Et hæc levior detonatio Antimonij, fortiori ex Croco metallorum jam præparato fit Antimonium fixum sive Diaphoreticum hoc modo. \mathcal{Z} Croci metallorum, sive Antimonij semel detonati p. j. Nitri puri p. ij. pulverisata & commista per vices in crucibulum ignitum injiciendo sinantur detonare, ut nitrum totum bene conflagret, quo facto griseum evasit Antimonium, eique edulcorato &

& exciccato commisce triplum nitri, & procede ut prius detonando, nisi quod cum ægrius flammam concipiat in hac tertia elaboratione parvula ptuna injecta detonatio jvati possit. Tandem hunc pulverem probe edulcoratum intenso igne candefac, ut regulus, quem secum retinuit ad fundum secedat & removeri possit, quo peracto pulverem ex albo flavescens serva. Eius gr. vj ad x. vel ꝑb. (præsertim si cum succi calendulæ ꝑij, Bezoardici mineralis simplicis gr. iij. exhibeantur) per Diaphoresin curant, omnes obstructions viscerum expediunt: à Quartana & Tertiana liberant, in qua in principio exhibitum etiam vomitum ciere solet: aperiunt Apotemata & simul suavem somnum inducunt. In primis autem ejus vsus in Anasarca commendabilis existit.

CAP. VI.

De Cementatione Antimonij.

Cementatio quædam est sequens secreta Antimonij cum cinere fruticis super calvariam crescentis calcinatio. Sumantur Antimonij crudi pulverisati & cinerum fruticis super calvariam crescentis partes æquales, vel horum plus quam illius ad placitum: optime permista per vices injiciantur in crucibulum ignitum, quandoque bacillo ferreo commiscendo & Antimonium sine fusione & detonatione, cum exhalatione, tamen nidoris sulphurei, admodum cito nigredinem, rubedinem & flavedinem percurrerit & in pulverem candidissimum calcinabitur, qui ut magis figatur, per horam ulterius igne vehementi vrgeri potest. (*Vsus.*) Vsus ejus idem est, qui Antimonij laboriose per detonationem cum nitro fixati, præ quo tamen majorem habet vim bezoardicum.

CAP.

CAP. VII.

De præcipitatione Antimonij

Calcinatio quæ interventu humoris perficitur, vulgo Præcipitatio vocatur, est enim Præcipitatio rei solutæ per separationem humoris in calcem reductio. Ad omnem igitur præcipitationem requiritur primo corporis solutio & postea præcipitandi modus.

Antimonium vero præcipitandum in liquorem solvitur, vel per certum menstruum liquando, vel aliarum rerum admixtione destillando. Post solutionem autem vel menstrui solventis abstractione, vel tertij admixtione Antimonij calx ad fundum præcipitatur.

Præcipitatio Antimonij per abstractionem menstrui solventis ita instituitur. Sit in promptu Regulus Antimonij simplex, quem supra cap. 2. descripsimus, cui affunde paulatim aspergendo aquam itygiam, aquila ante volante exacuata, quam quod Regem devoret Regiam appellant, solutionem puram à terrestri facultia, quæ in fundo vasis subsidet per inclinationem transfusam, in cineribus aquam abstrahendo præcipita, præcipitatum in fundo relictum, aqua pluviali tepida elve edulcora, edulcoratum in reverberio lege Artis per aliquot horas calcina, tunc invenies Antimonij pulverem rubrum fixum, qui pro diversitate corporum, diversos effectus solet proderere, in aliis enim per superiora & inferiora, in aliis per Diaphoresin morborum radices iij. vel iiij granorum dosi, expellit.

Præcipitatio per tertij adjectionem in Gelatina Lupi, ex proprio ejus sanguine, in Olympico menstruo soluto hac via paratur: Duos minerales Hungariae Lupos cum summi vegetabilis calculos intus

O

extraque conspersos lapideo carcere: exigua relicta fenestra inclusos in locum Ætnæ vicinum ablega, bene combustos in thermas præcipita, ibique coctione ipsorum sanguinem extrahe, quem à sordibus transfusum per noctem in frigido relinque, mane lautum ferculum, Gelatim luporum, habebis, quam summi vegetabilis melancholico succo inspergendo præcipitabis & post calcinationem & diurnam insolationem tandem exccatam triturabis. Ex signaturæ iudicio sanguinis est depurativum, Lepræ & Podagræ vnicum præservativum. Ne vero cruditate sua ventriculum subvertat, in spiritu vini macerando vltierius maturetur & cum purgantium quodam extracto in pilulis vel oblatiis iiii. vel v. gr. portigantur, superbibendo brodio appropriato.

Simili præcipitationis modo insignis Diaphoreticus pulvis ex Reguli Antimonij simplicis scoriis paratur, qui Sulphur. Auratum Diaphoreticum dici consuevit. ✕ Scorias Reguli Antimonij simplicis, quas c. 2. præparare docuimus, & in lixivio ex cineribus fagi & calce vna concinnato per ebullitionem solve, donec lixivium illud aureum colorem acquirat & argentum immisum sua flavedine inficiat, coque à sedimento transfuso rotatim affunde acetii destillati pauxillum, & videbis sulphur auratum paulatim ad fundum dejici. Lixivium per filtrationem à Sulphure aufer, idque multis abluitionibus elotum & exccatam pro singulari Diaphoretico asserva. Per sudorem omnem morborum mineram ad gr. x. exhibitum expellit. Similiter sulphur ex compositi five stellati Reguli Antimonij scoriis extrahitur.

CAP.

CAP. VIII.

De præcipitatis ex liquore Antimonij per destillationem parato, tam simplicibus quam compositis.

E Numeratis Præcipitatis Resolvi Antimonij in alio menstruo, nunc ad ea quæ ex destillato ejus liquore sunt pergimus. In primis autem commendabile Butyrum mediante Mercurio sublimato ad præcipitatos excellentissimos ex eo paratur. ✕ Anti, Vng. Merc. absque Arsenico sublimati ana ℥j. scorsim trita misceantur in concha vitrea & statim per Retortam vitream ampli colli ex arena igne per gradus aucto liquor instar Butyri destillatur, qui collo Retortæ adhærens caute cum forcipe admota pruna in cucurbitulam excipuli loco apposta eliquandus est: qui postquam prodire desit: reposita alia cucurbitula infra supraque Retortam in copella arena rectam ignem (quem suppressionis vocant) subministra per aliquot horas & aliquantulum Mercurij currentis (qui per calcem vivam est rectificandus) in præfixo receptaculo invenietur. Infactam vero reperies in collo Retortæ Cinnabarim, cujus usum cap. i. docebimus. Butyraceus vero liquor prius per se vel à proprio suæ radicis Regulo rectificetur destillando & ad vltierius ex eo elaboranda medicamenta servetur: quanquam per se etiam vsum in Chirurgicis habeat: eo labra gangrenæ & Sphalcali illiniuntur, ne vltierius malum proferat, & ut commodius sectio necessaria absolui possit. Carbunculus etiam pestilentialis hoc oleo circumscriptus paulatim excutitur, cujus caverna postea sarcoticis & consolidantibus medicamentis expleri & perfanari potest.

Cæterum hoc Butyrum Antimonij præcipita-

tur vel per se vel per tertij adjectionem descendendo in pulvetem, qui Mercurius vitæ & Mercurius Emeticus vocatur. vel per affusi cujusdam acuti spiritus figentis abstractionem, vnde existit Antimonium diaphoreticum, quod quidam Bezoardici Mineralis nomine indigitant.

Mercurij vitæ præparatio talis est. ℞ Butyrum Antimonij præparatum & rectificatum, affunde ei aquam pluuialem tepidam, & corrosivam Salis & Vitrioli substantia, quam Mercurius secum in sublimatione arripuerat in aqua solvetur & veluti nivei flores in imum vasis præcipitabuntur, qui optime eloti & exiccati sunt Mercurius ille vitæ, sive pulvis Emeticus. Ejus grana tria vel quatuor in Peste & Febribus sursum & deorsum movendo purgant. In Hydrope vero tantum per alvi dejectionem Sal resolutum educunt. Optime autem notandum triduanum ejus usum sæpe incurabilem fere ani proidentiam infligere, quare nimius ejus vsus vitandus.

Jam est ut ad Præcipitados, qui per abstractionem humoris figuntur & Diaphoretica evadunt accingamur: quæ Bezoardica mineralia nominari paulo ante diximus. Suntque simplicia vel composita. Simplicia, quæ præter Antimonium & Mercurium sublimatum nihil ingreditur: sunt vel album vel rubrum.

Antimonium præcipitatum fixum Diaphoreticum sive Bezoardicum simplex albi coloris fit quando à Butyro Antimonij solus spiritus salis Balsamici terna cohobatione, subinde paxilli recentis additione fortificatus abstrahitur, ut pulverem album fixum abeat: qui iiii, vel v. granorum Dosi exhibitus sudorem sufficienter pellit.

Rubicundo colore ut Bezoardicum minerale effingas,

ingas, extrahenda est cum aceto destillato tinctura ex scoriis Reguli Antimonij simplicis, eaque butyro Antimonij affundenda, id postea cum spiritu Salis centralis vsitato more in præcipitatum rubrum, propriæ suæ radicis tinctura impregnatum figatur & non paulo præstantior erit virtutum quam prius.

Composita Bezoardica fiunt cum singulis metallis, cum quibus post solutionem butyrum Antimonij unitur & per spiritum salis nitri figitur, eorumque septem numerabuntur, quorum primas sibi vendicat Antimonium præcipitatum aurificatum, quod Bezoardicum Solare in Chymicorum officinis nominare solent. Modus hic haud inutilis futurus, si autem per Antimonium purgatum cum aqua ex nitro & Sale armoniaco (quam aquam pugilum & Philosophicam ex Basilij Valentini Monachi clavibus nominant) concinnata, aliquoties cohobando per alembicum pellatur & postea cum Mercurio mundificato ad fundum præcipitetur, iterumque ab auro præcipitato Mercurius elevetur. Præcipitatus veto auri pulvis in martialis salis spiritu solutus cum decupla Butyri Antimonialis proportionem figendo unitur, ut tandem purpurascens colorem pulvis induat. Hujus Medicinæ dosis à gr. v. ad vj vel vij, Diaphoreticum est utilissimum, quod vires conservando sudores movet, mascule articulorum dolores artuumque morbos, cum Hydrope & Lepra omnibusque ejusque speciebus in appropriatis vehiculis expellit.

Simili modo ex Luna in aqua forti soluta & ad oleaginositatem per abstractionem aquæ solventis redacta, cum essentia Falerni tinctura elicitur: quæ priori artificio cum spiritu sulphurei salis in Bezoar,

dicum Lunare cohobando redigitur ad capitis affectus sulphureos singulare, priori dosi exhibitum.

Ex Croco Martis per se facto cum butyraceo stibij liquore extrahitur tinctura, quæ tinctura postea cum priori spiritu fulminantis salis figitur in solatium eorum, qui fluxionibus, præsertim hepaticis affliguntur: priore exhibendi modo l. m. servato.

Ex batitura Veneris cum oleo Antimonij dicto tinctura elicitur, quod fixatum ad Venereos affectus commendatur.

Similiter ex Vitro Saturni, ex minio cum Silicibus parato, cum oleo Antimonij extrahitur tinctura, quod postea ad Splenis affectus cum trinunis salis spiritu figitur.

Paulo aliter ex Iove Bezoardicum paratur. \mathcal{R} Reguli Antimonij simplicis \mathfrak{z} ij. Iovis puri in Anglia nati \mathfrak{z} ij. seorsim fusa misceantur & postea pulveriscentur, pulveri adde Mercurij sublimati purissimi, sine arsenico exaltati & prius subtiliter in matre lævigati \mathfrak{z} v. omniaque commista subito in Retortam parum excalefactamingere, & vitro butyraceum oleum videbis egredi, gradatim tamen ignem subministra, ut etiam post duas horas suppressorium ignem adhibeas: hoc butyrum cum spiritu salis fusilis ter cohobando in album præcipitatum fige, & postea ignitum in S. V. extingue. Dosis à gr. j. ad iij. vel iv. potenter sudores pellic, proptereaque icterum, Hydropem, lepram, luis Venereæ & Podagræ reliquias cum tota radice funditus per Diaphoresin evellit.

Bezoardicum Mercurij ita paratur. Ex Mercurio cum tinctura Smiridis vel Granatorum præcipitato & silicibus: vel ex Mercurio vitæ, seu Emetico supra descripto solo fundunt vitrum Mercurij, ex quo

cum

cum butyro Antimonij eliciunt tincturam ipsius vitri, quod postea more solito per spiritum salis Martialis in excellens Bezoardicum figunt: præsertim ad Luem Gallicam, sive Veneream commendabile. Dosis à gr. iij. ad vj.

Quidam ex omnibus metallis junctis & Regulo Antimonij absq; metallis parato cum Mercurio exaltato seu meteorisato oleum butyraceum Heptrastrum parant, idque postea operosiori labore figunt & in Bezoardicum Heptrastrum redigunt, cujus tamen laudes & sumptus virtute ejus majores esse videntur, sciens itaque ejus præparationem omitto.

CAP. IX.

De fusione vitri Antimonij.

Sic fuit calcinatio Antimonij, nunc ad fixationis alteram speciem, vitrificationem transimus. Vitrum Antimonij proprie paratur ex ejus calce per fusionem. Calx Antimonij simplex supra c. 4. parata præsertim Sole & Luna in Aquario vel Piscibus existente in crucibulum ignitum per vices iniiciantur & coram folle igne intenso fundantur, donec bene sit eliquatum & maturum (quod paulatim immisso bacillo ferreo extrahendo explorari potest) tandem in pelvim parum excalefactam effundatur, & erit vitrum pellucidum Hyacinthinum. Ejus iij. iij. vel granorum infusum vehementer vomitus ciere solet: robustissimis itaque hominibus hæc fercula bilem ex corpore humano sursum ejicientia propinentur. Insaluberrimum vero porrecti in substantia hujus (vel etiam cujusvis alius vitri vsus, ut qui gravissima symptomata violentiâ suâ inducat, plane aegro medico exterminamus. Hoc vitrum alias ad salubriores vsus transferri potest, quos cap. 12. docuimus.

Simplici vitro Antimonij palmam præripit compositum seu aurificatum Calx Antimonij cum auro supra cap. 4. parata, ut in simplici vitro Antimonij fit: quod ferreo bacillo immisso exploratur: quod si color placuerit in pelvim modice excalefactam effundatur & boni auri portio iterum recludiſſe & à vitro separata invenietur: Materiam omnem pulverisatam, ut prius funde & liquatam in pelvim effunde, vitrum ab auro separatum serva. Aurum vero relictum cum recente Antimonij Regulo calcinatum & secundum normam prioris elaborationis processum, tandem totam Auri substantiam cum Antimonio in transparentem vitrum redigere poteris. Huic vitro pulverisato affunde spiritum vini dephlegmatum, quem vitro bene clauso tene in Balnei modico calore, aut retto fornacem vel ad radios Solis, quoad rubicundissimum colorem extraxerit. S. V. tinctum à sedimento separatum serva: residuo v. pulveri novo S. V. affuso extractionem repete, donec omnis tinctura extracta sit. Tincturas collectas tanquam pretiosissimum thesaurum repone. Hæc enim naturam confortando, sudores movendo, sanguinemque depurando tantum bellum inimicissimis humanæ vitæ hostibus indixit, ut neque Hydrops, neque Podagra, Arthritis, Gallica Lues, Lepa & hisce affines morbi contra talem Medicinam, quæ Auri potabilis veri efficaciam & vires quam proxime æmulatur, quicquid moliri ausint. Quidam vero artifex Regis mortem deplorans cum Saturnini filij cineribus immersum, pulvere lapillorum ex pretiosissimo latice collectorum, conspersit, & tam diu sub alis Vulcani fovit, donec ille rursus grato balsamo resuscitatus auream rutilantemque suam coronam cuivis ostenderet.

Vitrifi-

Vitrificationi Antimonii accenseri potest illud encheirema, quo levi opera ignium, vitri formam, absque tamen perspicuitate induit. Antimonio crucibulo liquato intinguntur ferrei bacilli bene politi & post educationem quicquid eis adhæserit decuritur: sic per vices omne Antimonium extrahitur. Antimonium in extractum & contusum denuo eliquatur, atque bacillis ferreis toties extractio repetitur, donec vitrum optime pulverisatum, rubicundo purpureo colorem obrineat. Ejus Dosis & usus fere cum simplici vitro Antimonij communis esse videtur: rectius tamen spiritum Sulphuris Vitrioli, vel proprio Aceto prius aliquoties cohobatum, ut evanescente purpureo colore, albicantem prodat, exhibetur: valde enim ejus vis Emerica hac correctione emendatur, ut solam per alvum deturbandi vim postea obrineat. Verum Febrim curativum Dosis à gr. iij. ad v. in aqua Centaurij minoris vel alio liquore convenientiore.

Ad vitrificationem etiam referri potest crocus ille metallorum, de quo supra in detonatione, qua Antimonium in vitrum, licet non pellucidum, redigitur.

Croci illius præparatio paulo alia ita habet. Ψ Antimonij, Salis petrae & Salis communis ana q. p. seorsim pulverisata commisceantur & in tigillum indantur, super lutato operculo in medio perspirabili & tigillum ponatur in ignem rotæ sive circulari, paulatim propius admovendo postea (si nullum amplius sulphureum & arsenicalem nidorem senseris) tigillo refrigerato & aperto, invenies sub salibus superstantibus cinnabrinum vitrum, quod crucibuli fundum instar Reguli occupavit; hoc lævigatum ejusdem cum superiori croco metallorum est usus, eodem exhibendi modo & dosi servato: nisi

quod deorsum colluuiem viriotorum humorum de-
turbare solet.

CAP. X.

De florum Antimonij præparatione.

Hactenus in igne quasi perseverantia Antimo-
niata descripsimus, nunc quæ per separatio-
nem (vocabulo strictiore significatione sumpto) pa-
rantur, subjungemus. Separatio autem fit vel pro-
pellendo, vel extrahendo. Propulsione separantur
vel sicca vel humida, quorum illa sublimatio, hæc
destillatio dicitur. Propulsio autem instituitur, vel re-
cta sursum, vel obliqua ad latus. Sursum propel-
luntur ex Antimonio flores tam albi quam lutei.

Alborum præparatio hæc est. Antimonium pul-
verisatum in ignitam à tergo tubulatam bociam ini-
ce & ferro per tubulum immisso continue movendo
flores in septimum usque crystallinum cælum eleva-
buntur & melancholia Lupi exudabit, simul crysalli-
num cælum petens, indeque in infusam Thulen de-
pluens. Flores autem collectos pro Vomitivo iv. vel
v. granorum dosi ægro robusto & ad Vomitum com-
posito exhibe.

Lutei flores parantur ex Antimonio vulgari, vel
etiam ex Regulo Antimonij sive simplici, sive stel-
lato, ut & ex pulverisata Laporum Gelatina admisto
contrito solari sale, ex arena in vitreum capitellum
sublimando, qui flores postea aqua calida à falsedi-
ne eloti & exiccati duorum granorum pondere as-
sumpti, per vomitum venenum recenter assumptum
citissime eiciunt. In Febris & Capitis doloribus
à ventriculi impuritate ortis, utiliter exhibentur.

Huc referri potest Cinnabrium Antimonij c. 8. de-
scriptam, quod pulverisatum ex pyxide cementaria
fictili

fictili lamella bene recta sublimando in arena aliquo-
ties rectificare poteris. Hoc cinabrium mirifice ad
sequentis Antepileptici confectioem commenda-
tur. ℞ Cinabaris Antim. rectificati & pulverisati ℥β.
Mumiæ non humatæ pueri viventis primogeniti ℥iv.
Salis vel Magisterii perlarum & Corall. an. ℥ij. Croci
Orientalis ℥j. Cranij humani subtilizati ℥β. miscean-
tur. Præmissa purgatione bis in septimana adultiori-
bus exhibetur, per diaphoresin omnem illius mali
fomitum excernit (in infantibus & pueris sola mu-
mia jam dicta horribilem istum affectum & hostem,
vitæ quæ humanæ tortorem omnino expellit & era-
dicat) commendatur etiam hæc confectio in paralyfi
& capitis erysipelate. Exhibetur à gr. vi. ad x. vel xii. in
appropriatis morbo & parti affectæ vehiculis.

Rubri & purpurei Antimonij flores rursus ele-
vando etiam elaborari possunt, aptiore tamen & me-
liore via per cucurbitam lateraliter locatam: paran-
tur hoc modo. ℞ Antimonium vel ejus mineram tri-
tam & inlateraliter, in furnum nudi ignis locatam
figulinam bociam, densitate anserinæ pennæ (qui-
dam Antimonio arenæ duas partes admiscant, qua
tamen minera non opus habet) impone, apposito
postea bidepali coque sacis patente & apto figulino
tabulo, cui luto annexus sit alius vitreus & insuper
huic excipuli loco cucurbita vitrea, vel alembicus
cum rostro terram spectante, aptetur: tum per diem
& noctem gradatim aucto igne urge & cum floribus
rubris & purpureis (qui tamen nonnunquam etiam
albi hæc laboris methodo prodeunt) in tubulos pul-
vis, in præfixa cucurbita vel receptaculo (si alembi-
co usus fueris) acidum Antimonij liquorem collige.
Flores spiritu aceti, sulphuris, vel vitrioli prius co-
hibando, vel etiam absolute leni calore à sulphure

venenoso separando rectificati, omnem vitiosam coluuiem per vomitum & alvum expellunt. Dosis à granis, iij. ad v. vel vi.

CAP. XI.

De Liqueoribus ex Antimonio per distillationem proleclis.

Propulsio partium subtiliorum nempe aquæ & olei ex Antimonio fit distillando. Aqua Antimonij vitriolata, quæ acetum, spiritus, melancholia Antimonij alias vocatur, eadem opera colligitur in sublimatione florum Antimonij alborum per alembicos, quam rubrorum (ubi tamen copiosius colligitur, præsertim si vasa sint de bono luto confecta & quasi vitrea) per tubulos lateraliter locatos. Ea aqua cum propria minera digesta per alembicum, rectificari potest, jucundam aciditatem nanciscitur, nec multum habet diversum usum à spir. vit. Nam febris curat, à putredine præservat, ciborum appetentiam excitat, ventriculum constringendo confortat, omnemque calorem præter naturam in corpore humano ortum extinguit, Epilepsiam curat, calculum frangit, lumbricos enecat, menses & urinam movet: dolores etiam podagricos extrinsecus adhibita, mulcet, & multa alia tam in medicina quam in Chymia præstat. Ad suavem aciditatem temperatur cum appropriatis aquis, quæ postea in ore contentæ dentium dolorem citissime sistunt.

Olea Antimonij varia parantur, ex quorum numero est Butyrum Antimonij (rectius Butyrum Mercurij nominaretur: cum vero ita usu receptum sit, ut antimonij butyrum dicatur, istud etiam hic retinere volui) ex eodem cum additione Mercurij sublimati distillarum, de quo cap. 8. satis dictum.

Sequens oleum Antimonij dulce, rubrum multum

in

in Medicina commendatur. \mathcal{Z} quicquid de radice metallorum cum aquila alba in meteorum supra fuit redactum, cujus cruore salsæ thermas per coctionem inficias, super quas si postea spiritum vitriolatum summi vegetabilis destillatum irroraveris, cruorem glutinosum fundum petere videbis, quo exiccato, sulphur Antimonij rubrum flammam concipiens paratum habebis: quod si in sulphurea Falerni aqua solutum, benigno fimi equini calore per mensem foveas, & deinde per comutam vitream propellas, primo solvens menstruum, dehinc sanguinem oleaginosum dulcissimum prolicies, qui ceu vendibile vinum suspenso hedera non opus habet. Hoc oleum à guttis ij. ad v. in vino vel alio conveniente vehiculo exhibitum Balsamum vitæ instaurat, sanguinem purificat, obstructions reserat: & saluberrimi diaphoretici officio fungitur.

Rubicundum Antimonij oleum etiam sequenti via paratur. \mathcal{Z} Antimonij & glaciæ paradisi an. \mathfrak{ss} j. contritis & commistis affunde olei dulcissimi salis vegetabilis \mathfrak{ss} ij. stent in putrefactione per 10. auras: postea ex arena pellantur per Retortam, primo exhibit inutile phlegma, dehinc rubicundissimum oleum, cujus usus est tam internus quam externus in fistulis, vulneribus & ulceribus. Oleum hoc cum essentia Falerni aliquoties in Balneo cohobatum, prioris dulcis olei vices supplere potest.

Oleum autem illud ex sale dulci vegetabili paratur per igneam aquam primæ ejusdem regni radici aliquoties à sale per deflagrationem abstrahendo, donec satis olei glutinosi collegeris, quod pro sua natura nunquam anhelosos & asthmaticos deserit.

*De tinctura, Sale & Liquoribus Antimonij
per deliquium.*

E Numeratis Medicamentis, quæ per propulsi-
onem ex Antimonio separantur, ea quæ extrahen-
do, sive dissolvendo à terrestri sua mole elibrantur
nunc annectemus. Extractio autem est vel Sulphu-
ris vel Salis.

Extractio Sulphuris sive Tincturæ Antimonij pro
cujusvis artificis opinione & experientia instituitur:
sequens tamen modus multum commendatur. \mathcal{L} Li-
lij Antimonij supra cap. 4. descripti q. p. ex eo tito
cum V.S. dephlegm. rubentem colorem in leni calo-
re extrahes, quam à sedimento transfusam ad justam
olei formam destillando redige & tincturam rema-
nentem pro summo sanguinis mundificativo asserva.
In primis autem Lepræ, Morpheæ & omnibus cu-
taneis ab impuro sanguine manantibus morbis opi-
tular.

Quidam Lilio Antimonij acetum destillatum vel
proprium spiritum radicum affundunt, & men-
struum tinctum in M. B. separant, ut tinctura in fun-
do relinquatur, quam denuo in S. V. dissolvunt, atque
à subsidentia depuratum ad remanentiam tincturæ
intense rubentis abstrahunt. Hujusmodi tincturæ
potissimum corrigendo, non purgando sanguinem
mundificant. Dosis à guttis iv. ad vi. exhibentur in
vino & hepatis appropriatis vehiculis.

Salis Antimonij, cujus exiguam portionem ha-
bet, hæc est præparatio. \mathcal{L} Calcem Antimonij sim-
plicem, vel relictam à floribus Antimonij terram pul-
verisatam & effusa propria acetositate vel aceto ra-
dicato extrahe falsedinem. Limpidum à sedimento de-
cantatum, in leni calore fac ut exhalet & in fundo
relinquetur

relinquetur Sal Antimonij, quod per aquam nubium
(per solutionem & coagulationem) aliquoties recti-
ficatum, tandem clarum & splendens evadet. Com-
mendatur in Podagra, Peste, calculo renum & vesi-
cæ, Dosis à gr. iij. ad vij. utinam & sudores movet.
Majorum virium Sal vitri Antimonij esse creditur:
præparationis processus talis est. \mathcal{L} Vitrum Antimo-
nij simplex, per se ex calce præparatum, affunde for-
tem aceti destillati spiritum, & in calido digere, ut
elegans fiat extractio intensæ flavedinis: menstruum
tinctum caute à reliquiis depletum ad consistentiam
blande abstrahere & restantem pulverem aqua cœlesti
sæpius per distillationem elve, donec ab acrimonia
aceti bene vacuatum, edulcoratum & liberum sit
redditum: quod ad superioris salis usus etiam re-
fertur.

Ad Salis extractionem pertinet dissolutio per deli-
quium in aëre frigido humido, cum ea non nisi solis
salibus & salium naturam habentibus competat.

Sic igitur ex Scorii Reguli Antimonij tam sim-
plicis quam compositi sive stellati quippe, quibus ad-
mixta sunt salia niri & tartari, per deliquium fit li-
quor, cujus usus potissimum in Chirurgia locum ha-
bet, præsertim in fistulis & ulceribus fœtidis.

Præterea liquor ex Sale vitri Antimonij præstan-
tissimus per deliquium paratur, si ad in albuminibus
ovorum ad duritiem coctorum raphano vel Bryonia
excavata in cella resolvatur, qui liquor à \mathcal{D} . ad \mathcal{D} . j.
intro sumptus podagricas defluxiones & patoxysmos
efficaciter compescit & avertit: absque mordacitate
quoque ulcera, fistulas & vulnera à putredine con-
servat & sanat. Et hæc potissima sunt medicamenta
quæ ex Antimonio, mineralium omnium celeberrimo,
Pyrotechnica arte parantur, ad præsentem

nominis sanitatem conservandam, labilem confirmandam & morbos expellendos & eradicandos. Innumeræ quidem descriptiones Antimoniatorum tant à veterib. quam recentioribus luce donatæ circumferuntur, quas tamen omnes ad operationem ipsam revocare laboriosam satis est & sumptuosum: patim etiam quod satis intricate conscriptæ & infida hominum turba depravatæ non ad veritatis scopum collimant. Præstat igitur paucis expertis fidem adhibere, quam incertos processus, quorum plena sunt omnia, oleum & operam impendere. Hæc itaque de medicamentis ex Antimonio propria manu elaboratis consignasse sufficiat.

LAUS DEO.



INDEX

MARCI
CORNACCHINI

Practicæ Medicinæ in Gymnasio Pisano Professoris ordinarij

METHODUS,

QUA OMNES

HUMANI CORPORIS

AFFECTIONES AB HVMORIBVS

copia vel qualitate peccantibus genitæ,

TUTO, CITO, ET INCUNDE,

Chymicè & Galenicè curantur.

Appositus eidem Rerum & Verborum memorabilium Index copiosus.

P



Illustrissimo

D. ROBERTO
DVDLEO COMITI

De Waruich, &c.

M. CORNACCHINVS S.D.



VERBA quidem mihi desunt, Comes Illustrissime; si te Virum summo genere orium, totique virtutibus ornatum iis, quas meres laudibus, velim extollere. Tu enim ille es, à quo distant omnes eam vnam esse nobilitatem, quam ob rerum gestarum gloriam cuncti admirentur. Rem certe difficultem, meisque viribus imparem aggredior: at tamen & tua fretus humanitate, & te ipsa impulsus, quam te omnibus gratum, quam omnes iuvandi cupidum ostendas, quibus potero verbum enarrabo. Hinc sit, ut te omnes venerentur, ut Serenissimo Tuscorum Magno Duci charus vivas, atque iucundus, ut quacunque gesseris, omnes tibi prospere cupiant evenire.

Nam quid aliud petant aëtuaria, que summo tuo iudicio, ac singulari opere novoque artificio sunt naves. & quinquereemes, que piratas perierreant, barbarorum oras aggrediantur, capiant, atque evertant, & non Italia solam, sed

totius Europa tneantur? Unde quidem oritur, ut plurimi tranquilla libertate fruantur, qui miserrimam in servitute traherentur. Sed quanto majus est ab inmatara morte liberari? Id te authore fit in dies, egoque sum expertus, experior, & dum viuam, sum experturus. Nam quid est aliud, quem tuo summo iudicio composuisti, pulvis, nisi mirus ab interitu recessus, cum multi ad vita desperationem ducti, eo mirifica convalescant? cum ipsum, que tua est humanitas, atque omnium salutis cupiditas, mihi utendum tradideris, hæc pauca scribenda putavi, atque utinam cumulate; Quæ tibi vni dicanda censui cum tibi in primis omnibus de causis debeantur. Vale igitur, diuque vivas, meque ut facis, in tuis habeas.

Pisis Id. Aprilis M. DC. XX.





PRÆLECTIVNCVLA
 IN ITERATAM
 METHODI IN
 Pulverem Editionem.

VBI primum hoc præfenti Anno M.DC.XIX. in Piſano Gymaſio magnæ ſtudiorum omnium vacationes datæ fuerunt, & à publico legendi munere ſeriatum eſt; ſtatim Piſis ceſſiſſimus, & Florentiam nos contulimus, vt METHODVM hanc in pulverem, quam typis ibi cudendam publicæ vtilitatis gratia jam curavimus, exciperemus, exceptemque traderemus Sereniſſimis Principibus, Illuſtriſſimo Comiti, cæteriſque ſtudia hæc non aſpernantibus; ſed præcipue iis, qui artem exerceant, ac profitentur; ad hoc, vt citius, tutius, & iucundius, quam ad hanc uſque diem fieri ſolebar, ægritudines humorales curare poſſent. Et proſeſto quam tranquilla, quam ſerenâ fronte Sereniſſimi Domini Illuſtriſſimus Comes, & alii quamplures optimi viri hæc noſtras commentationes receperint, non ſolum ex oratione, ſed etiam (vt ajuunt) ex vultu, & oculis perſpicere vniuſquiſque potuit. Quid plura? quot-

quot exemplaria in lucem data fuerunt (fuerunt autem non pauca) tot vnus hebdomadæ ſpatio, Florentiæ, ac Piſis diſtributa fuerunt. Iam vero, quia ianuæ meri, ſalutis humanæ percupidi, qui non ſolum Florentiam, vel Piſas, ſed alias quoque Italiæ & extra Italiam, Vrbes incolunt, iſtius lucubrationis (qualiſcunque ſit) cupiditate flagrant, & partim à nobis eam quotidie eſſagitant, partim propriis manibus eandem exarate contendant; cumque non paucos fore animadverſerim, qui quidem qua ægritudinis ſpecie præciſe ij laboraverint, qui pulveris huius beneficio ſanati ſunt, tenere velint; & alij, qui novis quibuſdam probabilibus rationibus permoti, pulveris iſtius uſum adhuc recipere negligant, immo potius extra medicinæ campum prorsus rejiciendum, & vento projiciendum; his omnibus de cauſis equidem coactus temperare mihi non potui, quin METHODVM iſtam iterum in lucem prodire, pateret; tribus tamen auſtam appendicibus: Prima (quæ ad ſecundi capitis calcem adjecta erit) varias, atque diverſas variorum, ac diverſorum ægotantium Hiſtorias continebit tali potiſſimum pulvere ſanatorum: in Altera, (quam poſt Sextum caput apponemus) novæ difficultates à præſtantiffimis quibuſdam Medicis Florentinis propoſitæ in medium afferentur: In Tertia tandem (quam ad operis ſinem conferemus) difficultates jam propoſitas ſuperate pro viribus conabimur.

Cœptis fauceat Deus, ac vota noſtra ſecundet.

nes pariunt, alvum præterea sæpenumero restrictam, corpusque non parum debile reddunt, & neque pluries possunt (si occasio vrgeat) continuata serie exhiberi: alia non pauca symptomata inferunt: in vnum hoc opus, & dies, & noctes incumbere cœpit, ut acri cujuscunque sortis ab humoralibus vocatis aegritudinibus, tũto, cito, & jucunde omni tempore sanari possent absque sanguinis missione, quam ipsi vel propter ætatem, vel propter anni tempus, vel propter alias contra indicationes (de quibus infra suo loco) per sæpe admittere non possunt; nec non absque medicamenti vel lenientis vocati, vel soluentis potione, qua ob insuavitatem, ac tetrum odorem, oculi fugiunt, aures horrent, os respuit, & animus reformidat, & nuper dicta incommoda solent afferre.

Tandem optimus iste Vir post longam considerationem, contemplationemque in eam sententiam devenit; ut, si pulvis aliquid insipidus, inodorus, & mole quidem parvus, sed virtutis maximus adinveniretur, quippe qui commode hæc præstare posset, illum toto corpore libenter amplexari, & in manibus habere deberemus. Non paucos igitur secum commentari, multos conficere, eos denique experiri, ac tentare cœpit. Postremo Deus Optimus Maximus ei occurrit, & in optatu & in votis; pulverem enim quendam excogitavit, qui dummodo, veluti decet, parvus sit) non sapore, non odore præditus est, dum deglutitur, dumque in ventriculo moratur, nauseam non infert, vix vllum excitat tristem sensum, perquam raro vomitum movet, alvum non adstringit, neque corpus admodum debilitat, sed (servatis, quæ in illius vsu servari debent) blande, placide, sedateque peccantes humores per alvum educendo, aegritudines quoque ab eis factas simul tollit, & extirpat. Hoc igitur pulvere vii cœpit & semel atque iterum, ac sæpius, quolibet anni tempore, qualibet ætate, habitu, temperatione, nec fere vnquam frustrata est eum hæc sua spes: nam quatuor ab hinc annis rem, quomodo se habebat, mihi narrare cœpit, pulveremque ex quibus, & qua ratione para-



CANDIDO LECTORI
OCCASIO SCRIBENDI,
ET AVTHORIS INTENTIO
aperitur.

COMPLURES anni sunt, ex quo Illustriss. Viro Comiti Roberto de Warvich, Viro quidem omni laudam, ac virtutum genere ornatissimo, non minori (opinor) curæ fuit Mare nostrum à Barbaris paratis, nefariisque prædonibus, Nomini Christiano infestissimis hostibus, diligenter vindicare; quam corpus humanam à molestis aegritudinibus, ac periculosis morbu frequenter ipsum oppugnantibus, & opprimentibus, studiose liberare. Itaque cum optime videret, viros, ac mulieres omnium generum, ætatum, habituum, ordinum, omnis denique fortune, atque loci quolibet, 3. aphorif. 19. anni tempore, variis corporis affectionibus corpori, ac nonnunquam etiam perdi, & extingui; iis potissimum, quæ ab humoribus ortum ducunt, vel copia, vel qualitate peccantibus: ad quos depellendos Medici accersiti, modo sanguinem mittere, non semel tantum, & bis, verum etiam pluries: modo pharmaca subdutoria nuncupata, infirmis exhibere coguntur, quæ male se habentem illorum gustum, propter insuavitatem magis, magisque afficiunt, stomachum evertunt, vomitum cient, torfo-

reitur, indicavit, iuratusque dicebat sexcentos (adhuc sunt inter vivos) istius pulveris usum sanitati se restituisse. Ego vero inter alia omnia, immo audacter, libere, & aperte respondebam, hoc suum commentum esse purum, ac verum signum, Veterum dicta, & scripta penitus evertens, humano generi perniciosum, neque ullam pestem in medicina reperiri majorem; quemadmodum rationes, & auctoritates inferius afferendæ, quas ipsi objiciebam, luce clarius demonstrabunt: proinde ut à sententiâ desisteret, ipsum hortari, ac rogare etiam, atque etiam non desij. Quæ quidem ipse omnia non ingrato animo, sed obstinatione quâdam sententiâ repudiabat.

Cum ecce Illustrissimus Vir, in sine Veris proxime præteriti, dum Liburnio Pisas se conferret. in itinere animi gratia vehementissime in venando, & aucupando corpus exercuit; unde fluxio ad membranam succingentem circa mammam sinistram oborta, dolorem in ea, veluti 1. de cri. 3. & 5. pungeretur, ac 5. de loc. aff. 3. tenderetur, cum febre 4. de causis pull. 8. acu, a, spiratione exigua & frequenti, iussi cum 4. de causis pull. 8. sputo colorato, & cæteris. 1. acut. 44; 2. acut. 15. 16. 17. pleuritidem comitantibus symptomatis, excitavit. Quod ubi sensit, statim Pisas advolavit; paulatimque ingressus, decubuit, & mutata videlicet ratione. 2. acut. 1. aph. 31. 9. de dec. Hip. & Plat. 6. & fotibus loco dolenti adhibitis, pulverem semel, bis, ac tertio assumpsit, cujus ope, & auxilio sine sanguinis detractioe, sive alterius medicamenti lenientis, vel purgantis potione ex morbo evasit. Interim Illustrissima illius Coniux (quæ jam per duodecim dies conceperat, sed ignorabat) de totius corporis gravitate, capitis, stomachi, ac renum quemadmodum facere solent prægnantes in primis gravidationis mensibus) dolore conqueri cæpit. Sed pulvere devorato, corporeque multis vitiosis humoribus exonerato, melius se habere aperte indicavit, & post Idus Ianuarij marem in lucem edidit cæteris rite consequutis, 3. in primis Epist. hist. 4. Dum hæc aguntur, Mariam filiulam simplex febris, Philip-

pum vero obsonatorem una cum epinyctidibus per univrsum corpus invasit; utrisque pulverem una vice tantum exhibuit, & virosque ad pristinam suam valetudinem revocavit. Quæ quidem omnia ego præsens contemplatus; quin admirarer maxime, facere non potui, ac tot, tantisque exemplis doctus, & ductus; ad morbos pariter à materia excitatos, sive cum febre forent, sive minus profligandos, eundem pulverem adhibere institui. Cumque rem prospere semper evenire animadvertissem, illius vires non solum admodum efficaces, sed etiam tutas, admirabiles, incredibileque palam vera cum gloria predicare non dubitavi. Hæc enim non pauci quoque oculati, & cordati non solum Medici, verum etiam alij salutis humane studiosi conspexissent, admirati; multa ex me petierunt, quæ & commoditatis, & brevitatû gratia reduci possent.

Ad se ptem hæc ca- pita	Primum	}	Qualisnam sit iste pulvis, ex quibus & quomodo paretur.		
			Alterum	Pulverem hunc omnes humani corporis ægritudines (dummodo à materia, copia, vel qualitate peccante excitentur) generatim profligat; experimentis demonstratur.	
	Tertium	}	Eundem pulverem eadem ægritudines generatim depellere, rationibus comprobatur: simulque ostenditur, vacationem per ipsum factam, illam non parum superare, quæ vel per venæ sectionem, vel per cætera medicamenta subductoria præstatur.		
			Ad se ptem hæc ca- pita	Quartum	Febres putidas pulveris istius beneficio <i>speciatim</i> tolli non solum non experimentis, verum etiam nec rationi, nec aliorum Veterum placitis repugnare demonstratur.
			Quintum	Quæ sint observanda pro recto pulveris usu,	
	Ad se ptem hæc ca- pita	Sextum	}	Quibus argumentis nonnulli ad pulveris usum improbandum utantur.	
				Septimum	Quem finem, & exitum habeant argumenta proposita.

Quibus pro virili, & quantum per assiduum publicè legendi disputandi. ac medendi munus licet, explicatis; & iusta petentibus me satisfecisse; & de iura, cita, & iucunda morborum humoralium curatione bene meruisse arbitrabor. Votis igitur aspi-ret Deus Optimus Maximus, & à capite ad calcem vsque bene cepta secundet.



QUALISNAM SIT ISTE PVLVIS, EX QUI- BUS & quomodo paretur.

CAP. I.



QVEMADMODVM fabulosi Poëtæ Cerberum triopitem fingebant, inferorum custodem, Cerberumque appellabant quasi *xpeîcopov*, id est, carnem vorantem: ita nos pulverem nostrum Cerberum quoquo pacto nuncupare poterimus; quandoquidem ex tribus constat, & humana corpora cuncto dit, humoralesque illorum morbos depascitur, ac depopulatur. Constat igitur (sed quæso, ne ceu pœci voces, quæ ad timorem proponuntur, timent, ita viles animi nominibus res quibus pulvis conficitur; significantibus auditis, terreatur) *Scammonio*, seu *Scammonia*, ab omnibus sic dicta; nec non *Antimonio*, sic à nostris, *Στιμμυ* Dioscor. lib. 5. cap. 58. 9. *simplic.* 6. de *valetud. men.* 12. à Græcis, Sibirium à Latinis appellato, & denique *vini face*, Italice (*Gromma di botto*) præparata, quæ postmodum *tremor*, seu *sal Tartari* vocatur. Et quamvis tria hæc ad hujus pulveris compositionem concurrant; basis tamen in *Scammonio* &

Antimonio posita est; Tattarum vero additur propter rationes, quas paulo infra, ex Hippocrate, 2. *acut.* & Galeno 11. *de iis, quos, quando, purgare oportet, in fine* afferemus. Iam vero quid sit Scammonia, quid Antimonium, quid Vini s&æz, lippis, atque Tonforibus notissimum est, ea propter in re tam clara, atque aperta diutius immorari non est necesse: verum enim si dicere volumus, *Scammonia* jam inde ab Hippocratis 4. *acut.* 64. tempore vsque ad hæc nostra semper in frequentissimo fuit vlu. *Antimonium* pariter Veteres non latuit; si quidem non modo à Dioscoride, & Galeno, & ab iis, qui post ipsos floruerunt, illius mentio fit, verum etiam à spiritu Sancto in sacra pagina; 4. *Regum cap. 9. Hierem. 4. Ezech. 23.* eo enim potissimum mulieres vtebantur ad venustatem sibi conciliandam, præcipue secundum oculos, aufert enim ex eis sordes, & supercilia denigrat. *Tattarum* similiter notissimum existit, præcipue mulieribus, quæ ad rutilandum capillum ea vtebantur; & ad maculas delendas, gutta olei ex ipso extracti diluta ex aqua; efficacissime enim abstergit faciem, Fullonibus quoque in aperto, & in propatulo existit, vt pote quod ad præparandas varias colorum infectiones *Tattarum* hoc adhibeant.

At dicet quispiam, si hæc medicamenta vsurpatissima semper fuerunt, ad quid igitur, pulverem hunc ex ipsis constat, tanquam novum aliquod pharmacum, tot tantisque laudibus ac plausu ad sidera vsque celebrare, ac tollere? Certe negare non possumus, quæ pulveris compositionem ingrediuntur, vnicuique nota non esse, & in Medicinæ vsu jam diu posita; at diversus præparandi, & vsurpandi modus est, qui non solum novitatem, præstantiam, ac nobilitatem, verum etiam mutationem secundum substantiam huic remedio affert.

Nam quod ad Scammoniam pertinet; ipsa ad hæc vsque nostra tempora parata est per decoctionem in furno, ex cydonio, vel permixta cum ejusdem cydonii succo; & sic parata, non quidem substantiam, vel qualitatem calidam, sed duntaxat nomen mutat; dicitur enim à Græcis *σκαμπίδον*, à Latinis vero, modo Diacydium, modo Diagyidium, modo vero Diadagyidium. Iam vero Scammonia, ex qua pulvis noster conficitur, sulphuris fumo accommodatur hunc in modum.

Accipitur Scammonij electissimi certa quedam quantitas. eaque crassiusculo trita; super chartam exulentem appollatam, extenditur: mox sulphure super ignitas prunas injecto, super fumum, qui ex sulphure attollitur, charta jam dicta eo vsque detinetur, quousque Scammonium liquari, & charta adherere incipiat; nam tunc statim à fumo charta removenda est; alias si diutius ibi permaneret, vim ex toto amitteret.

At, si vt dictum est paretur, medicamentum redditur sine odore; ac sapore efficacissimum quidem ad bilem, cæterosque calidos, ac tenues humores blande, placide & absque caliditate ac molestia (contra ac faciat Scammonium communiter paratum) educendos, quemadmodum in sine Veris proxime præteriti, tota hæc Æstate, per Autumnum, & per Hyemem felicissime in textentis fere ægrotantibus sum expertus.

Antimonium vero alia arte, & aliis ingeniis paratur, quam huc vsque paratum fuerit; nam accipiuntur *Antimonij optimi pars una, verbi gratia, uncia vna; salis vero nuri sic nuncupati partes duæ, verbi gratia, uncia duæ; simul negligenter triturantur: mox in vase testaceo (crucibulum vocant) supra carbones ignitos collocato, ponuntur ad comburendum, seu vt dicunt, ad calcinandum. Sed notandum, ne salis calcinatio fiat igne admodum vehementi.*

ii. Hoc facto, iterum tantundem salis nitri, scilicet ad uncias duas ponitur; & denno comburuntur. Tertio denique rursus tantundem salis nitri superadditur, videlicet, ad uncias duas, & comburuntur. Quoniam vero secunda, ac tertia vice difficulter admodum combustio, seu calcinatio sequitur; eapropter, ut vis ignis quoquo versus penetrare possit, ferro, seu carbone ignito continuo res ducta sunt versanda, donec ex aqua vndequaque penitus combusta sint; id, quod ex colore cognoscitur, nam vel subalbæ, vel subflavæ redduntur; & quod si super ignitos carbones iterum ponantur, non amplius crepitum, vel fumum emittunt. Insuper idem Antimonij pondus, vel parum excedens quod ante calcinationem acceptum fuerat, post calcinationem remanere debet.

Hoc pacto Antimonium paratum mutatur secundum substantiam; quia quæ utuntur, Galeno auctore 3. simpli. 15. 3. de temperamentis, secundum substantiam (quicquid nonnulli dicant, ut postea videbimus, mutantur, & quemadmodum infra suo loco demonstrabimus) nullam adipiscitur caliditatem; & copiose quidem, sed jucunde; non enim molestiam infert; suaviter, non enim pravo odore, non sapore præditum est, corpus nostrum à frigidis, & crassis humoribus (veluti decem mensium spatio sum expertus) purgat sine vlla fere virium jactura, non aliter, ac aurum omni admixtione liberum, ac putum absque propriæ substantiæ imminutione ejusdem Antimonij beneficio reddituri id, quod metallici, aurifices, & alii omnes, qui aurum tractant, in eo defæcando, mundando, & depurando bene norunt. Antimonium vero quomodo cumque aliter paratum, efficacius quidem (negari non potest) vacuat, at quanta cum molestia, & quanto cum periculo, miseri illi, qui tale medicamentum sumpserunt, quique hos mileros viderunt, referre possunt.

Quod vero ad Vini sæcem spectat, hæc ut fiat cremor, seu sal, cum pulvere nostro permiscendus, hæc arte uti debemus. Accipiantur ex Tartaro albo crasso modo pulverizato, & multiplici aquarum ablutione repurgato, donec clarissimum evadat, libra quinque vel sex: indantur in patinam terream vitream; inde aquam effunde claram fontanam, ut quinque aut sex digitos materiam supernatet, & bulliant in vase per spatium duarum horarum: posito dein vase in loco frigido in superficie concreset cremor crystallinus, quem separabis cum cochleare perforato: reiterata sæpius eadem ebullitione, post materia refrigerationem semper cremor adimatur, qui in frigido coagulabitur, & fac, ut exicetur in aëre, & viere.

Caret hoc quoque omni odore, ac fere omni sapore, ita, ut medicamentum nulla ratione ingratum reddere valeat. Et quamvis eximia hujus celeberrimi pulveris vis, & potestas in duobus duntaxat primis medicamentis versetur; nihilo tamen minus, quia ex præcepto 2. acut. 11. viij. catatop. Hippocratis, & Galeni 3. de iis quos, quando purgare oportet in sine, non solum non malum sed maxime vitale est, permiscere cum medicamentis purgantibus, aliquid eorum, quæ aut boni odori sunt, ne sola sinceraque ipsorum virtus os ventris tangat, quod maxime tum nervosum, tum sensibile existit, sed aliqua ex parte retundatur; vel ut attenuare, & incidere valeant, vel ut crassos humores secare, vel ut vias per quas educi debent, aperire, & patefacere possint, hoc tertium medicamentum si non propter primam rationem, saltem propter alias huic pulveri addendum, ac permiscendum est. Et recentiores omnes qui de hujusmodi cremoris, seu salis Tartari viribus pertractant, tales illi præcise tribuunt virtutes, nimirum incidendi humores crassos, & tartareos, meatusque obstructos aperiendi.

Pulverem hunc omnes humani corporis egritudines (dummodo a materia, copia, vel qualitate peccante excitentur) generatim proficere experimentis demonstratur.

C A P. I I.

DVo sunt potissimum organa, seu instrumenta iudicandi; vel duo sunt ea, ex quibus iudicandi materiam (ut ita dicam) petimus; vel duo sunt argumenta *ὑπὸ ἑπιπέτῃ* a Græcis dicta, ad quæ respicientes iudicamus. Alterum est *sensus*, seu *experientia*, cui tantum tribuebat Epicurus, ut rationem omnem contemneret; & illa Medicorum secta, de *sectis 2.3. de loc. aff. 2.* qui Empirice medicinam faciebant, illius Viri vestigia sequebantur; quia sola experientia nitebantur, & causas, & rationes, ac naturas rerum contemnebant.

Alterum est *Ratio*, cui tantum Academicorum Princeps tribuebat, ut sensum, & experientiam parvifaceret: quam opinionem Medici Methodici de *sectis 6.* appellati tenuissime videntur, qui solum communitatibus quibusdam utebantur, & reliqua omnia negligebant.

At vero nunquam satis laudati Aristoteles, & Galenus, ut neque rationem despiciendam, sic neque sensum unquam dimitrendum esse, existimarent, immo Peripateticorum Princeps *Aristot. 8. Physic. part. 22. 26. & 3. de generation. animal. cap. 10. prt. posterior. 134.* eo devenit, ut scriptum reliquerit: relinquere sensum, & querere rationem, imbecillitatem esse mentis. Quare utrumque accipiendum ac retinendum esse fatentur, 1. *Method. 3.* & sensum ac rationem simul

con-

conferenda, comparandaque sic esse, ut quando alter alteri in iudicanda alicujus rei veritate ad amissim, ad regulam, & examine respondeat, & alter cum altera exæquetur, tunc veritatem, quæ ut Democrito aliquando placuit, in profundissimas tenebras demersa est, ex umbris longe quam Cimmeriæ unquam fuerit densioribus, erutam, & in hanc splendidissimam lucem elatam, pro certo habendum sit. Quamobrem (ut ad pensum redeamus) pulverem de quo loquimur, sine venæ incisione, vel alterius medicamenti, sive lenientis, sive solventis usu; humorales, vocatas, egritudines, humores, qui illas excitant, blande per alvum educendo, & lenire, & finire, innumera, ac prope modum infinita testantur experimenta, partim ab illustissimo Comite partim ab aliis præstantissimis Medicis Florentiæ, ac Pisæ publice medicinam proficientibus, partim quoque à nobis ipsis experta atque perspecta.

Qui vero tali medicamento convalescerunt, adhuc sunt inter vivos; poterit unusquisque ex proprio ipsorum ore, vera ne, an falsa sint, quæ diximus, accipere; vel ex eorundem chirographis, quæ tum apud Comitem ipsum, tum apud me fideliter servantur, manifeste, ac certo deprehendere. Præter modum enim, ne dicam, in infinitum cresceret opus, si unquamque sigillatim attingere vellem, qui cum aliqua ex humoralibus affectionibus prius laborasset, mox sine venæ sectione, aut alterius medicamenti subductorii ingestione, illius pulveris auxilio cito, sanauer. ac tuto vocis campos factus est. Illi verò quibus alicujus artificij suspicio dictorum testimoniorum fidem abrogat, accedant, & Perillustrem, atque admodum Reverendum Paulum Troncium Canonicum Pisanum. I.V. D. Protonotarium Apostolicum, Vi-

Q

rum integerrimum interrogent, & quodnam præsidii genus hac proxime præterita ætate ipsum à febre acuta pravis comitata symptomatibus integrum, & omnino liberum bidui spatio servaverit.

Rurfus, & quodnam Elisabethæ matrem, Matronam honestissimam per ætatem & autumnum ter in febre delapsam, totidem ab iisdem sanaverit; Item, & quod confratres Clavorum Domini Nostri IESU CHRISTI congregationis (cujus idem Canonicus clavum tenet) toties à variis, & diversis agitudinibus vindicaverit? & quod Venerabilem, & egregium Jacobum Borrium humanarum Ecclesiæ Metropolitanæ litterarum professorem? Et quod non paucos ejusdem Ecclesiæ Sacerdotes? Ingridiantur isti minus creduli D. Frigidiani Collegium, religiosissimos illos regulares congregationis D. Pauli Clericos sciscitentur, quot ex eis liberaverit, aut alios viderint in domibus privatis hujus ejusdem auxilii auxilio liberatos? Adeant sacras D. Ioannis, D. Pauli, D. Laurentii, D. Bernardi, & D. Dominici Abbatissas? ab eis petant, vtrumne hoc ipso anno per venæ sectionem, vel per medicamenta subductoria, an potius per vacationem tali pulvere molitam agitudines humorales, & ipsæ, & cæteræ sorores, ac virgunculæ, cum ipsis institutæ, & educatæ à sese propulsariæ? In Almu Pisani se conferant Gymnasium, Perillustres & Excellentissimos Iulium Cæsarem Bulengerium artium humanarum, Petrum Accoltum Ordinarium Iuris Pontificij, Thomam Demostherum Ordinarium Pandectarum, Franciscum de Schipfis Institutionum Iuris Civilis Professores alloquantur, nec non Clarissimos Angelum Michaëlem Saccum, & Fabricium Bartoletum Anatomicos Bononienses, qui hoc anno in Amphitheatro Pisano sum-

summa cum ipsorum gloria, tum Audiencium utilitate vivam Anatomæ Serenissimi Principis nostri nutu administrarunt; hi enim de pulveris præstantia certiores facti, admirati, pulverem vna cum præparationis, & usus methodo secum, quasi thesaurum quoddam aureum Bononiam per ferre volperunt; illos vero vno, eoque pleno ore respondentes audient; istius admirandi præsidii vim, & efficaciam, & in semet ipsis, & in domesticis suis esse pluries expertos, idque nunquam satis suspicere. Consulant vigilantissimos Collegii, & Ducalis, & Ferdinandi Moderatores, eos quæro rogent; & quo Medicamenti genere CORNACHINVS Ordinarius vtriusque Collegii Medicus in alumnis suis ea facilitate, qua ipsi viderunt, vacuandis passim utatur? vnanimes proculdubio respondentes percipient, nullo alio, quam suo pulvere.

Non dico, vt Illustrissimum Comitem interrogent, quonam medicamento in sine Veris præteritis (quemadmodum initio monuimus) ad morbum lateralem depellendum usus fuerit, neque vt ab eodem petant, quodnam puriter auxilium hac Hyeme adhibuit, vt se à fluxu dysenterico, & à febribus, quæ ralem fluxum securæ, liberaret, nam certo scio bonos hosce viros responsuros, Comitem ita faceri, quod res agitur sua, & honor ejus in discrimen adducitur: Quare transeat hoc. At quæro Viros Illustrissimos D. Stephani Equites, ac strenuos Duces Octavianum Barbolanium ex Montis Acuti Comitibus, Petrum Capponium Equestris militiæ Pisane Præfectum, & Marcum Barbavarium Generalem Navalium Pisani Provisorum audiant: ipsi enim vini, ac præsentis rettes adfuerunt, & verane, an falsa hæc, quæ dicuntur, sint, tenuitate possunt, Immo idem Provisor, cum

Ætate præterita tertiana febre graviter laboraret; hoc pulvere semel accepto, suo, Adstantium, ac Nobilium turbæ stupore, sanus factus est; & Comitrem etiam, atque etiam rogavit, ut pulveris propria manu præparati sibi copiam faceret, & simul efflagitavit me, ut Methodum præscriberem pro recto illius usu: & hæc omnia Mediolanum transmisit ad Ludovicum Fratrem Ordinatum Metropolitanæ Mediolanensis Ecclesiæ Canonicum, nec non Cancellarium Archiepiscopalem quartana laborantem curandum: & Deus Optimus Maximus (quæ sua est benignitas, & clementia) suis votis atque optatis, ut spero occurret. Sed ista isthæc faciamus, & causas potius perquiramus, propter quas pulverem exhibitum suo munere interdum fungi non videamus.

Si igitur quandoque contingat, ut semel exhibitus pulvis non ea præstet, quæ dicta sunt, is ad memoriam revocare debet, quæ Galenus 2. de rat. viâ. in morb. acut. comment. 11. obliquaverit, & nos paulo infra subjungemus. Neque ob id Medicus cordatus animo cadere debet, propterea, quod, vel pulvis plene, & perfecte suo munere sanctus est (& tunc, nil aliud sollicitè tentandum erit, nam quæ iudicantur, & iudicata integrè, neque movere, neque novare aliquid, sed sinere,) Hippocr. 1. aphorism. 20. vel diminute, & simul cum dolore, atque tormidibus, & tunc vel clystere aliquo defectui supplendum est, vel iterum in majori Dosis eundem nobis exhibitum: quemadmodum cuidam acuta febre laboranti contingit, cui cum, nescio quis Medicus pulverem in minori quantitate dedisset, quam natura illius exquireret, humores in illius corpore non sine molestia fuerunt, agitari: unde febres adauctæ, sitis, inquietudo, vigilia, & huiusmodi alia symptomata: sed clystere injecto, & cum conferen-

tia, ac tolerantia reddito, pulvereque iterum nostro consilio in majori quantitate assumpto; cuncta (Deo favente Maximo) sedata fuerunt; vel quia cum in majori quantitate pulvis exhibitus fuerit, quam patientis natura exoptulet, vacuatio supra modum sequitur: ex quo, & lassitudo, sitis, diarrhœa, dysenteria, & febri-cula excitatur. Tunc Avicenna Authore l. 4. f. 1. tr. 1. cap. 26. confert refectio per ea, quæ multum nutriunt, ac facile concoquantur, quæ etiam refrigerent, adstringantque, somnus quoque injungendus, & quies; cor in super, hepar, & ventriculus roborandus; & denique fluxus sistendus. Vtunque tamen sit; si experientia standum est, 1. aphorism. 2. & 23. veluti procul omni dubio standum, præsertim vero in purgatione, quemadmodum Hippocrates 4. aphorism. 2. innuit, & potissimum in ea, quæ per medicamenta purgantia præstatur; hæc enim Galeno authore Secundo acutorum 11. & in libro de simplic. medic. facult. per experientiam inventa sunt, non demonstratione aliqua; postea igitur quam, qui pulvere servatis omnibus servandis usi fuerunt, omnes beneficium receperunt, nullus fere noxam, constat medicamentum hoc ad quælibet ægritudines à copia vel mala qualitate humorum factas præstigandas saluberrimum esse.



APPENDIX

AD CAPVT

ANTECEDENS.

VBI PARTICULARIBVS NONNULLIS
*Historiis, quasi exemplis demonstratur, quas
 praxise ægritudines humorales, & qua se-
 licitate pulvis propositus assumptus,
 sanauerit.*

QVANDO superioribus diebus Florentiæ morabar, nonnulli, ad quorum manus hæ nostræ lucubrations pervenerant, cum antecedens caput perlegissent; in quo experimentis demonstratur, pulverem, de quo est sermo, omnes humani corporis ægritudines humorales generatim proffigare; me convenerunt, simulque cupiditatem, quam mente, ac sensu conceperant, eam voce pura, & integra mihi aperte significarunt; præter generalia illa experimenta, peculiariora aliquot sese libenter visuros, in quibus tota ægritudinis, & curationis series sigillatim explicaretur, ad hoc, ut non modo quanta in hujusmodi præsidio vis insit, & potestas, ipsis innotescat, verum etiam

vten-

vtendi modus, tempus, & alia id genus.

Horum igitur autoritate, nutu, atque consilio varios ægritudinum humoralium casus subungere non gravabor: qui vero propositas perpeffi sunt affectiones, adhuc vivunt, & spirant, poterit vnusquisque de iis quærere, vera ne, an falsa sint, quæ conscribemus. Si cui vero tempus, & spatium datum non est, quominus hæc perlegere possit: historiis prætermisiss, ad caput Tertium pertranseat: quandoquidem experimenta generatim jam *supra* allata, satis certum (vt opinor) integritatis, & fidei testimonium dederunt.

Ægrotus primus.

AVgustini Gymnasij Pisani Apparitoris filia virgini, annorum circiter decem septem, habitus mollis, & candidi, coloris ruffi, jam per decem menses purgationes ab vtero defecerant: in ipso autem circuitus tempore sanguis è naribus fluebat: & ab vtero fluxio muliebriis assidue manabat. Ex quo roseum amisit colorem, facies subtumida facta est, alvus intumuit cum duritie, scalas ascendere non poterat, ac demum ex cachexia in hydropem præceps ruebatur. A duobus medicis à principio variis, & diversis tam pharmaceuticis, quam chirurgicis præsiidiis tractata fuit, at vani semper fuerunt ipsorum conatus. Quapropter sub præteriti Mensis augusti finem parentis precibus permotus illius curationem suscepit & conuenienti victus ratione impetrata, leviter præparantia, occasione bidui spatio arepta: nonnulla illi exhibui, mox vero Comiis Pulverem. Certe dici non potest, quanta cum conferentia, ac tolerantia per superiora, & inferiora vitiosorum excrementorum omnis generis copia excreta fuerit. Inde aptis, &

accommodatis syrupis humores parare, & vias paulatim aperire cœpimus. Vix primum assumpserat Syrupum, cum de alvi dolore conquesta est: demisso autem altero syrupo (quis crederet?) menstrua, sed varij coloris copiose, ac diu fluere cœperunt. Alvus interea paulatim detumescere, ac mollescere læti videbamus: vetus præterea forma, solita venustas, elegans gratia, & floridus, ac rosaceus faciei color, ad pristinum statum rediit. Alvus sponte large fluere cœpit, & sana Deo dante ex toto facta est.

Ægrotus secundus, ac tertius.

Domina Margarita Iachinia, quæ puellam jam decimestriem oblectabat, annorum supra triginta habitus gracilis, temperationis ad Melancholiam, simplici tertiana ab initio correpta fuit: cumque nullum sibi præsidij genus adhibendum curaret, post tertiam accessionem, quinta scilicet ipsa die, ex unica tertiana duæ factæ fuerunt, filiolum vero simplex invasit tertiana. Mater de capitis conquerebatur dolore, sitiebat, lingua sicca, subnigra, aspera, anxiosa, nauseabunda, parum dormiebat, urinae colorata. Septima ego vocatus in febris declinatione clysterem communem (Alvus enim styptica erat) injeci, convenientem victus rationem iustitui, iuscula alterata. Octava in febris accessione pulverem dedi, qui contulit, & facile tulit; febris namque, & cætera omnia mitiora reddita fuerunt. Nona, & Decima eadem præstabantur. Urinae bonæ, & ipsa celebrata tertia per pulverem purgatione, filiola vero secunda, judicatae fuerunt.

Ægrotus quartus.

Admoudum Reverenda Mater Soror Victoria Aobarissa, annorum quinquaginta septem, habitus boni temperationis ad Sanguineam, jam elapso Septembri mense, acutissima (sic enim ab Alexandro l. 7. c. 16. vocatur) illa fuit affectione correpta, quam Greci, Gal. 2. meth. 2. & Latini elegantiores Choleram dicunt, Barbari ut *Gradius* & alij, vero cum Hippocrate, 7. epid. 81. Cholericam, sive Cholicam passionem, non quidem arida, seu sicca, 4. aut 103. sed humida; postea quam per os, & per alvum acre exercebat materiam, 4. acut. 103. in introducl. seu medi. 10. 13. 3. apho. 30. 3. de sympt. causis. c. 2. 3. de nat. fac. 13. cum cardialgia, nausea, inappetentia, immo potius cuiuslibet cibi abominatione; non dormiebat; erat anxiosa, sitibunda. Sexta die, (non prius, propterea quod sacrae illæ Virgines hujus Reverendæ morem optime tenentes, quod nullum medicamenti genus assumere possent) me accessum jubent. Ego statim illud curationis adhibui genus, quod Galenus 6. epid. comment. 5. 12. meth. in fine. non semel præscripsit, & simul pulverem hunc exhibui, qui magnam humorum crudorum (hoc enim in Cholera partem quoque habere, Aetius, non ignobilis Author, testis est locupletissimus) & acidorum; qui proinde mordendi vi præditi sunt, copiam per vomitum eduxit; Sed multo majorem, & piruiformem, ac biliosam valde fetidam per inferiora. Ex quo septima die circa stomachum meliuscule se habere, aliquid assumere, ac retinere, & modicè, placideque dormire cœpit. Interim octava, nona, ac deci-

ma, illa præsidia intrinsecus, & extrinsecus adhibeantur, quæ ab Auctoribus præscribuntur, eaque nunc memorare non est necesse. Undecima eundem pulverem iterum exhibuimus, qui contulit, facile tulit. Iudicata est.

Egrotus quintus, ac sextus.

D Omina Camilla, Bartholomei, quæ in Charitatis Domo degit, annorum circiter viginti septem, habitus gracilis, temperationis ad biliosam: continuo sine febre delirio correpta fuit, modo cum timore, ac tristitia: nunquam dormiebat, verba multa, risus, fletus, cantus. Pulvis iste à principio datus, munere suo functus est, venam secavimus, sed quia sanguinem flavum, tenuem fluere vidimus, statim suppressus fuit. Capiti extrinsecus Oxirrhodinum, & Embrocationes soporiferæ. Intrinsecus vera soporifera itidem instituta fuerunt.

Cumque fieri nullo modo posset, ut aliquod assumeret Pharmacum, iterum pulverem in ferculo (quemadmodum Galenus 13. *meth. c. 11. 14. 15. 16. Hippocrat. l. de alimento.* sua quoque medicamenta exhibebat) dedimus: mox è vena frontis recta sanguinem hausimus, & post aures hyrudines applicavimus. Ipsa paulatim resipiscere cœpit.

Hanc eadem curationis normam præscripsimus cuidam juveni Butensi, Sebastiano nomine. Et curatio eundem optabilem habuit exitum.

Egrotus septimus, octavus, ac nonus.

E Xcellentissimi I. C. Pisani D. Francisci de Schip-
lis Sorores Virgines, habitus boni, temperationis sanguinæ, altera annos nata erat decem septem, altera vero decem octo, utraque eadem die decubuit ob
febre[m].

febrem, cum capitis, ventriculi, ac renum dolore, inappetentia. Urinæ erant crassæ, & coloratæ. In diei quintæ sine vocatus Clysterem communem injiciendum curavi, convenientem victus rationem institui, pulveremque septima die in ipsomet paroxysmo dedi: Qui adeo belle munere suo functus est, ut sub illius diei vespere, ambas consuetio cultu ac vestitu exornatas recta obambulantem domi convenerim.

Nuperrime vero Domina Alexandra earum mater, femina lectissima, cum simplici laboraret tertiana, quinta intruente, & invadente accessione, pulvere devorato, corporeque blande exonerato, febre[m] non amplius vidit.

Egrotus decimus.

R Odulpho Rodulphio Aurifici, annorum viginti duorum, habitus boni, temperationis ad sanguineam, post itinera, & alios in sex rebus non naturalibus appellatis, errores dexter testis intumuit cum dolore, & abscessus post aures apparuerunt; Ad summam decumbere coactus est, quotidie enim cum febris invadebat eum frigore, & horrore, erat sitibundus, cum capitis dolore, nares merum stillabant, Hypochondrij dextritensio, ab alvo stercoreacea multa sponte prodibant, urinæ coloratæ. Quinta die pulverem assumpsit, qui contulit, facile tulit, dormivit, sudavit, urinæ meliores; cætera omnia mitiora facta fuerant. Sexta sudor, diarrhœaque biliosa sequebatur; bene se ad somnum, & ad oblata habebat, urinæ quoque meliores, at depositæ conturbabantur. Septima dictis dejectionibus iudicatus est.

AEgrotus vndecimus, & duodecimus.

Geneva, & Raphael Baptistinius, hic annorum decem & octo; illa vero circiter quinquaginta habitus boni, temperationis sanguineæ, ab Ischiadico dolore misere divexabantur, & vix se movere poterant; sed pulvere accepto, aliis non neglectis præsidii, brevi ad consuetam munera obeunda rediêre.

AEgrotus decimus tertius.

Ilustris Annibal Primius Patritius Pisanus, annorum supra sexaginta, habitus pinguis, temperationis pituitosæ ad sanguineam, doloribus arthriticis pluries præfenti anno excruciatuſ est. Sed mense Decembri in lecto jacebat, & vix se movere poterat; post multum autem temporis quadam die in Aurora pulverem nostrum assumpsit. & ea ipsa die è lecto surgebat, & recta baculo innixus obambulare cœpit.

Hic idem nobilis, & optimus vir testari potest, quam graviter, & acute filiola ipsius vnica, amores, & delicix ejus - quæ vix biennium excesserat, ætate præterita ruti ægrotaret, nil assumebat, non dormiebat, fastidiosa febris erat contiuuata, vires omnes ferè deperditæ; ad summam adducta erat in maximum periculum, & extremum pene discrimen. Quis unquam venam illi secasset? Quis vnquam Pharmacum oblatum, vt deglutiret, ei persuadere posset? At bis clanculum pulvere devorato, suoque munere placide perfuncto, judicata est.

AEgrotus decimus quartus, decimus quintus, decimus sextus, & decimus septimus.

Pulverem hunc tum aliis humoralibus febribus tum potissimum quartanis (quæ) quo magis

medicamentis tractantur, eo magis exacerbari comperitum est, lib. de præcognitione ad Posthum. c. 2. & 3. ad Gl. II. finem imponere, quatuor sequentes historix testes, nuntix ac luces sempiternæ veritatis erunt.

XIV. Frater Paulus de Franchis Pistoriensis Capuccinus. Concionator non ignobilis, annorum circiter quadraginta quinque, habitus mediocris, temperationis sanguineæ ad Melancholicam; iam per tredecim Menses Quartanam per-tulerat: vbi autem ad ipsius aures pervenit istius pulveris fama, me statim convenit, utque talis medicamenti schedulam, atque ordinem illi præscriberem, me vehementer etiam, atque etiam rogare cepit; quibus acceptis; pulverem in prima sequentis febris accessione devoravit: qui cum in minori, quam illius natura exigeret, quantitate exhibitus fuisset, ab alvo nihil quidem eduxit; non tamen ullam ipsi molestiam inſulit. Verum cum in alterius sequentis febris accessione eundem pulverem edoſi, qua dicebat, accepisset, alvus cum confertentia, ac tolerantia mota est; neque amplius Quartanam expertus est.

XV. Iohannes Baptista Accoltus, annorum decem-novem, habitus mediocris, temperationis ad melancholicam, in eandem incidit febrem: & parum habitavitus, & medicamentorum ratione, seu cura, sex unica dux factæ sunt. Quapropter Excellentissimus illius patruus consilio quidem proprio, maxime (vires enim istius pulveris optime tenebat) sed me auctore pulverem nepoti in maioris febris accessione exhibuit. Ea die multa per alvum absq; molestia, cum confertentia educta fuerunt. Sequenti die (qua minoris quartanæ accessio futura erat) pulverem iterato dare decrevimus; at quia præcedentis diei vacatio adhuc

perseverabat, à pulveris exhibitione abstinendum duximus, in futuram, quam expectabamus, majorem exacerbationem reservantes. Sed nunquam postea febris comparuit, & ipse convaluit, Pisisque cessit, Florentiamque se contulit, ubi cum non paucos committeret errores; quas jam per mensem amiserat febres, iterum adinuenit. Quod ubi præstantissimus illius Patruus sensisset; pulveris præsidio denuo pluries vsurpato, febrem exturbavit, & expulit.

Magistrum Sebastianum Xenodochij Pisani Chirurgum, annorum circiter vigintiduo, habitus gracilis, temperationis ad biliolam, eadem febris invasit, ac integro mense cum dimidio ipsum deturbavit. Cumque quodam die id mihi significasset; petij ab eo, cur pulvere nostro non uteretur? Respondit, se ignorare dosim, tempus, modum, & cætera in illius sola servanda. Hæc illi cum aperissem; semel tantum illo hausto, sanus, immortales Deo Optimo Maximo gratias egit.

Postremo circa hyemis proximè præteritæ finem, Reverendus Dominus Andreas Ringherius Sacerdotalis Divi Stephani Eques, nec non Sancti Egidij Parochus, annorum supra quinquaginta, habitus gracilis, temperationis Melancholicæ, hac eadem febre affectus, post quartam accessionem pulvere nostro uti cæpit: ex cujus vsu singula quaque febre, febres ipsas minui manifesto deprehendebat, quandoquidem minus perdurabant, & minus cum segebant. Vix quinque pulverem sumpsit, & ex toto febres discesserunt.

Egrorus decimus octavus, decimus nonus, vigesimus, vigesimus primus, vigesimus secundus, & vigesimus tertius.

Hoc ipso anno Pisis per totam urbem Variolæ longe atque late passim vagatæ sunt, & adhuc vagantur. Et profecto non pauci jugulati sunt, multi sua sponte sanati, plures auxiliis ab Authoribus pro tali affectu propulsando propositis, (quibus & nos nonnullos etiam servavimus) liberati. Verum enim vero cum quinque præ cæteris in maximum periculum, & in extremum pene vitæ discrimen adductos conspexissemus, quibus neque solita præsidia magnam quiddam afferrebant, neque remediis magnis (nimirum sanguinis missione, & propter ætatem, *ii. method. 145. de curand. ration. per sang. b. 3. 4. de valet. tu. 42. catapot. 1. Avic. l. 1. tr. 4. c. 20. & vomitum. 1. ad Glauc. 12. diarrhœam, & vermium copiam & humores crudos, & vitiatos in primis viis, 4. de valet. tu. 5. de curand. ration. per sang. locus daretur; neque pharmaci potione. quod propter ætatem, cum rationis sensu carerent, ad sumendum persuaderi non possunt, tunc propter vomitum, vel alvi fluxum. & alia hujus generis. nos pulvere dato, voti compotes facti sumus, quemadmodum inter cætera exempla, quæ sequuntur perspicue demonstrant.*

Vrsulam Magistri Nicolai Aurificis filiulam quinquennem febris cum alvi fluxu, inappetentia, vomitu, siti, & aliis symptomatis invasit. Tertia pulverem assumpsit, qui cum conferentia, ac tolerantia multa, eaque præva eduxit excrementa cum lumbricis pluribus. Ex quo Alvus ad statum naturalem redacta est, symptoma mitigata, & Variolæ postea feliciter, ac placide apparuerunt, & ad exitum salubrem deductæ.

Domini Pompilii Tripallij Pharmacopolæ puellus biennis, febris cum delirio correptus est, infensus in lecto minxit, stribundus; pessime ad oblata, clysterulus eluens, ac dulcis inditus, contulit. Secunda pulverem accepit, ex cujus usu corpus à multis vitiatis humoribus non sine vermibus expurgatum fuit. Tertia variolæ erumpere cœperunt; cæteris ritè subiectis.

Dominici Frumentarii filiolus quinquennis in febrem cum vomitu assiduo incidit; ita, ut devorata omnia statim rejiceret vna cum excrementis quibusdam subnigris. Tertia pulvere sumpto, paulatim per inferiora tot vermes excrevit, cum aliis vitiatis excrementis, ut matulæ dimidium caperent. Variolæ postea secutæ sunt cum salubritate.

Domini Francisci Cannavoti Vallorum, & Fossarum (sic enim dicunt) Cancellarii filii tres febricitantes, antequam variolæ efflorescerent, pulverem sumperunt; cujus ope vermes non pauci cum conferentia, ac tolerantia simul cum vitiatis humoribus excreti fuerunt. Cosmo vero nato misori, quod pessime omnium tractaretur, pulvis iterum datus alius insuper eduxit vermes, cumque fera super venissent symptomata, & peticulæ etiam simul cum variolis apparerent, oleo Magni Ducis adversus venena devorato, novi vermes educti fuerunt; Ex quo symptomata mitiora, ipse vero meliuscule ita se habere cepit, ut tandem præter spem convalesceret.

Aegrotus vigesimus quartus.

Iacobus Iuliani Castaneoli viri optimi filiolus, annorum sex, habitus mollis, & candidi; in lateralem incidit morbum, vix respirare poterat, de continuo, eoque pungenti circa sinistrum latus dolores querebantur;

bantur; tussis erat assidua, sic febris; pulsus parvus, debilis, durus, & inæqualis, urinæ crudæ. Secunda clystericulum injeci; forum loco dolenti adhibui; & convenientem victus rationem institui. Tertia lateris dolor circa jugulum erat ingens, maxime erat spirandi difficultas, febris etiam valde acuta; at cum tussi sputum facile reddidit coloratum, & urinæ non malæ; sudavit per totum, dormivit. Quarta pulvis datus, pauca eduxit: at clysterculi ope multa, foetidaque reddita fuerunt. Sputum copiose cum facili tussi rejiciebat. Quinta parum dormivit, clyster foetidissima eduxit. Sexta omnia mitiora, & ab alvo sponte stercoacea prodibant. Septima copiose sudavit per totum: ludicatus est.

Aegrotus vigesimus quintus.

GINUM Buonamicum Pratensem almi Collegij Ferdinandi Alumnus, annorum viginti, habitus gracilis, temperationis biliosæ ad sanguineam; duplex invalit Tertiana notha; urinæ erant admodum coloratæ, & crassæ. In tertia accessione pulverem accepit, qui quanta cum conferentia, ac tolerantia suo manere sanctus fuerit, æger ipse ore proprio consistebatur, & familiares omnes, quotidianique illius convictores vna mecum viderunt; urinæ non adeo crassæ, neque adeo coloratæ, dormivit. Quarta vix febrem percepit. Pulverem iterum assumpsit; qui pariter contulit, facile tulit. Quinta frigit, incaluit: pulvis tertio datus, cum perfecte judicavit.

Possem & innumeras alias referre historias: sed iis, qui oculis rectis res intuentur, quas in medium adduximus, satis esse poterunt: ij vero, qui oculis prædicti sunt, perversissimis, non modo his contenti non erant, sed neque eas videre aut audire aperitis; atque

integris & oculis, & auribus poterunt. At eos mittamus, ad memoriam revocantes illud Aristotelis dictum, 2. periermen. cap. 6. circa medium, non propter nostrum affirmare, vel negare rem esse, vel non esse: jam verum (quemadmodum dicimus) ita se habere, historix nuper allatæ palam prædicant.

Eundem pulverem easdem agritudines generatim depellere, rationibus comprobatur, simulque ostenditur, vacationem per ipsum factam, illam non parum superare, quæ, vel per venæ sectionem vel per cætera medicamenta subductoria præstatur.

CAP. III.

Ægritudines à copia, vel mala humorum qualitate factas, pulverem hunc sua tuta cita, & jucunda vacatione tollere, satis superque (nisi ego fallor) experimentis demonstravimus in præcedenti capite. Age nunc videamus, utrum rationes quoque hoc idem confirment, necne. Sit igitur prima ratio.

Omnibus malis (hoc est, rebus, quæ nobis præter naturam insunt) objectu contrariorum occurrendum esse, apud omnes (etiam si primis, ut dicitur labiis medicinam gustaverint) est in confesso, & Medicorum omnium parens Hippocrates 2. aphor. 22. non modo id Ionice, verum etiam in vestibulo secundi de natura humana. Attice testatus est, & Galenus utrobique in Commentariis suis præsertim secundo de natura humana in princip. sententiam hanc pro axiomate recipit: ita, ut in re tam clara diutius morari turpe sit. Jam vero, quia mala, quæ nobis accidunt, vel sunt causæ, vel morbi, vel symptomata: 10. de differ. sympt. c. 2. & 7. 3. meth. 1. 11. meth. 11. & 12. meth. 1. & 2. de constit. art. med. 12.

1. ad

1. ad Glau. 14. causis primum, deinde ipsis 3. meth. 1. 4. meth. 1. & 3. morbis per se, & primo, nonnunquam etiam 3. meth. 1. 3. de art. medic. 99. 1. ad Glau. 1. sect. 2. symptomatis contraria sunt adhibenda. Verum curatio legitima à sublatione causæ incipere debet, nam Hippocrates 4. epidimior. scriptum reliquit: ad causam devenire oportet, causaque principium. Et Galen. in allegatis inquit commentariis, sæpenumero una cum ipsis & morbi, qui ab ipsis fiunt, destruantur. Cum igitur duæ sint ex toto internæ morborum causæ, repletio nimirum, & vacuatio, teste Hippoc. & Galen. locis citatis, & etiam alibi, ut quando in aphorismis scripsit: si menstrua 5. aph. 57. plura fiant, morbi accidunt, & si non fiant, morbi ex utero contingunt: & rursus, convulsio fit. 9. aph. 39. 3. de loc. affect. c. 16. vel à repletionem, vel ab inanitione: cui etiam videtur assentiri, quod libro de arte, medicinam definiens dixit Hippocrates, medicinam esse adjectionem & oblationem. Nos dimissa vacatione, ut pote quæ à pulvere nostro auxilium non expectet, dicimus pro curandis morbis à repletionem obortis, nullum posse nos salubrius, præstantius, & efficacius præsidium adhibere, & quod tuto, cito & jucunde id præstet, quod optamus, quam si pulvis noster: etenim si aliquis venæ sectionem extollere velit, quod cito vacationem præstet, vere quidem, sed statim illi objiciam innumeras illas contra indicationes, quas in Præfatione generatim innuimus, & in fine quinti capituli speciatim afferemus: quæ quidem sunt in causa, ut, vel hoc præsidium multoties adhiberi nequeat, vel non ita tuto, ut mirandum non sit, si Galenus 4. de valet. tuend. cap. 4. propter timiditatem, vel ætatem, vel propter alias causas permittat, vel à venæ sectione abstinemus, & ejus loco purgatione utamur, tanquam præsidium salubre, quod vè illius vltum supplere possit. Neque sit, qui dicat

R 2

Hippocratem locis citatis, nempe 2. aphorism. 12. per repletionem intelligere plethoram, quæ (nullo non consentiente Authore) per venæ sectionem per se, & immediate tollitur, nam Græcè habetur *πληρομο-
νι*, & Galenus in commento interpretatur, tali voce Hippocratem voluisse non solum plethoram, verum etiam cacochymiam. Et, si quis rursus instet, venæ sectionem magis è directo plethoram demere, quam purgationem per pulverem. Ego statim huic obijciam ex Galeno 9. *Metb. n. 2. aph. 17.* sanguinem bifariam peccare, & vitari, vel scilicet, quia multitudine crevit: vel, quia propriam qualitatem ad vnguem non servet: & Galenus quidem affirmat, neque nos id negamus, pro tollendo primo sanguinis vitio venæ sectionem è directo, primo & per se convenire. Neque tamen quis ob id inferre debet: ergo in tali sanguinis vitio purgationem nullum habere posse locum: siquidem cum (Galeno auctore *de plenitudine, cap. 10.*) fieri nequaquam possit, *vt adeo sincerus in venis reperiatu sanguis, quin illi aliquid, aut bilis, aut pituita, aut serosi humoris permixtum sit*, consequenter quoque faciendum est in hujusmodi etiam vitio dari locum iis medicamentis (in quorum cælu pulvis noster existit,) quæ tales humores educendi vim habent. Sed redeat illuc, vnde nostra deflexit, & aberravit oratio. Verum in altero sanguinis vitio (cacochymia nimirum dicto, venæ sectio non convenit è directo, nec primo, nec per se, sed (vt idem Galenus inquit 9. *method. n. de curandi ratione per sanguinis missionem. 11*) revulsionis, vel derivationis gratia: quando quidem teste Hippocrat. 2. *aphor. 8. 6. aphorif. 31. 47.* ad tale sanguinis vitium è directo, primo, & per se removendum, purgatio requiritur, & per pulverem præsertim nostrum, quemadmodum inferius (Deo dante) demonstrabimus. Neq; si sanguis putredinem,

dinem, veluti fit in synochis putridis, concipiat, in quibus Galenus, 11. *metb. 14. 15.* & alij omnes (vno excepto Medicorum malleo Avenhoë 7. *collig. c. 8.* sanguinem detrahunt, & usque ad animi deliquium, 1. *aphor. 233* 11. *Metb. c. 4.* & cum fructu, & nos etiam non raro experti sumus: nihilo tamen minus non ob id pulveris visus improbandus, rejiciendus, detestandus: propterea quod, si vera est sententia Galen. quam pluribus in locis, vt 2. *de differ. febr. cap. 2. & 9. 2. de crisib. c. 6. 9. 12.* scriptum reliquit, *quando sanguis putrescit, pars ejus subtilior ac pinguior omnino in flavam convertitur bilem, crassior vero in atram:* vnde medicus ex necessitate cogitur medicamentum exhibere humores illos educendi vim habens, in quos ipse sanguis putrescens, conversus est, tale autem noster pulvis existit, vt pote qui beneficio Scammonij humorem biliosum, Antimonij vero atribiliarium educat. Huc accedit, quod quando sanguinem detrahimus, illius vncias decem plus minus exire permittimus. Hoc stante: dico ego, in istis decem sanguinis extracti vnciis, quotnam erunt humorum pravorum vnciæ? certe quatuor, aut quinque, vel septem, nam reliquæ sunt boni sanguinis. At vero, si pulverem exhibeamus, multas humorum duntaxat peccantium libras exhauriemus. Sed jam satis superque circa primam rationem digressi sumus.

Altera, quam mox subijciemus, nos vocat. Habet Galenus 4. *de valet. tuen. c. 4. consimile 2. aphor. 17.* hæc verba. *Id quod omnino alienam est, nulla fieri ratione potest, natura sue gratiam recipiat, sed educere id quamprimum est tentandum.* At vitiatii humores sunt alieni, quippe quia morbos in corpore nostro producant, sive sint calidi, ac tenues, sive frigidi, crassi, & viscosi, pulveris autem ope, *tuto, cito, & jucunde,* foras trahuntur. Ergo rationi quam

maxime consentaneum est, hoc pulvere uti.

Non negamus, quin alia quoque medicamenta ab Hippocrate, Galeno, cæteris Græcis, Arabibus, & Latinis excogitata, & in vſu poſita id præſtent: at vel multis indigent, ad hoc, ut iſis tuto poſſimus uti; vel ex eorum vſu alvus adeo ſtyptica peſſæpe redditur, ut non niſi poſt multos dies ad naturalem revertatur molliſſimam, id quod iſis, qui pulverem aſſumunt, non contingere videmus, vel vſque adeo inſuavia exiſtunt, ut multi ſint, qui nulla ratione adduci poſſint, ut ea deglutiant, vel non quolibet ætate, non quolibet anni tẽpore, neque in multis aliis caſibus, de quibus *infra ſuo loco*. Quapropter poſſumus (venia mihi danda eſt) nos pulverem hunc ſuper omnia alia pharmaca extollere.

Tertiam rationem colligimus ex iſis quæ Hippocrates, & Galen. obſignaverunt 2. aphoriſmorum 29. Cum morbi (ſcilicet ſalutares, nam in exitalibus nunquam movere oportet, Galeno auctore in commentario, & etiam nos circa ſinem quinti capitis narrabimus) inchoant (non in vigoribus, coctiones enim morborum tunc maxime ſunt) ſi quid movendum videtur, mone: cum vero conſiſtunt, ac vigent, melius eſt quieſcere: & ratio eſt, quia (ut ſubjungit in ſequenti aphoriſmo) circa initia, & ſines omnia, (id eſt, ſymptomata, acceſſiones nimirum febrilium, & vigilia, & dolores, & ſiſtidium, & ſiſis interpretatur Galenus in commentario) imbecilliora, circa vigorem vero fortiora. Huic progreſſui tanquam majori propoſitioni; ego ſubinfero minorem: At in morbis à materia (copia, vel qualitate peccante) adest id, quod movendum eſt, nempe materia humoralis peccans: Igitur in morbis à materia excitatis, ea, quæ movent, adhibenda ſunt. Quærens autem in commentario Galenus, quæ ſint iſta inſtrumenta medicinalia, quæ movendi vim habent, dicit eſſe

eſſe debere remedia majora, quæ habentur in arte, venæ ſectio, & purgationem. Vtrum vero huic, vel illi primus locus ſit tribuendus: in commentario hujus aphoriſmi videtur Galenus primas tribuere ſanguinis miſſioni, nam, inquit, ſunt autem hæc (ſupple majora remedia) maxime quidem venæ ſectio, nonnunquam vero, & purgatio: ubi per particulam (maxime) venæ ſectionem magis extollere videtur, per particulam vero (nonnunquam) purgationi detrachere videtur. Verum enim vero Galenus alio in loco nempe 2. acutor. II. aliud agens, cum eadem de re diſputationem inſtituiſſet, quæſtionem hanc dirimit hunc in modum; venæ ſectionem minus quidem auxilium eſſe, quam purgationem, ſecurum tamen, contra vero purgationem majus quidem auxilium eſſe, ſed minus ſecurum. Quærens autem poſtmodum Galenus rationes, cur periculofa ſit purgatio, vnam duntaxat eo in loco affert, & eſt, quod laborantis naturam expertus quis non eſt, vtrum facilis vel difficilis ad purgationem ſit: alibi vero alias; videlicet, 1. aph. 24. quod medicamenta omnia purgantia poteſtate ſine calida, febris vero (ad quas depellendas Medici poſitiſſimum accerſuntur, & in quibus proſtigandis, velut ſequenti capite demonſtrabimus; pulvis iſte plurimum valet) quatenus febris eſt, & ſui ratione caleſcientibus, neque exiccantibus, ſed maxime contrariis, hoc eſt, humectantibus & refrigerantibus egeat. Insuper quod agrotus non erit ante purgationem preparatus. Ad hoc enim, ut ager ad purgationem idonee ſe habeat, hæc requiruntur:

Multa cruditate non laboret;
Tenaces, & craſſos cibos non ſumpſerit;
Extentæ, atque inflatæ hypochondria non habeat;
Neque ſupra modum calida, atque ignea,
Nec inflammata.

Hæ igitur sunt rationes, vel saltem ad has reduci possunt, quæ purgationem periculosam reddunt. Ita ut, si aliqua arte, vel ingenio ab huiusmodi periculis purgationem liberaremus, vel aliquod medicamentum purgans reperiremus, quippe quod à dictis periculis immune foret, præsidium in manibus haberemus, non solum venę sectione efficacius (hoc enim Galenus jam ultro admittit) verum etiam, vel ex æque tutum, immo (liceat mihi dicere) tutius: quandoquidem multa plura sunt illa, quæ sanguinis detractionem contra indicant, de quibus *infra*, quæ nullum purgationi per pulverem impedimentum afferunt. Iam vero existimamus nos purgationem per pulverem nostrum (si serventurea, quæ in *quinto capite*, servanda proponemus) esse tale præsidium, quod queritur. Et prima ratio non efficit, neque pulveris nostri purgationem impedire potest, quemadmodum in primo scopo, seu animadversione, *capite quinto* ostendetur. Et Galenus ipse 2. *acut. ii.* demonstrat, quomodo effugere possimus iis verbis.

Quibus igitur dare quadrabit, his medicamenti tantum propina, quantum in plurimis mediocriter vacuatum novisti, tum sis expertus. Altera ratio nullam habet in pulvere nostro partem; quod (ut in disputationibus circularibus probare conati sumus, & *inferius* demonstrabimus) non est potestate calidus, & tantum abest, ut febres puridas augeat, quod potius illas (veluti vili, & *ratione inferius* indicabimus) suffocet, cum frigidi & siccæ sit temperamenti, est enim, teste Galeno 4. *simpl. 3. 8. simplic. de cinere*, veluti cinis quidam, à quo virginis fomes omnis igneus ablatus est: putredo vero in calido & humido consistit, teste *Arist. 4. Meteoror.* Omittò quod per Galenum 2. *acut. ii. in de simplic. medicamentorum facult. medicamenta purgantia, non quia calida, vel frigida sint, purgant, sed quia per experientiam hu-*

Venenatas

Hæc profecto celerrime cor-
possunt, ac proinde sta-
purgandæ sunt, nam si
interim interponeretur:
possunt, neque alterantib



Princi-
pem.

Hæc similiter mag
periculum, ne
partem princip
obrem, si in ill
mo est, qui sta
sang. cap. 8. &
præparantia il
purgare: quod

Ruentes actu,
& evidentem
ad partem

Princi-
pi con-
sentiē-
ti.

Expedi etiam n
teriam ad part
talem rident
statim purg
quemadmodu
facit.

Quæ coctio-
nem admittre
non possunt,
ur,

Lapis,
vermis,
aqua in ascite,
materia venenata,
& hujusmodi.

Hæc
4.
est
ev
&

Quando
sunt mul-
ta.

In præsentī casu præcipit Galenu
„ quia cum coctio fiat maxime i
„ Igitur nos consultit, [ad hoc,
„ factam materiam, facilius natu
„ nisi à sarcina aliqua ex parte le

ius natura existere inventa sunt.

At quispiam posset hoc in loco Galenum reprehende-
dere, quod sibi non coniter: quandoquidem modo,
vt 2. aphor. 19. purgationem à venæ sectione superari
statuit; modo vero vt 2. acut. 11. è contra venæ sectio-
nem à purgatione. At repugnantia tollitur, si dica-
mus, Galenum, quando venæ sectionem extollit; tunc
pericula, quæ purgationem sequi solent, respicere:
quod si vice versa quandoque purgationem magis
laudare videatur, id esse intelligendum, dummodo
pericula, quæ à purgatione impendent, vitentur.

Rationibus huc vsque allatis possumus & aliam ex
Galeni officina de totius morbi temporib. cap. 3. in fine. de-
promptam subiungere. Concedit ipse cum Hippocra-
te 1. aphor. 22. 24. cruda esse purganda in principio,
quando turgent; id quod vno etiam ore fatentur om-
nes: at addit insuper Galenus, esse quoque illa eadem
cruda purganda, non modo quando turgent, verum;
etiam quando urgent, inquit enim (interim si res vrgeat,
etiam purgare supple. tu] oportet à principio. Quæ sunt In-
terpretes, quando res urgeat, quid scilicet sit Vrgen-
tia; Genitor meus cum doctissimis Capivaccio, Mer-
curiali, & aliis respondet, Vrgentiam, seu materiam vr-
gentem esse illam, quippe quæ majus portendit peri-
culum, quam materia turgens, seu furiosa, vel stimu-
lans ab aliis vocata; quæ proinde purgationem magis
exigit, quam illa. Et, si quis quærat quænam sit specia-
tim & in particulari, ac præcise ista materia vrgens,
purgationem magis, quam materia turgens indicet,
respondent, & bene, esse.

Neque valet Hippocratem 1. aphor. 22. 24. nullam de
hujusmodi Vrgentia mentionem fecisse; propterea
quod, neq; 11. meth. 10. de Virtute vllum verbum facit;
quæ tamen in qualibet vacuatione consideranda est;

[Tabulam hanc ad verba: &

Venenatas

Hæc profecto celerrime corrumpere, & homines interficere possunt, ac proinde statim à principio, licet sint crudæ purgandæ sunt, nam si coctionem expectaremus, mors interim interponeretur: propterea quod concoqui non possunt, neque alterantibus cedunt.

Hinc est, quod Galenus 1. de diff. febr. cap. 8. 8. meth. in pestilentia superstites remansisse dicit, qui per vomitum, vel alvi fluxum purgati fuerunt.

Principem.

Hæc similiter magis urgent, quam materia ipsa tuigens, quia de hac imminet duntaxat, non actu est periculum, ne impetum faciat in partem principem. At materiæ, quæ actu jam, & evidenter in partem principem ruunt, non minantur, sed jam actu afferunt periculum, nisi purgentur, Quamobrem, si in illa procrastinatio est periculosa, in his erit periculosissima. Vnde in Apoplexia nemo est, qui statim pilulas, & illas quidem validas non exhibeat. Et Galenus de curandi ratione per sang. cap. 8. & sanguinem mittit, & purgat, ubi suspicio est de aliqua magna inflammatione; nam præparantia illam prohibere non possent; & facta jam inflammatione, non amplius tutum est purgare: quod materia collecta, & impacta non cedit medicamento purganti.

Materias, &

Ruentes actu, & evidenter ad partem

Principi consentienti.

Expedi etiam materiam ad partem talem ruentem statim purgare quemadmodum facit.

Hippocrates 2. acut. 11.

Qui dolore in pleuritide vergente ad hypochondria, purgatione utitur.

Galenus 6. meth. 2.

Qui in nervi punctura vitiosam purgat materiam, non expectata coctione; nam prius, quam absolveretur coctio, cerebrum traheretur in consensum, & mors sequeretur. Ita pariter in sanguis sputo ex catarrho falso pilulas vehementissimas idem Galenus 5. meth. 14. exhibet à principio materia existente cruda, & ante coctionem; quia nisi illa vacuaretur, sanguis sputum excitaret, quod est vitium necessario mortale.

Quæ coctionem admittere non possunt, ut,

Lapis, vermis, aqua in ascite, materia venenata, & hujusmodi.

Hæc enim cum præter de differ. morb. 63. de causis sympt. 4. naturam sint, neque à natura 4. de valet. vit. 4. gratiam amplius recipere valeant, evacuare quamprimum tentandum est. Et quamvis pulvis in lapide locum non habeat: nisi eatenus, quatenus causam evacuat antecedentem, materiam nimirum, ex qua lapis conficitur; habet in verme, & in ascite, & in materia venenata, ut in febre pestilentiali.

Quando sunt multæ.

In præsentis casu præcipit Galenus, 2. aphor. 29. ut vacationem adhibeamus à principio, etiamsi cruda sit materia, quia cum coctio fiat maxime in statu [& in statu facultas animalis sit maxime fatigata, ægre coquere potest.] Igitur nos consulit, [ad hoc, ut crises citius eveniant, melius esse, ut in principis vacuemus, quo minorem jam factam materiam, facilius natura possit concoquere.] Huc accedit, quod natura onere Æthna graviori gravata, nisi à sarcina aliqua ex parte levaretur, procul dubio opprimeretur.

quia, si debilis fuerit, nullam feret vacuationem. Si igitur non meminit Vrgentię, non meminit; quia communiter in administratione cujuslibet vacuationis, hæc simul cum virtute consideranda est.

Rationibus jam allatis hanc pro coronide addimus, quamve à Galen. 1. *aph.* 24. accepimus. & est; quod quando maiorem expectamus ex noxiorum humorum evacuatione fieri utilitatem, quam id, quod necessario consequitur expurgantibus medicamentis detrimentum (est autem utilitas major, si absque molestia omnis humor noxius, & infestans sit evacuatus) tunc adhibendam esse purgationem. Ac vero per pulverem nostram, pluries (si opus fuerit exhibitum, & servatis servandis, absque molestia (quemadmodum innumerata jam experimenta nos docuerunt) omnis humor noxius, & infestans evacuatur. Vt cunque igitur à noxiis, & vitiosis humoribus corpus humanum infestatur, dummodo (vt dictum supra ex Galeno est) 1. *aph.* 8. 2. *aph.* 29. 11. *meth.* 9. 9. *meth.* 10. de *opt. secta.* 22 deperatus non sit casus, & vires non omnino prostratę; ad purgationem cum pulvere nostro, tanquam ad sacram quandam anchoram confugere licbit; præsertim cum (vt retro diximus) insuavitate, qua cætera medicamenta sunt præditę, careat; neque (vt illa) corpus stypticum, vel debilitatum, vel excalfactum reddat; & contra-indicationes, quę alia medicamentorum genera præpediunt, huic pulveri nihil officiant, veluti qui in *quinti capituli calce* sopiose ostenditur.

Febres putridas pulveris istius beneficio speciatim tolli, non solum non experimentis, verum etiam, nec rationi, nec Galeni, nec aliorum Veterum placitis repugnare demonstratur.

CAP. IV.

Quoniam vero inter medendum quotidie passim videmus, ex convenienti hujus pulveris usu, non aliter ac ignis ex superfusa extinguitur aqua, sic febres ipsas putridas finiri: ea propter magnum operę pretium me facturum existimavi, si demonstravero, non modo non experientię (hoc enim sensu jam patet,) verum nec rationi, nec Galeni, nec aliorum Veterum placitis id repugnare; immo potius his perquam maxime consentaneum existere. Vtque reliqua prætermittam; accipio, tam resolutivam, quam compositivam curandi febres omnes putridas methodum à Galeno II. *meth.* diligenter, & caute excogitatum, & posteris obsignatam in libro II. *sua method. medend. cap. secund. 8. 9. 10. 13. 15.* Docet ibi longo processu Galenus, debere eum, qui febres putridas radicatus evellere in animo habet,

Anferre

Multitudinem	{	i. meth. cap. 13.
Craffitudinem	{	ibidem.
Tenacitatem, seu viscofitatem.	{	ibid. cap. 2. } Faciendum vel id. { ii. meth. 2. quod futurum est. } 10. 14.
Obstructionem	{	ibid. cap. 13. } In qua est { Factum. } { ii. meth. 10.
Prohibitam	{	ibid. c. 8. 10. In qua
transpirationem,	{	inhibita transpi- ratione est
Purcedinem in qua est	{	fiens, fa- ctum } { i. meth. 8.
	{	retinendum. } { ii. meth. recitandum, } { cap. 10.

Hæ nam

ctior
juxta
fidiu
V
tione

Hæc præsidia { Sanguinis missionem { 11. meth. 3.
 2. aphorin
 Medicamenta subductoria, qualia
 Inediam 2. aphorism. 17. 27. 4. aph
 Exercitationem, frictions, & b
 Pro crassitudine, attenuacionem, & disseci

Hæc namque sunt ex toto causæ, quæ ad febrem putridam excitandam concurrunt, partim mediate, partim immediate, partim remote, partim proxime, & partim sunt antecedentes, partim continentes seu conjunctæ.

Postea igitur quam hæc omnes causæ rescindendæ, & auferendæ sunt (auferuntur autem per sua contraria) ergo à multitudine indicatur paucitas; à crassitudine attenuatio; à tenacitate deterfio; ab obstructiōe apertio; à prohibita transpiratione, inhibitiō, ne retineatur, à putredine inhibitiō, ne fiat & ut facta vacuetur.

Hi ergo sunt scopi, hæc sunt intentiones, hæc denique sunt opera præstanda per indicationem à causa febris putridæ à Galeno locis allegatis, ut 2. meth. 7. elicitæ. Nunc eodem de *marcore* 6. 6. de *valet. tuenda*. præcipiente, materias, seu instrumenta reperire debemus, quæ jam dicta opera præstare valeant. Pro paucitate igitur præstanda; proponit Galenus 11. meth. 13. 15. 2. aphor. 17. 22. 29. 4. aphorism. 2. 1. aph. 22. 14. meth. 7. (& optime sane quidem) cui omnes Arabes, & Latini assentiuntur.

Hæc sunt ex toto præsidia à Galeno, & cæteris Medicis hucusque excogitata pro rescindendis sigillatim causis excitantibus febrem putridam. Modo ad lancem, ac trutinam, quæso, pedetentim ipsa cum pulvere nostro examine incipiamus; ad hoc, ut perspicere valeamus, vltimum pulvis iste hæc eadem præstet, nec ne, & an efficacius. Igitur quod ad Venæ sectionem pertinet, negare non possumus, quod juxta 2. aphorism. 17. 22. 4. aphorism. 2. 14. meth. 7. tale præsidium non sit exquisitè vacuativum, & itatim etiam

Verum ex altera parte, quod habet contra-indicationes illius vltimæ impediētes; illas nunc omitto.

Sanguinis missionem { 11. meth. 13. 15. & 14. ejusdem 7.
2. aphorism. 22. & 4. aphorism. 2.

Hæc præfidia { Medicamenta subductoria, qualia sunt { lenientia seu minorantia 2. aphor. 29.
solventia 1. aphorism. 22.
clysteres 2. aphorism. 29:
Inediam 2. aphorism. 17. 27. 4. aphorism. 2. 14. meth. 7.
Exercitationem, frictions, & balnea relaxantia. { locis nuper citatis.

Pro crassitudine, attenuationem, & dissectionem per alimenta & medicamenta. 11. meth. 13.
Pro tenacitate, vel viscositate, incisionem. ac detersionem, per alimenta similiter, & medicamenta incidentia. 11. meth. 2.

Pro obstructione penes id, quod { Faciendum, vel futurum est { Inhibitionem, ne fiat. (11. meth. 2. & 10.) nimirum, si compescatur affluxus humorum obstructivum per vacationem adhibitam per venæ sectionem, medicamenta, & inediam. 11. meth. 14.
Factum { Apertionem, vel reclusionem per incidentia non valde calida usurpanda, dempta prius
multitudine, 11. meth. 10.

Pro prohibita transpiratione Quod est { Retinendum. { Inhibitionem, ne retineatur 11. meth. 10. quod præstabitur amota
Stipatione facta à curis { adstrictione { vacuacione.
attenuacione.
incisione.
indicatur relaxatio per balneum aquæ dulcis calidæ, & moram in ambiente calidiore non est utendum fundentibus, nec relaxantibus antecotius corporis vacationem 11. meth. cap. 8.
ab hac indicatur rarefactio per relaxantia, ut sunt frictions ex ol. cam. & balneum aquæ dulcis.

Quod est { Retentum { Vacuacionem tum per { Venæ sectionem
Medicamenta ducentia per { Dejectiones. urinas. { 11. meth. 8. 9. 10. 11. & insensibilem transpirationem.

Pro putredine, in qua est { Fiens, id est, quod putrescit 11. meth. 8. à quo indicatur inhibicio, ne putrescat per { Ventilationem per { Dejectiones, urinas, & aliter { 11. meth. 8. 9. 13.
Pulsus & respirationem. { Spiritum refrigerantem per { pulsum, & respirationem { 11. meth. cap. 13.

Factum, id est, quod jam putruit. 11. meth. 8. à quo, cū sit omnino alienum, indicat. vac. per. { Sanguinis missionem medicamēta nō valde calida ducētia, { Vomitum, } 11. meth. 8. 9.
dejection. }
urinas, }
sudores. }

Vergit autem natura per

quod proprio loco afferuntur. Præterea quando sanguinem evacuamus, secta vena ad libram vnam vsque, vel minus permittimus exire. Quarto ego, cum ista sanguinis extracti libra, quot vnciæ vitiatorum humorum detrahuntur? certe quinque vel sex, vel septem: nam reliquæ sunt sanguinis boni. Ad hæc sanguinis missio per Galenum ipsum *II. method. 14.* non evacuat absolute id, quod putrefactum est, neque etiam obstructionem curat, non refrigerat, nisi per accidens, teste Galen. *II. method.* vacuando scilicet succos exal-factos. At vero si ad pulverem propositum animum & oculos conjiciamus, proculdubio perspiciemus, illas contra-indicationes (quemadmodum *suo loco* demonstratur) pulveri nihil officere. Præterea (si iusta dosi exhibeatur), non vnciæ, sed libræ pravorum educuntur humorum. Ad hæc pulvis absolute vacuat, quod putrefactum est. Obstructionem insuper, & jam factam (quia beneficio *Tartari*, quod aperit, & recludit sua incisione) tollit, & faciendam (quia vacuando humores illorum affluxum compescit) inhibet, & refrigerat per se, cum sit cinis quidam, ex quo fomites ignei ex toto ablati sunt, quemadmodum suo loco, ac tempore ostenditur.

Quod vero ad medicamenta subductoria pertinet, vltro concedimus cum Galeno *2. aphorism. 29.* *1. aphorism. 22.* convenire, sed habent & ipsa suas contra indicationes, sunt ingrata, insuavia, & si de solventibus sit sermo, sunt calida eodem Galeno authore, *1. aphorism. 24.* non possunt quotidie exhiberi, alvum adstrictam relinquunt, magnam corpori molestiam inferunt, ex quo debile admodum reddunt: ita, vt antequam pristinas recuperet vires, longum tempus requiratur. Contra vero pulvis ab illis contra-indicationibus est immunis, quemadmodum *suo loco* demonstra-

tur, non est ingratus, non insuavis, non est calidus, potest pluries [si necesse sit] assumi, alvum adstrictam non relinquit, corpus non debilitat: ita, vt vires cito resumat. Quod vero ad inediam spectat, hæc per Galenum *2. aphorism. 17. 22. 4. aphorism. 2. 14. meth. 7.* cui omnes assentiunt, evacuat per accidens, hic autem pulvis per se: jam vero efficacius, & præstantius esse agens, quod aliquem producit effectum, per se, & primo, quam id, quod per accidens, & secundo, nemo est, qui nesciat. Mitto exercitationes: non enim cum pulvere isto comparandæ sunt, propterea quod sua exal-factione majus afferunt febricitantibus nocumentum, quam sua vacuatione juvamentum: ac proinde authores omnes vno ore fatentur, febre putrida laborantes in lecto decumbere debere, contra vero evacuationem in ea omnes [ut *supra* dictum est] tollunt.

Quod vero ad balnea, & frictions attinet, jam Galenus, *II. meth. 9.* & alij præcipiunt, & jure quidem optimo, ante totius corporis vacuationem non esse adhibendas, pulvis autem statim ab initio usurpandus est.

Ecce igitur, quod jam patet, pulverem in paucitate (quæ erat primus scopus) præstanda, non solum æquare, verum etiam non parum alia superare præstidia hæc vsque administrari solita: ut minime mirandum sit si (¶) Galenus *2. acut. II.* [alias diximus] purgationem venæ sectioni propoluerit, Hactenus de multitudine demenda, quæ remotissima erat febriis putridæ causa. Accedamus ad alteram nimirum ad crassitudinem. Ad hanc removendam Galenus *II. meth. 13.* proponit attenuationem per ea, quæ dissecant, tunc medicamenta, & optime quidem: at pulverem nostrum maximam habere & dissecandi, & attenuandi

vim, tam certum est, vt demonstratione haudquaquam indigeat.

Quod spectat ad tertiam febris putridæ causam, quæ erat tenacitas, seu viscositas. Pro hac tollenda incisionem, atque detersionem laudabat Galenus, *II. meth. 13.* per alimenta & medicamenta. Hanc Galeni cogitationem non pessimus & nos non libenter amplecti; & ob id Tartari usum recipimus, vt pote quod mirifice detergat, quemadmodum non solum qui de eo pertractant, verum etiam Fullones, ac Mulieres nos certissimos reddunt.

Post viscositatem sequitur obstructio, in qua (veluti *supra* diximus) Galenus *II. meth. 10.* considerabat, & faciendum, & factum. Pro remotione illius faciendi, *II. meth.* commendabat (& summa quidè cum ratione) inhibitionem, ne fieret, id, quod *II. meth.* proprie ad prophylacticam, id est, provisionem pertinet. Inhibetur autem inquit *II. meth. 14.* illud faciendum, si humorum obstructiui affluxus compescatur: compescitur autè per evacuationem adhibitam per sanguinis missionem, medicamentis & inedia. Iam vero pulverem nostrum in vacuatione præstanda primas obtinere *supra* demonstravimus. Pro illius vero facti ablatione Galenus *II. meth. 10.* apertionem, & merito, proponit, vel reclusionem per incidentia, non valde calida vsurpanda, multitudine prius dempta. Verum pulvis iste ratione Tartari, & Antimonii incidit, ac detergit, & ex consequenti aperit; idque (vt sæpius inculcatum est) sine calore, & simul quoque multitudinem demit.

Post obstructionem, est prohibita transpiratio, in qua dicit Galenus *loco proxime citato*, adesse & retinendum, & retentum. A retinendo inhibitionem inquit *ibidem* indicari, ne retineatur; id, quod præstat obstructio amota per vacuationem, attenuationem &

apertionem: quæ quidem omnis pulveris auxilio perbelle simul præstantur. Remedia huc vsque in vsu posita, nonnulla solam moliantur vacuationem, vt venæ sectio, medicamenta subductoria, clysteres, inedia, & similia: alia solam attenuationem. cuiusmodi sunt disscantia quædam apertionem, vt incidentia.

A retento autem, indicati dicit Galenus *ibidem* vacuationem per iam dicta instrumenta; quæ ab evacuatione per pulverem nostram facta, longè superari, demonstratum est.

Post prohibitam denique transpirationem, sequitur putredo, quæ quidem vltima existit; & immediata, & reuera continens ipsius febris putridæ causa: quamvis à Galeno *II. meth. 9.* antecedens nominetur. Sed utcumque sit, in putredine dicebat idem Galenus *II. meth. 8.* ad esse & fiens, id est, quod putrescit, & factum, id est, quod iam putruit. Ab eo quod putrescit, indicati monet *II. meth. 10.* inhibitionem, ne putrescat.

Confirmatio-
nem, & refe-
ctionem vi-
tium, ut ipsa
superantes
putredinem
succos con-
coquant.

Per
hac
tria
nimi-
rum
per

Spiritum re-
frigerantem,
per pulsum,
& respiratio-
nem.

Ventilatio-
nem.

Pro his duobus scopis obtinendis, faciunt, pro primo quidem alimenta boni succi; pro altero vero mora in aëre frigidore, siue sit talis natura, siue arte. Pulvis autem iste, quoniam frigidus existit, refrigerare profecto & ipse poterit; cumque rursus sit etiam sicca, putredinem absumere, & prohibere, non aliter ac sal, carnes, & pisces à putredine, per multum tempus præservat. Quo fit, ut multoties, videmus pulverem hunc absque vlla vacuatione sensibili febres sustulisse putridas. Id, quod nulla alia ratione factum putamus, nisi, quod sua siccitate putredinem, vel absumperit, vel succos à putredine immunes reddiderit.

Hanc præstant inquit Galenus II. meth. 8. & 13. frictiones mediocres rarefacientes, ita ol. camom. aneth. vel amygd. relaxantia. Conferit quoque vinum album, & cætera per vrinas, aut aliter vacuantia: sic pulvis & respiratio. Quamobrem cum pulvis etiam vacuandi, & refrigerandi simulatim obtineat, ventilationem quoque satis afferre valebit.

Postremo

Postremo ab eo, quod jam putruit, cum iuxta Galen. 4. de valer. iuend. 4. 2. aphorism. 17. sit omnino alienum, indicatur ex eodem Galeno II. method. 8. vacuatio & per venæ sectionem, & per dejectiones, & per vomitum, & per vrinas; & per sudores teste Galen. II. meth. 8. 9. Nos autem supra indicavimus, quantum vacuatio per hunc pulverem dictas superet vacuationes: hac tamen consideratione habita, quod (si eo modo paretur, quo à principio diximus) sudores, & vrinas eliciendi vim proprie non obtineat. Quare si forte natura per has vias critiche semetipsam exonerare tenter, à pulveris exhibitione desistendum erit, Hippocrate præsertim præcipiente, I. aphorism. 40. quod que iudicantur, & iudicata sunt integre, &c. At si ludoris, vel vrinæ beneficio succi duntaxat tenues, ac feroli educerentur, crassi vero ac viscosi intus remanerent, qui vel morbum præsentem producere, vel alium excitare, vel recidivam efficere possent; his omnibus malis pulvis iste sua vacuatione occurrer.

Animadversiones pro recto Pulveris usu.

C A P. V.

Quemadmodum instrumenta, II. meth. 5. de sanit. I. X. de marc. 6. vel materiæ, de ori. medicin. cap. 95. quibus Medici vtuntur ad quamcunque ægritudinem, siue leniendam, siue depellendam; si in tempore, 6. epidem. I. de medic. art. const. c. 14. II. meth. cap. 14. & veluti decet vsurpentur; 2. meth. I. dicuntur auxilia, præsidia, remedia, & causæ salubres; si vero malè, vocantur causæ insalubres: ita pari ratione; si pulvis propositus veluti decet; & servatis, vt dicitur, servandis exhibeatur, auxilium,

præsidium, remedium, & causa salubris vere dici poterit. & illa procul ab omni metu præstabit, quæ in proxime præcedentibus capitibus indicavimus, atque innuimus. Has igitur observationes, seu animadvertiones, quas Galenus 11. *meth.* 14. tum scopos, tum capita vocat, reperire ac perscrutari breviter, & quantum res, de qua agitur, expostulat est operæpretium. Et quamvis authores multa proponunt, videlicet, *An agendum Quid, Quale, Quantum, Vbi, Quomodo, Quæ materia, Quo ordine*, & similia, nos tamen in præsententi contenti erimus his.

Quinque { In quibus ægritudinibus conveniat pulvis de quo est sermo.
 Quo tempore tum ægritudinis, tum anni, & qua diei vel noctis hora.
 Qua quantitate, & quoties.
 Quomodo, & qua ratione, &
 An aliquid ex iis, quæ contra-indicare solent aliorum medicamentorum, tam Chirurgicorum, quam pharmaceuticalorum usum, quo minus ipse accipiatur, sit impedimento.

Quantum pertinet ad primum. Diximus *supra*: idem quoque nunc repetimus; verisimile esse pulverem hunc, quia corpora humana ab humoribus copia, vel qualitate peccantibus, tanquam à sæce putgandi facultatem haber, tuto & cum certa (quantum tamen res humanæ patiuntur) spe usurpandum.

Ad summam, in omnibus iis humani corporis morbis in quibus humores peccant, vel simplices vel compositi, calidi, vel frigidi, tenues, vel crassi, vel soli, vel cum flatibus, ac vermibus, vel cum tumoribus præter naturam, vel sine, hunc pulverem vtilem

Intemperiebus omnibus, dummodo cum materia illæ sint, sive { Simples existant, sive compositæ; æquales, vel inæquales. Unde non mirum, si efficacissimum quotidie experiamur in omnibus febribus humoralibus vocatis finiendis; quemadmodum in præcedenti capite demonstrabimus.

conformatio-nem- { meatuū, seu canalium & cavitatum { repletarum, vel obstructarum ab humoribus } tam cum flatu, & vermibus, quam sine.
 In inanitione vero, vel coalescentia, & similibus pulvis non valet.

Morbis in mala compositione penes { Magnitudinem non quidem imminutam, sed adauctam, ut in tumoribus præter naturam. { cum inflammatione, ut sunt calidi tumores } vel per se, ut erysipelas, scirrhus vel per accidens, scilicet phlegmonodes, œdema phlegmonodes, & similia.
 { scirrhus, œdema, cancer, hydrops, & similes.

Numerum, & situm { In his pulvis partem non habet.

Solutio continui, tam à causa externa, quam interna; Quæ solutio est { Sensibilis, ut est vulnus in corpore plethorico, vel cacochymo, & uleus, non quidem cuiuscunque sortis, sed quod fluxione tenetur.
 { Insensibilis, ut quando partes } gravantur, tenduntur, densantur, rarefiunt, { Ex humorum, tam simplicium, quam compositorum fluxione.

Tabulam hanc refer ad pag. 276. lit. S. post verba *spe usurpandum*.

utilem esse, quotidie sapius videmus.

Quoniam vero quemadmodum auctore Galeno *de differ. sympt. c. 1.* corpora sine umbris reperiiri non possunt, ita nec morbi sine symptomatis: ea propter non erit à ratione alienum, existimare, quod ablati pulueris huius ope, & auxilio morbis symptomata quoque ab ipsis nata siniri debere, siue talia symptomata *de differ. sympt. cap. 2. 1. de causis sympt. c. 1. 12. meth. cap. 1.* pertineant ad actiones læsas, siue ad excreta mutata, siue ad affectus, seu qualitates corporis mutatas.

Illud tamen haudquaquam silentio prætereundum est, quod cum ex intemperiebus, quæ cum humoribus coniunctæ sunt, aliæ ab illis ex toto pendent, & foueantur: aliæ vero è contra non ab humoribus, sed potius, ut humores generentur, in causa sunt, cumque ex humoribus, qui morbos excitant, alij testes eodem *4. acur. 76. 1. aphorism. 24.* sint firmati, alij in fluxu, hoc est, alij se habeant ut causa antecedens, alij vero ut causa continens, & coniuncta: pulvis hinc noster intemperies quidem illas tollet, quæ ab humoribus pendent, quod ablata causa, *2. aphorism. 22. in libris de locis affectibus* sæpenumero & affectus ab illa genitus aufertur, reliquas vero minime, nisi forte humida foret intemperies, hæc enim siccitatis beneficio pulvis remouere possit.

Quod si has quoque cordatus, & diligens Medicus auferre in animo habeat ex Galeni præcepto, *2. aph. 22. de art. medicin. c. 89.* humoribus primo pulueris auxilio eductis; contrariis postmodum alimentis, & medicamentis tum extrinsecus, tum intrinsecus adhibitis, aduersus intemperiem pugnabit. Ita pariter de effectibus, qui ab humoribus nascuntur, vsu venire credendum est.

Pulvis hic noster, non quidem firmatos, neque eos, qui se habent ut causa continens, & conjuncta, sed qui sunt in fluxu, seu in motu, quive se habent, ut causa antecedens potissimum purgat. Quoniam vero sæpe, ac sæpius fit, ut humores firmati; & qui se habent tanquam causa continens, & conjuncta, foveantur, & conserventur ab iis, qui sunt in fluxu, & sunt veluti causa antecedens, illis igitur pulveris vi extractis; ij, qui in parte relinquuntur, vel à natura, sarcina jam levata, vincuntur; vel arte per retrocessum, vel autore Gal. 13. *meth.* 9. 21. *de art. medic.* 95. 3. 3. *epid.* 76. reprimendo, vel avertendo, ac derivando, & per extractionem consumuntur. Et hæc de primo scopo, seu animadversione.

Quod spectat ad alterum, de tempore. Istud varie considerari potest, vel penes anni tempus, & universale, scilicet, an Vere, vel Æstare, vel Autumno, vel Hyeme: & particulare, nempe qua diei, vel noctis, vel Lunæ motus hora: vel penes agritudinis tempora universaliter pariter, & particularia. Igitur si de universali anni tempore sermo sit: quemadmodum teste Hipp. 6. *aph.* 4. 7. *aph.* 13. 1. *aph.* 15. Veris tempus ad alia medicamenta exhibenda accommodatissimum existit, propter rationes, quas Galenus, *in comment.* & alii præstantissimi Hippocratis interpretes excogitarunt, quasve nunc memorare non est necessesse, ita & ad hunc pulverem. Unde, si præservationis gratia exhibendus est, est præcipue tempore dandus; Sin præservationis, & curationis ratione, Æstivo etiam tempore eo utilis erit: etenim præterquam quod humores satis fluxiles tunc existunt, viæ sunt ad aperta, ac proinde suo munere fungi perbelle poterit. Neque obstat, & quod vires Æstivo tempore cæteris partibus sint debiles, & quod in *aphor.* 5. *sect.* 4.

Hippo-

Hippocrates scriptum relinquit *sub Cane, & ante Canem difficiles sunt medicationes*, propterea quod medicamentum illud non est ex iis, quæ vires prosternunt; quandoquidem & lactentes, & mulieres gravidas absque noxa pluries eo uti vidimus, neque caliditate præditus est, quod odore, (4. *simpl.*) ac fere sapore careat, quemadmodum *alibi* demonstravimus, Autumnali, & Hyberno, etiam tempore exhiberi potest, non aliter ac alia medicamenta, ubi necessitas urgeat.

De tempore particulari certa regula assignari non potest: cum tamen certum, ratum ac firmum sit apud omnes, 1. *aphor.* 22. *de totius morb. temp.* 2. 1. *de acif.* 9. 8. *catatop.* 3. humores facilius, ac promptius educi, quando sunt in motu, quam quando sunt firmati, cumque qualibet diei, vel noctis hora sui motus principium habere possint: hac de causa qualibet diei, vel noctis hora poterit assumi, ea scilicet ipsa hora, qua humores moveri incipiunt: veluti, *de tumor. præter natur.* c. 2. 10. *meth.* c. 6. 13. *method.* 13. 4. 14. *method.* 2. *de inæquali int.* 6. *de art. medic.* 90. fit in fluxionum, & 2. *aphorism.* 1. 2. *de differ. febr.* 11. accessionum ipsarum febrium initiis, cæteris autem paribus hora matutina seligenda, tum quia ventriculus à cibo vacuus est, tum quia longe etiam distat à nova cibi oblatione, & habemus Hippocratem 2. *acut.* 12. 23. monentem, *vel protinus ab accepto pharmaco sorbendum, non in media purgatione: ac ubi purgatio desierit tunc sorbitio decur.*

Propter eandem quoque rationem fit, ut facilius munus suum pulvis absolvat, si in plenilunii vel novilunii, vel quartis porrigatur, quam si in interlunii, quia in istis humores potius quiescunt, in illis contra potius cientur.

Idem quoque sentiendum esse videtur de ægritudinis tempore, tam vniuersali, quam particulari: melius enim est circa initia puluere uti, quam aliter Hippocrate præsertim auctore 2. *aphorism.* 29. & 30. ubi Galenus in *commentariis* pulcherrime digrediens hæc habet: *Circa initia morborum, in quibus speramus, ærotum conualiturum, tentandum est maiora afferre remedia, sunt autem hæc, maxime vero vena sectio, nonnunquam vero & purgatio, quorum neutrum oportet in vigoribus: adhibere, coctiones enim morborum tunc maxime sunt. Vt igitur hæc citius euentiant, melius est in principiis evacuare, quo minorem iam factam materiam facilius natura possit concoquere.* Quæ si vera sunt, quemadmodum verissima, tunc erit ad puluerem dandum tempus opportunissimum, quando morbus humoralis incipit, principij nomine accepto, non solum de principio vniuersali, verum etiam particulari.

Neque obstat aphoristica Hippocratis sententia 1. *aphorism.* 11. & 19. quibus præcipitur, *In accessionibus abstinere oportet.* Non obstant, inquam, huiusmodi sententiæ, propterea quod (vt in explicando quarti argumenti exitu *inferius* fusc lateque demonstrabimus) de alimento, non autem de pharmaco enunciatae sunt. Accedit, quod si quando materia turgēt, vel vrget. tunc est (quemadmodum *supra pag.* 46. ostendimus) purganda. Iam vero in febrium accessionibus id fit: Eo igitur potissimum tempore puluerem exhibere debemus.

Quod autem in accessionum principiis materia turgēt, & vrgeat, vel se habeat ad modum turgentis, vel vrgentis, illinc facile quis colligere poterit, quod (vt mox dictum est materia tunc mouetur, & in isto motu periculum imminet, ne in partem aliquam

quam principem, vel principi consentientem ruat; immo non raro ruit: vt quando vel in cerebrum rapitur, ex quo delirium, cataphora, vel aliquid simile gignitur: vel in cor, vnde prauæ pulsuum differentie, animi defectus, & similia: vel an pectus, unde aliqua spirandi difficultas, tussis: vel ad ventriculum, vnde cardialgia, singultus, sitis, inappetentia, vomitus, & id genus, vel ad intestina, vnde tormina, & aliquis prauus alui fluxus: Quod si accessiones istæ fuerint febrium intermittentium, præter turgentiam, & vrgentiam: aderit & altera conditio ex iis, quæ purgationem statim exigere supra suo loco demonstrauimus, nimirum *materia, quæ concoqui nequit.* Etenim cū in talibus febribus putrescant humores in toto corporis habitu, & carnibus, ibi concoqui non possunt, sed vacuantur vel per sudorem vel per vomitum, vel per deiectiones, vel per vrinas, id quod præter Galeni testimonia. Parens meus luculenter sanè definiuit in *Tabulis de febribus* iam prælo commissis, & ob publicam vtilitatem in lucem editis, & vsus etiam & experientia quotidiana demonstrant. Mitto, quod materia quæ facit accessiones, est etiam multa; quo in casu habemus Galeni præceptum *superius* ex 2. *aphor.* 29. etiam insinuat, vacuationem in principio, cruda quantumvis existente materia, esse adhibendam. Quamobrem si salutis humanæ studiosi è certo sensu, & vero, non maleuolentia, & liuore impediti, his de rebus rectum ferre voluerint iudicium; certo scio, ipsos pro rato habituros, puluerem eo potissimum tempore ærotantibus porrigendum esse. Rationes autem, propter quas vacuatio, non per alia medicamenta, quibus ad aliuum subducendam passim vtimur, eo tempore molienda sit, sed tali duntaxat puluere *inferius*

duntaxat pulvere inferius suis locis afferuntur in principio capitis, nimirum sexti, ubi tunc, cito, & jucunde pulverem hunc suo munere fungi declarabitur: nec non in cap. 7. quando quartum argumentum etiam, atque etiam prometur.

De quantitate, in qua pulvis exhibendus est, & quoties (quib. de reb. tertio loco disputandum ab incio proposuimus) illud in primis animadversione dignum existimamus, quod Galenus quoque 2. acut. 37. & Hippocrat. annotarunt, nimirum *singulorum praesidiarum quantitatem artificiosa egeret conjectura; artificiose autem conicere Viri esse, qui vires omnium, quae in arte sunt, didicerit, memoria mandauerit, atq; diligentia omni adhibita sese in operibus Artis exercuerit, paucos tamen tales existere inquit.* Unde non mirum, si religiosi admodum sint Medici in praescribenda potissimum medicamentorum purgantium quantitate, & ratio est, quia *vacuatio humorum peccantium, neque ultra, neque i. aphor. 3. infra modum facienda est: quia si ultra modum fiat periculosa est, cum omnis immodica vacuatio non minus immoderata repletionem sit periculosa: si infra agitantur magis, magisque humores, & magna in morbis, praesertim acutis, nascuntur offensa.* Quãobrem praecipit Galenus 2. acut. 11. *ut respiciamus humorẽ superabundantẽ, & naturã, hoc est, & vires hominis, qui debet evacuari, & rursus an sit homo ex iis, qui difficulter purgantur, an ex iis, qui modico sumptio medicamento purgantur copiose? Denique, ut quam minimũ errare cõtingat, consilium, ibidem, ut quibus medicamentum dare quadrabit, iis tantum propinetur, quantum in plurimis mediocriter tum vacuari novimus, tum experti sumus.* Unde, ut ad pulverem nostra se referat oratio, novimus, & experti sumus, Scammonij modo, quod

quod dictum est, parati, & quod tenuis, calidosque humores educere diximus. dosim esse à granis sex ad sexdecim vsque, vel decem & octo, & viginti in iis, qui difficulter purgantur.

Antimonij vero similiter, ut dictum est, parati, à granis quatuor ad duodecim vsque vel quatuordecim, & sexdecim in iis, qui difficulter purgantur. Vbi vero ex æquo uterque abundet humor, tunc dimidia dicti Scammonij dosis; scilicet grana octo, vel decem, & dimidia pariter Antimonij, scilicet grana sex vel octo simul accipienda est. Tandem ubi aliter alterum superat humorem, tunc pro ratione humoris superabundantis, medicamenti quoque ipsius respicientis quantitas augenda est; ut exempli gratia: Si bilis pituitam, vel succum melancholicum superet; dentur Scammonij grana duodecim, Antimonij vero grana quatuor, vel quinque.

Illud tamen, quod unius anni spatio iam observavimus, haudquaquam silentio inuoluemus; & est; posse nos, ac debere praescriptam Antimonij, & Scammonij dosim aditria vsque grana excedere; ut verbi gratia exhibere ipsius Antimonij ad grana vsque viginti, Scammonij vero ad grana vsque viginti duos; id, quo ea ratione fortasse factum est, quod Pharmacopoeia maiori cum diligentia, & magis exacte nunc, quam prius pulverem hunc parent.

Quod vero ad Tartari dosim pertinet; hac proportionem respondere debet iam dictis, scilicet, à granis duobus, ad quatuor, vel quinque, vel sex.

Quoniam vero lactentibus, etiam dari potest, quae dosi ipsis iste pulvis exhibendus sit, referre non grauior. Illustrissimus Comes puerulis trium mensium febre acuta correptis, Scammonij grana tria, & Antimonij duo simul dedit. Nos vero grandioribus,

qui annum jam accefferunt, Scammonij grana quatuor, Antimonij tria, ac Tartari duo exhibuimus, & purgatio optime cessit.

Erat alterum circa quantitatem explicandum; Quoties vsurpari pulvis possit, an una vice tantum, vel pluribus. Sed breviter diximus, si affectus (si verbi gratia febris aliqua ex humoralibus) sumpto semel pulvere non cesset, quando iterum affectus repetet, & nos rursus pulverem secundo dabimus: si tertio adhuc affectus revertatur, & quarto, & quinto; pulverem exhibebimus pariter, tertio, quarto, & quinto, dosim semper singula quaque vice minuendo: propterea quod in primis diebus humores beneficio pulveris moventur, & agitantur, quo fit, ut à qualibet postea vel exigua (eiusdem) pulveris quantitate facile foras trahantur.

Quod si forte pulvis prima vice exhibitus parum, vel nihil effectum dignum eduxerit, quando pulverem secundo exhibebimus, dosim tantum augere debemus, quantum necessarium sit ad alvum solvendam. Verum enim vero licet (si casus exoptulet) toties tuto repeti possit; nos tamen ex eo tempore, quo pulvere uti cœpimus, nunquam contigit, ut ultra tertiam exhibitionem ad quartam, vel quintam, devenire coacti fuerimus; nam plurimi semel tantum accepto pulvere, alii bis, perpauci tertio convalescerunt.

Quoad modum. Si vera sunt, quemadmodum verissima, quæ Magnus Hippocrates in aphorism. 9. Sect. 2. scripsit; corpora nimirum, cum quispiam purgare voluerit, oportet fluida facere; & quæ Galenus in penultimo comment. aphorism. quod quando purgantibus medicamentis vsuri sumus, occasionem ar-

ripiamus parandi humores ad fluxum, & aperire foramina, per quæ debet purgatio fieri; & quis est, qui non videat, vtile fore ante pulveris exhibitionem, hæc omnia respicere? & sumpto vna vice pulvere, si affectus adhuc perseveravit, interquiescere expedit, & interim humores majori studio, ac diligentia præparare, & victus ratione, & medicamentis appropriatis, syrupus nimirum (dummodo nauseam non afferant,) vel aquis, seu decoctis, apozematis, juribus, alteratis vocatis, & antidotis.

Quibus pro occasione peractis ad pulveris exhibitionem tali formæ deveniendum est; puerulis trium mensium cum lacte propinetur, iis, qui pane in aqua decocto utuntur, in primo panatellæ, ut dicunt, cochleari; adultis cum jure; febricitantibus in accessione quidem cum aquæ hordeaceæ modico, extra acceptionem vero cum ptisana (quemadmodum Veteres & præsertim Galen. 13. method. 15. Hippocr. lib. de alimento Elleborum, epyrhinum, polypodium, & similia exhibebant,) sunt, qui cum aquis affectui destinatis, alii cum vino, iis, qui conservis vocatis delectantur, dari poterit cum conserva ex acido citri, vel violarum: iis, qui aliquo laborant alvi fluxu, cum succ. ros. iis, quibus à capite vel artubus trahere in animo est, cum pil. affectui destinatis media portione, & dimidia istius pulveris: iis denique, quibus à renibus, jecore, vtero, cum cassiæ pulpa: aliis, aliter utcunque. Qua in re cætera omnia pharmaca superare videtur, quæ vsque adeo insuavia sunt, ut nec pueri, nec grandiores, præsertim qui delicati sunt, ea nedum deglutire, verum neque cernere possint, neque recordari patiantur: contra vero pulverem nostrum absque vlla difficultate sorbent.

Pharmaco autem assumpto per horam quiescen-

dum, in qua si somnus obrepat, dormiendum, inde vigilandum: & si quis optet medicamentum facilius, & felicius munere suo fungi, corpus iuxta Hippocra- tis decreta 4. *aphorism.* 24. 15. moueat. Cibum vero non nisi celebrata purgatione capiat, quod eodem authore 2. *acut.* 12. 13. ab assumpto pharmaco, vt *su- pra* monuimus, & in media etiam purgatione, neque potandum, neque sorbendum. Quod si pulvis non eam excrementorum copiam eduxerit, quæ opus esset, altera die clyster aliquis injici poterit, veluti fit de allis medicinis, vel iterum pulvis accipi in maiori dosi.

De contra indicationibus, quæ pulueris nostri v- sum remorantur, nulla alia præter vitium prostrationem, mihi sese offert, hæc enim Galeno teste. 9. *meth.* 10. *de opt. secta.* 22. cui omnes consentiant, neutram fert vacuationem. Nec mirum, quandoquidem quibus vires deperditæ sunt, iam desperati sunt: & vbi salus desperata est, 11. *meth.* 9. 1. *aphorism.* 8, 2. *aph.* 29. agendum non est, ne infaventur præfidia, quæ multis fuerunt, & futura sunt saluti. Cætera vero, quæ aliorum remediorum vacuantium, tam Chirur- gicorum, quam Pharmaceuticorum prohibent usum, huic pulveri haudquaquam repugnant.

Quibus quidem hunc in modum se habentibus, non mirum si Galenus 2. *acut.* 11. purgationem per medicamentum sanguinis missioni comparans, illam dixerit maiorem certe vtilitatem afferre, hanc vero securiorem esse, & rursus si loco sanguinis missio- nis substituerit largam alui subductionem. Quamo- brem si pericula, quæ à pharmaci sumptione impen- dent, auferantur, quæ auferantur, pulvis paretur eo modo, quo dictum est, & si seruandis exhibeatur, me- dicamentum perquam maxime utile, tutum, nec in-
suave-

non accit
fovea, in
furi sunt, ego quoque obrutus eo usque iacui,
quovsque experientia, & vsu quotidiano certior sum

suave in manibus habebimus.

Quibus argumentis nonnulli ad pulveris usum improbandum videntur.

CAP. VI.

Quamquam non solum experimentis verum etiam rationibus satis superque (nisi me fallit animus) demonstraverimus superiori capite secundo, tertio, & quarto pulverem hunc nostrum omnes humani corporis humores ægritudines profligare; merito, quia nullam vel perquam maxime exiguam infert molestiam, neque debilitat, neque alium stypticam reddit, si servanda seruentur; cito; quia si non unica vice assumptus, saltem secunda, vel tertia, vel quarta; ad summum quinta voti compotes nos reddit; inunde, quia non deformis colore, non foetidus odore, non insuavis sapore existit: proinde inter præsidia saluberrima, præstantissima & efficacissima, quæve attestante Gal. 1. de semine 11.9. catatop. 2. Pæonio-
optimo, sibi vindicare possit: 6. catatop. 3. nihil tamen minus non defuerunt; non defunt; neque deerunt (non me latet) ingenia, quæ pulverem hunc parui facere, contemnere, irridere, damnare, & non modo ut ita dicam sibilis; sed etiam convicio è Medicina explodere nunquam desinent.

Et equidem ut libere fatear horum cogitationes non accuso, sed libenti animo excuso, quod in hac fovea, in quam isti inciderunt, incidunt, & incisuri sunt, ego quoque obrutus eo usque iacui, quo usque experientia, & vsu quotidiano certior sum

Methodus in Pulverem.

(1) Ætas, quæ non admittit Sanguinis missionem à 14. anno infra neque ultra septuagesimū. Nec (f) medicamenta solventia dum lac (f) fugitur.

Anni tempus, quod prohibet Sanguinis (t. v. x.) missionem tum æstivum, tum (v) hyemale. Et pharmaci (y) assumptionem.

(2. A.) Gravitas quæ non fert (z) sanguinis missionem neque (A) pharmacum

Nam Alvi (v) fluxus. & vomitus in febribus utranque vacationem prohibent

Cruditus (a) quæ utramque vacationem respuit, non pulverem ob Antimonium, quod humores crudos feliciter educit.

Morbus (b) frigidus, qui neutram pariter ferre potest vacationem

Viatici (c) humores in primis viis venæ sectioni repugnant. At commode per pulverem educuntur.

Timiditas, (d) quæ non raro est in causa, quo minus vena tundatur, pulveris assumptionem non formidat,

Pulveri nostro locum dat. Neque obstat locus Hip. (s) & Gal. quia loquuntur de elaterio, de curand. ratio. (s) tithymalo, (s) Scammonio veterum, quæ sunt validissima; pulvis autem noster miris. per sang. 13. 4. de val. 11. 4. 2. catatop. 1. pag. 136. lit. Pulverem admittit, quia non excafcacit, D. Avic. l. 1. 1. 4. e. 20. vias ex se appetit, quemadmodum ex parte demonstratam jam est, & etiam demonstrabitur,

Pulverem vero primis mensibus facile tolerare vidimus.

Pulvis hic noster vacuus humores, vomitum, & fluxum concitantes, utrumque affectum suppressit: nec mirum, postea quam vomitus (x) vomitum fluxus (x) fluxum curat, quemadmodum rhabarbarum tostum. & aquæ thermales falsæ.

Pulvis autem noster ex Antimonio cum Tartaro (dummodo talis morbus ab humoribus pendeat) ipsum profligat.

Referenda est tabula hæc ad verba, repugnant. pag. 287. Lit. S.

in pericula, quæ a pharmaci sumptione impendent, auferantur, quæ auferuntur, pulvis paratur commo-
modo, quo dictum est, & si servandis exhibeatur, medicamentum perquam maximè utile, tutum, nec insuave-

Contraind. remedi-
vemediorum
vacuantium
usum qua
sunt; eaque
non impedire
pulv. exhibi-
tio. demonstr.

Nam

11. meth. 14. 131
de curand. ratio.
per sang. 13. 4. de
val. 11. 4. 2. catatop.
1. pag. 136. lit.
D. Avic. l. 1. 1. 4.
e. 20.
55. 6. epid. 35.
t 4. acut. 19.
v 1. ad Glauc. 14.
x 1. aphorism. 15.
6. aphor. 47.
y 6. aphor. 47.
4. aph. 5.
A 4. aph. 1.
a de curand. v. a-
tion. per san. miss.
12. meth. 1. Aph.
22. 29.
b 3. de loc. aff. c. 4
c 4. de val. 11. 5.
de cur. ratione per
sanguin. miss.
d 4. de val. 11. 4.

Primum Primum igitur argumentum, quod ab ipsis pro Abille habetur, ut in sequenti

In Pulverem.

tabella pingitur, formari potest.

Purgatio in quibus morbis, quibus morbis, de conve-
niant.

Morbi vel sunt
Acritudo vel
Longi

siue in-
flam-
matio-
ne.

In istorum (h) principis non esse purgatione (h) vrendum) nisi mate-
ria (h) turgat, raro autem turget) quia materia (h) est cruda, quo tem-
pore aliquid bene (o) evacuat est (i) impossibile probant & Hipp. (h) & Gal.
ut vivit: sicut fere medicorum chorus: si quidem oportet (i) coctionem prae se
sequi (i) vero discretioem, & postea (i) evacuationem, ut bona (i) sit crassa, morbi tempo-

In hac etiam handquam (k) a principio purgationem esse adhi-
bendam, aperte docent Hippocrates (k) & Galenus, & vivit: quia materia collecta,
Medicorum schola tum propter rationes, quas (k) Hippo-
crates in littera adduxit; tum vel maxime, quia materia collecta,
& impaeta in inflammatione non cedit medicamento

In hac etiam (l) Gal. & alii omnes Graeci, & Arabes & Latini 22.
monent, in principio nullo pacto pharmacia exhibendum; tum, k. 4. acuta
propter jam dictas rationes, cum quia magis, magisque irritare-
tur inflammatio.

In his vero coctionem semper expectandam esse (m) Galenus i. aphorism. 24. expresse

Methodus

factus, pulverem hunc, ea, quae dicta sunt extra lu-
dum, & locum vere praestare. Sed, quod illis vitio
dandum crediderim, est quod postea quam nullus
praeterit dies, in quo varios, & diuersos aegrotantes
a variis, & diuersis aegritudinibus, humoribus tamen
pulveris istius auxilio amissam valetudinem recupe-
rare vident, litigiosiores tamen ipsa lite, & pertinacio-
res ipsa pertinacia, nullo pacto adduci possunt,
ut assentiri velint, & experimentis, & rationibus iam
supra allatis; quinimo tenebras, & caliginem rebus
clarissimis omni ope, & studio obducere nituntur,
ut eos etiam, qui in hac re operam consumunt, quasi
inutilia tentantes, reprehendant. Sed age ipsos iam
loquentes audiamus.

Dicunt nonnulli, se pulverem exhibuisse, nec ta-
men vidisse proflagatos morbos. Alij dicunt, in
nonnullis aegrotantibus iuamentum quidem at-
tulisse, in aliis vero tormina excitasse. Alij morbos
hoc anno suapte natura salubres fuisse, & qui sua
sponte, quolibet etiam minimo auxilio soluti fuissent.
Alij se hucusque sine pulvere medicinam fecisse, sic
etiam in posterum facturos. Alij pulveris vsu ve-
terum praecipua, & vniuersam medicinam huc vsque
rite legitime, & sancte vsurpam funditus everti; ut
mirandum non sit, si in Xenodochio Florentino, in
quo ex Serenissimi Magni D. V. C. I. S. mandato pulveris
vsus intromissus fuerat, nunc dimissus iam sit. Ad hoc
autem, ut demonstrant pulverem hunc medicinam
destruere, pluribus vtuntur argumentis, longum esset
singula persequi; quare nos, quae maioris momenti
esse videbuntur, vel saltem ad quae caetera quoquo
pacto reduci posse videntur, duntaxat asseremus.

Primum

h. i. aphor. 22.
de crisi-
bus, de
detracta
1. 4. apho-
22.
21. 22.
1. 13. metho-
210

Quæ quidem omnia, si vera sunt, prout verissima esse, nemo inficias ire potest, quando & rationibus, & autoritatibus confirmata sunt. Ergo necessario fatendum erit, in morbum principis nunquam pulverem hunc habere posse locum, nisi quando materia turgeat, quod raro admodum fit.

Alterum argumentum est. Si purgatio per talem pulverem in omnibus morbis humoralibus adhibenda esset: ergo nonnunquam Hippocratis & Galeni sententiæ locus in medicina exercenda dabitur, quandoquidem, in dictis morbis fere semper materia vel turget, vel virget, & consequenter receptissimum illud oraculum vanum, & superfluum erit,

Tertium argumentum. Medicus est naturæ minister, & æmulus, teste Galeno. 2. 1. epid. 45 51. in præceptione. 28. de art. medic. 87. ipsamque bene operantem semper imitari debet, 1. aphor. 21. At vero per Galenum, 4. aphorism. 22. quo in tempore à causis quidem morbum facientibus natura gravatur, adest autem cruditas humorum, tunc aliquid bene evacuare est impossibile: siquidem oportet coctionem præire, subsequi vera discretionem, & postea evacuationem, ut bona sit crisis. Ergo neque Medicus, dum non est cocta materia, nec discreta, quicquam moliri debet, quia non habet naturam adimiculantem, febres adaugeret, ægotantis vires magis magisque debilitatas redderet, aliaque prava symptomata induceret.

Quartum argumentum est; In accessionibus abstinere oportet. Hip. 1. aph. 11. & 10. Galeno, & aliis autoribus contentientibus: At per vos, pulvis iste in accessionibus exhibendus est: Ergo receptissimum illud præceptum haudquaquam servabitur. Quintum. Præsidium respiciens è directo primo, & per se plethoram est sanguinis missio: Galenum 2. aphor. 8. 9. aph. 31. & 47. & ixcen-

tis in locis: immo 11. math. cap. 15. dixit Saluberrimum est in febris venam incidere, non continentibus modo, verum, etiam aliis omnibus, quas putrescens humor concitat. Addo etiam eundem Galenum 2. acut. 11. comparando (quemadmodum retro dictum est) sanguinis missionem cum purgatione per pharmacum; illam extulisse tanquam securius præsidium, hanc vero depressisse, tanquam minus tutum. Igitur purgatio dimittenda, & eius loco venæ sectio substituenda.

Sextum: Quia purgationem per huiusmodi pulverem diximus convenire etiam pueris lactentibus. Contra est Hippocrates 5. in 6. epid. text. 35. quippe qui expressissimis verbis elaterium interdicit pueris: & Galenus, in contrario non solum elaterium, verum etiam scammonium, tithymallum, & Elleborum. Quamobrem infantulis non erit ullo pacto iste pulvis exhibendus. Huc accedit, quod iidem Authores 4. aphor. 15. aphor. 29. 3. in 1. epid. 30. prohibent, utero gestantibus purgationem per pharmacum infra quartum mensem, & ultra septimum: & si eam admittunt, id faciunt duntaxat, si materia turgeat: nos autem diximus indiscriminatum, & indifferenter quolibet graviditatis mense pulverem posse tuto exhiberi.

Septimum nonnulli addunt. Medicamenta omnia purgantia esse calida, id quod Galenus apertissimis verbis indicavit, ut vel alibi, ita vel potissimum primo aphorismorum Commentario 24. 2. de alimen. fac. 11. & etiam acia. Quapropter si pulvis iste purgandi vi præditus sit, calidus ut sit necesse est. Et si calidus, qua fronte in morbis acutis usurpandus, qui calidi sunt, & à quibus febres 1. aph. 7. 7. aph. 19 5. aph. 30. inseparabiles existunt; quæ similiter quatenus febres, 1. aph. 24. & sui ratione non calefacientibus, neque exiccantibus, sed maxime contrariis, hæc est, humectantibus, & retin-

gerantibus egent!

Ad octavi argumenti constructionem, nonnullis anfa nata est eo, quod viderint nos deiectum erigere animum eorum, qui pulverem nostrum formidantes tanquam medicamentum nimis igneum, ipsis demonstrando pulverem hunc, ne dum calidum, sed potius frigidum esse his rationibus, etenim si calida sunt illa per Galenum, 4. de simplic. medicamentum facult. quippe quæ, vel valde odorata sunt, vel dulcia, vel salsa, vel amara, vel acria. Profecto cum pulvis iste & odore careat, neque sit dulcis, non salus, non amarus, non acer; ex necessitate sequitur, non calidum, sed frigidum esse. Huc accedit, quod pulvis iste nihil aliud est, quam cinis quidam ex ustione Antimonii, Scammonii, & fæcis vini. Iam vero cineres omnes Galeno auctore 4. simpl. 3. simpl. c. de cinere 9. simpl. 1. (dummodo ab eis, aliquid veluti fomes quidam igneus, ἡμῶν ὄπρωμα Græci vocant; per exiguas part. dispersum, auferatur] terreni sunt, ac frigidi.

Docens postmodum Galenus, quomodo fomes ille auferatur, dicit, si cineres aqua macerentur, si enim aqua per quadam corpora modice rata colesur, fit, ut calida acresque partes una auferantur, reliquumque quod est, non amplius calidum sit, nempe quod igneas suas particulas in aqua (licet vrum postea dicitur) deposuerit. At vero præter hunc modum auferendi ex cineribus calidas, acresque partes Chymici suis amolitionibus & alium machinati sunt, nimirum per ustionem cum sale nitro, vel fumo sulphuris.

Etenim quando à medicamento aliquo acrimoniam demere in animo habent, modo, quo dictum est, eo usque ipsum igne comburunt, quo usque acrimoniam deponat. Voti autem compotes reddi docet rerum magistra experientia: si quidem gustu percipiunt medicamentum

dicamentum ex toto acrimoniam perdidisse, quod si acrimoniam adhuc retinuerit, signum est, medicamentum non recte paratum esse. Vnde (quod obiter dictum sit) Gerardus Tanius Florentinus, Scretissimi nostri Pharmacopola, qui de illius mandato iudicium ferre debebat, utrum pharmacopolæ, in pulverem paraverant, bene, an male id præstitissent, præter gustum ad hanc rem determinandam nulla alia regula usus est: in quo enim pulvere acrimoniam percipiebat, ipsum reiiciendum, in quo vero nullam, retinendum. Hæc tamen nihil officere, nihil obstate dicunt Adversarii, qui pulverem calidum esse putant. Utuntur autem ad hoc demonstrandum his Galeni verbis; 9. simpl. 1. sane combustorum omnium nullum plane est frigidum: relinquitur enim in illis veluti ἐμπύρωμα, hoc est ignitio quedam, nam ita vocabat Aristoteles, hæc Galenus.

Sed possent hoc idem confirmare ex sententia Aristotelis, quippe secundo de part. anim. cap. 2. in fine, ita scriptum relinquit. Adusta fere omnia aliquid habent caliditatis, ut calx, cinis, sedimenta animalium, &c.

Nonnum. Sunt etiam nonnulli, qui pulverem hunc contemnunt, ac despiciunt, hac ducti ratione. Sylva inquit, habemus medicamentorum, tam flavam, quam atram bilem, & pituitam, tam tenues, quam crassos, tam calidos, quam frigidos humores elective ducentium. Igitur si istis Tartarum quoque insuper addamus, sive pro correctivo (ut dicunt) sive pro adiuvativo, non deerunt medicamenta, quibus passim uti poterimus ad ægitudines humorales pariter tollendas, non aliter ac fit de pulvere proposito: etenim si sene verbi gratia, vel epyrhyno Tartarum coniungamus nonne medicamentum in manibus habebimus ad humorem melancholicum educendum; ita si yhabarbaro, vel agarico idem Tartarum addamus, nonne medica-

mentum in manibus habebimus ad humorem melancholicum educendam: sicut si *rhabarbaro*, vel *agarico* idem *Tartarum* addamus, nonne medicamentum effingemus ad bilem, & pituitam contrahendam?

His novem argumentis ego decimum adnecto, quod ex pulcherrimo Aristotelis loco, 1. *sect. Problem. 43.* quasi thesauro depropti. Disputans longo processu summus ille Philosophus (quem tanquam naturam ipsam loquentem admirari, & audire tenemur) de medicamentorum purgantium natura, & facultate; summa cum ratione demonstrat, ad hoc, ut medicamentum aliquod purgare dicatur, duas in ipso, ut simul conspirent, conditiones, operæ præteritum esse: altera est, ut illud à calore nostro nulla ex parte concoquatur; altera vero, ut facile diffundi, ac dispergi per venas possit: ea enim, quæ nullo pacto à colore nativo vinci possunt, ubi à ventribus effunduntur, & per venas, & per semitas easdem feruntur, quibus permeatibus; mox vero (inquit Aristoteles) cum nihilo concoqui potuerint, sed victrice præstiterint potentia, relabuntur, & quæ sibi obstitunt (ob pulcherrimum dictum, & tanto Philosopho dignum), secum detrahunt, quæ res purgatio vocatur. Hoc posito infert Philosophus, *as vero, & argentum, & cætera generis ejusdem*, hoc est (ex communi omnium sententia) metallica omnia medicamenta, quale est, *nemine refragante*, nostrum Antimonium, & si concoqui à calore animalium non possint, & consequenter altera ex duabus conditionibus prædita sint: tamen quod resolvi à ventribus, & venas permeare nequeant (& erat altera in charactericis necessatis requisita conditio) purgandi vim non obtinent. Cum itaq; Antimonium nostrum in metallicorum Medicamentorum censum irrepperit, de Aristotelis sententia, forti ratione firmata, è purgantium numero merito erit fundi-

funditus delendum.

Postremo, antequam propositorum argumentorum exitum explicare aggrediamur: scrupulum quendam tenuissimum, qui adhuc residere videtur, nullo pacto occultandum esse decrevimus: dicere enim aliquis posset, Si pulvis iste) quemadmodum retro demonstravimus) est quidam cinis: ergo siccandi vi non poterit non esse præditus. Iam vero si talem habet naturam, quam ratione in febribus locum habere poterit, in quibus humida esse exhibenda, Hippocrates 1. *aphorism. 16.* palam præcepit: Et rursus, qui fieri poterit, ut corporis nostri vires non evertat, ac depopuletur, si caloris nativi pabulum, quod est humidum radicale vocatum absumit? 4. *aphorism. 37.* calidum autem innatum ex Hippocratis, 1. *aphorism. 15. 4. aphor. 37.* & Galeni sententia dicitur nativus spiritus: quin potius per eisdem 5. in 6. *epidem. 5.* natura, & anima nihil aliud est, quam calidum innatum, vel calor innatus, qui ab initio animal informat, *aphor. 15.* postea auget, atque ad mortem usque nutrit.

Hæc sunt, vel saltem ad hæc reduci possunt argumenta potiora, quæ pulveris usum calcitrare, ac respuere videntur, quæve nonnullos cogunt, ut ipsum pro nihilo habeant. Sed quam vana, commentitia, futiliaque sint, in sequenti postremo capite (Deo favente Maximo) demonstrabitur.



APPENDIX

AD CAPVT SEXTVM

ANTECEDENS.

IN QVA NOVA PROPONVNTVR
Argumenta, quibus nonnulli hujus pulveris vsum
refellere conantur.

PRÆTER argumenta, & rationes jam propositas, doctissimi quidam viri multi excogitarunt, quæ (vt ipsi arbitrantur,) non modo probabili argumentatione, sed etiam necessaria Mathematicorum ratione concludere videntur, pulverem hunc, nedum retinendum, sed dimittendum, & in vltimas terras amandandum.

Primum quidem, quod effectus mirandos, quos ex blanda pulveris hujus purgatione partim viderunt, partim audierunt, dicunt medicamenta quoque, siue lenientia, siue solventia, quibus passim vtimur, præstare etiam posse.

Deinde vero, quod pueris istius vsus experientia, non ratione adiuuentus Medicinæ dignitatem atque existimationem, quæ ratione, ac methodo parata offendit, violat, ac perdit, vnde Ars sordida, ac sine honore tunc redditur.

Tertio, quod constat apud omnes, medicamenta

com-

composita in vsum non esse accipienda, nisi facta fermentatione: vnde cum Galeno fatentur omnes, Theriacum non esse vtendum, nisi vbi exacte cocta, ac perfecta fuerit. At pulvis iste componitur (vt primo statim capite dictum est) ex tribus vel saltem ex duobus. Igitur ad hoc, vt rite, & legitime tali medicamento vti valeamus, fermentationem, vt prius recipiat, expectare debemus. Iam vero pulveres aridi, ac sicci fermentationi subijci posse, intelligentiæ nostræ vim, ac notionem omnino fugit.

Quarto, quod pulvis iste componitur ex diversis, immo contraria facultate præditis medicamentis, quorum alterius vires impedit, ac destruit.

Quinto, quod experimento constat: eos, qui expurgando corpore Antimonio vtuntur, temporis progressu assatim syncope interceptos maximo cruciatu vitam perdidisse.

Sexto, quidam viri celebres, & clari sic syllogizantur: *Quod est omnium medicamentorum purgantium maxime iners: & inefficax ad agendum, non purgat, aut curat cæteris jucundius, citius, tutius: Sed ejusmodi est pulvis propositus: Ergo &c.*

Propositio ex se constat. Assumptio probatur

Quodlibet aliud medicamentum purgans est calidum ex Galeno, 1. aphorism. 24. 2. de alim. fac. l. 11. Pulvis vero est frigidus & siccus: Ergo quodlibet aliud activius & efficacius, cum calidum, & frigidum ita sint qualitates activæ, vt calidum sit activius, quam frigidum: & quatenus humidum, ac siccum agunt, licet sint qualitates passivæ, humidum est activius, quam siccum. Ergo omni ex parte pulvis medicamentum maxime iners, & inefficax ad agendum.

Septimo sic arguunt; *quod curat, & purgat citius,*

citius, & jucundius fluere facit humores plus ceteris. Sed hoc non præstat pulvis: Ergo &c.

Propositio probatur, propter hoc enim ante exhibitionem purgativi medicamenti conatur fluidos humores reddere, ut medicamenta citius, jucundius ac tutius purgent, & curent. Assumptio probatur; quia fluere facit humores, quod & vias aperit, quibus pelluntur, & humores ipsos fluidiores reddit. Pulvis autem, utpote frigidus, & siccus, sua frigiditate, & siccitate contrahit meatus, & obstruit, & humores ipsos constipat, densioresque reddit; & ideo ineptos ad fluxum.

Postremo dicunt, *Scammonium preparatum modo proposito, non est cinis: Ergo falso supponitur, frigidum & siccum, ut cinis.* Antecedens probatur, cinis fit combustionem ignis. At *Scammonium* sic præparatum non igne, sed fumo præparatur.

Nec dicas, fumum talis naturæ (id est sulphuris) comburere; tum quia fumus etiam sulphuris est evaporatio aquea, quæ excepta operculo abit in aquæ guttas, & rorem: unde non potest torrere, vel comburere, sed ad summum elixate, & per elixationem non fit cinis. Tum, quia cinis calefactus non colliquatur: non vnitur in massam igni superpositus, non evaporat fumum: Vtrumque vero præstat *Scammonium* dicto modo paratum, ut qui sic syllogizari dignitati sunt, periculum fecerunt.

Quem finem, & exitum habeant argumenta proposita.

C A P. VII.

Rationes, & argumenta, quibus nonnulli ad pulveris nostri usum improbandum veniunt, vel
ui

uti possent, jam in proximo præcedenti capite adducta fuerunt. Reliquum nunc est, ut illorum exitu (quoad per nos fieri poterit) efficacius explicetur, ad hoc, ut non modo salutis humanæ studiosi, verum etiam & Auditores nostri, & ij, quorum auctoritate, ac nutu hæc qualiacunque sint, scriptis obliquare coactus fui, agnoscant, iurè, & vere, an injuria in Medicina locum habere possit. Eo autem ordine argumentorum solutio explicabitur, quo ipsa proposita fuerunt.

Verum antequam id præstemus, illud prius supponendum, & statuendum est; quod viam apertam, & directam nobis monstrabit, & satis iter tutum ad difficultates omnes superandas præbebit: nimirum, ut, si pulveris hujus beneficia percipere velimus, necesse est, ut ealege sit paratus, quæ supra diximus; utque in illius exhibitione illa serventur, quæ servanda monuimus: alioquin, si eas utilitates, quas expectamus, non afferet, minime mirandum esset. Quibus quidem hunc in modum constitutis ad argumenta dissolvenda me converto,

Iis, qui dicunt, se pulverem exhibuisse, non tamen vidisse profligatos morbos, & rursus in nonnullis ægrotantibus juvamentum attulisse, in aliis vero tormina excitasse. Respondeo, si voti compotes isti facti, non sunt, id non medicamenti vitio dandum est: sed vel quia male paratum fuerit, vel quia æger ad purgationem non bene dispositus, vel quia non iusta dosi exhibitum: vel non toties, quoties necessarium erat. Iis vero, qui asserunt, morbos hoc anno fuisse leves, nihil aliud dicam, nisi quod aliqui nihilominus perire, & posteaquam perierunt, pro certo habendum est, eorum morbos non fuisse leves. ut ipsi fugiant: immo [si dicere fas est] adhuc fortasse superstites essent, si nostro pulvere eis occurrum ante fuisset, quemadmodum

nis contigit, qui eo, veluti decet, vfi fuerunt. Alij, quibus placet vti medicamentis hucusque vfitatis, velim, vt recorderentur Galenum præter Hippocratis medicamenta multa, alia, & à feipfo, & ab alijs post Hippocratem excogitata feliciter vfurpaffe: Arabes rursus multo plura addidiffe: & Latinos non paucis præfidiorum generibus medicinam ditaffe: Medici a cordati tantum abeft, vt illa negligant, quin potius ea paffim adhibeant. Iis, qui putant pulveris noftri vsum medicinam evertere, fic refpondendum eft. Demonftrant, quæfo, nobis vnum, qui pulverem acceperit ea lege, qua accipiendus erat, qui perierit. Demonftrare non poffunt: qui ergo medicinam destruit? Quod fi in Xenodochio non amplius exhibetur, id fit, non quia illius vſus pernicioſus vitus fuerit, minime vero: ſed quia cum ad Sereniſſimi aures perveniſſent innumera illa, ac propemodum infinita pulveris experimenta capite ſecundo jam propoſita, vt illa magis certa, comprehenſa, percepta, rara atque firma fore cognoſceret, mandatum illud dedit: Vbi vero coram per Illuſtri, ac Reverendiſſimo Domino Petro Strozæ S. D. N. à Secret. epiſtol. Vire Ampliſſimo, & alijs primarijs aulicis ſibi renunciatum fuit, experimenta illa eſſe conſtantia, ac veriſſima, hoc Sereniſſ. Clementiſſimæque altitudini ſatis fuit: ſtatimque præcepit, vt in Senenſem oram maritimam magna pulveris ita parati quantitas mitteretur: ad hoc, vt illius plagæ incolæ tuto, cito, & iucunde ab humoralibus ægitudinibus ſanari poſſent. Nunc ipſorum argumenta deguſtare incipiamus.

Ad primum. Validiſſimum eſt certe, negari non poteſt huiusmodi argumentum, ſi ſecundum corticem duntaxat conſideretur, vt pote quod authoritatibus, & rationibus, ſuctum ſit: verum, ſi ejus medullas penetrare

netrare voluerimus, quemadmodum ratio expoſtulare videtur, proculdubio luce clarius patebit, allatas authoritates, & rationes, ne tantillum quidem detrachere ſalubritati, præſtantia, & efficaciæ noſtri pulveris. Nam præter *turgentiam*, quam Adverſarii admittunt exigere purgationem à principio, licet materia ſit cruda, adest etiam *urgentia*, quam nos ex Galeno de totius morb. temporib. 2. cum alijs præſtantiffimis Viris collegimus, quæve majorem purgationis celeritatem expoſtulat, quam *turgentia*, quemadmodum ſupra in tertii capitis calce demonſtravimus: neque eſt, quod inutiliter nunc repetatur. Quæ quidem omnia ſi coegerunt Hippocratem & Galenum ad purgationem in principiis morborum adhibendam, cruda exiſtente materia, cogere quoque & nos debent ad purgationem, maxime vero per pulverem hunc noſtrum, quippe qui non eſt adeo vehemens medicamentum, veluti erant illa, quæ ab Hippocrate, Galeno paffim uſurpabantur.

Verum hic forte obſtabit aliquis dicens ex Galeno 1. aphoriſm. 24. in longis morbis expectandam eſſe coctionem. Itaque neque purgatio per noſtrum pulverem neque per pilulas Galeni 1. catap. 2. lib. de remed. paratis ſcil. 6. in alopecia laborantibus erit adhibenda à principio, quia ſunt morbi longi. Eſt quidem profecto magna hæc dubitatio, & quæ jam diu multos torſit, torquetq; Cui tamen hæc diſtinctione ſatis fieri poſſe arbitramur: nimirum ratione humorum firmatorum coctionem expectandam, eſſe, at non firmatorum ratione minime. Quæ res melius percipietur, ſi firmati humores cauſa continens, vel conjuncta, & non firmari cauſa antecedens nominentur. Nam in morbis longis ratione cauſæ conjunctæ (ſic enim eam appellant) concoctio eſt expectanda, ſed ratione cauſæ antecedē-

tis (ita enim dicitur) nequaquam expectandam esse credimus. Et propterea Galenus in morbo longo pilulas, & illas quidem validas ad purgandum adhibere: Et nos illius exemplo pulverem nostrum, quia scilicet ad causam antecedentem respicimus.

Pro alterius argumenti solutione dicimus aphoristica illa præcepta locum habere extra turgentiam, & vrgentiam, ut in humoribus firmatis. 4. acut. 76. Præterea vero esse de illis medicamentis, quibus passim Veteres illi utebantur 2. acut. 11. 4. aphor. 13. 14. 15. 5. aphor. 1. quæ erant Elleborus, elaterium 5. 6. epid. 35. euphorbium, pepulum, 2. acut. 11. Avic. l. 3. f. 13. tr. 1. c. 36. scammonium (sed non arte nostra paratum) *tithymalum*, & huiusmodi. quæ quidem omnia valde calida existunt 1. aphor. 24. 2. de alim. fac. 11. & sicca, & insuper venenatas; quæve ventrem, præsertimque os ipsius, quod maxime tum nervosum, tum sensibile existat, affligant, ladantque. Hæc autem omnia à pulvere nostro procul absunt, ut pote qui frigidus sit, neque naturæ nostræ admodum inimicus, quandoquidem cum exigua molestia munere suo fungitur. quemadmodum quotidie videmus.

Ad tertium. Respondeo; sicut alij quoque præstantissimi Interpretes respondent. Natura, quando est à maximo morbo oppressa, ita ut non possit ordinate procedere, tunc non præcedente coctione ad expulsionem insurgit, ut in epilepsia, & apoplexia passim fieri videmus, & veluti in Metone, 3. 1. epid. 24. in muliere trimestri, 3. 1. epid. 30. & in Pericle 33. epid. 77. contigisse monet Galenus, qui omnes morbo existente crudo sine signis coctionis iudicati fuerunt. Oh quid ad Galenum in quarto illo aphorism. 10. comment. 22. Dicunt nonnulli, Galeni sententiam esse veram ut plurimum. At (parcant nobis) talis responsio non placet.

Quare

Quare dicendum Galeni sententiam esse intelligendam de perfecta vacuatione, & de perfecta crisi, quæ fieri non potest, nisi præcesserit naturæ victoria. Quod si illi Hippocratis ægroti iudicati fuerunt, morbo existente crudo, crisis tamen in eis (si recte animum & oculos conijciamus) non fuit perfecta, ac proinde eorum, quæ remanserunt, maturatione, & expulsionem indiguerunt. Verum, si hæc responsio non ardet; dicendum, Galenum in quarto illa aphorismorum 10. commentario 22. loqui de crisi, quam natura ex se molitur. Iam vero si Medicus naturæ auxiliator esse debet, quemadmodum debet? ad hoc, ut felicius & celerius natura criticum suum opus perficere valeat, à principio manus suas auxiliares apponere debet, pulverem nostrum, vel aliquod aliud (veluti alij cordati Medici faciunt) blandum medicamentum exhibens: materiam minorare juxta illud Galeni, 2. aphor. 29. ut crises citius eveniant, melius est in principio vacuare, quo minorem factam materia facilius natura possit concoquere.

Ad quartum, in quo non paucis magna vis videtur esse, ad pulveris usum improbandum, accedo. Equidem (ingenue fateor) quotquot Hippocratis codices, quotquot, ejusdem Interpretes habere potui: habui autem complures, & Græcos, & Latinos omnes cum verbis, tum sententiis consentientes, conspirantesque inveni: in illis aphorismis 1. aphorismor. 11. & 19. Sapientissimum Senem duntaxat de alimento verba facere, non de medicamento purgante; sonant enim verba, (nam cibum dare nocuum est,) non dicit medicamentum: Quare quod Hippocrates hic loquatur de medicamento purgante, istorum est purum, integrum, liquidumque, nullo referente, commentum. Oh, dicunt ipsi si in accessionibus ab alimento abstinendum est: ergo multo magis à medicamento purgante. Negatur simi-

litudo, & consecutio: & ratio negationis inde petitur: quod, si videamus rationes, propter quas cum Galeno in commentariis illorum aphorismorum cæteri omnes ex Hippocrate præcipiant, in accessionibus à cibo esse abstinendum, proculdubio si cæci non erimus, luce meridiana clarius perspicimus, esse quidem à cibi oblatione tunc desistendum, at non à pulveris exhibitione. Dicit igitur, & bene Galenus cum cæteris illius loci Interpretibus, in accessionibus naturam ab humoribus gravari, ac pene suffocari: unde si cibum offeramus, magis magisque illam gravabimus, ac suffocabimus. Addunt etiam (& merito quidem) nonnulli; per cibi oblationem in accessione causam morificam augeri. Accedit, quod Galenus *venæ sectione adversus Erasistr.* 4. expresse monet, naturam haudquam impediendam, dum propria obicit munera, sed juvandam. At in accessione, eodem Galeno auctore, 1. aphorism. 7. 8. natura est in pugna, & variis afficitur perturbationibus, toraque in coquendo morbo, & causa particularis accessionis proxima expellenda innititur. Iure igitur (& illo quidem optimo) concludere potest Galenus ibidem non esse (quemadmodum sapientissime præcipit Hippocrates) tunc distrahendam per cibi oblationem.

Modo videamus, quæso, utrum pulveris nostri exhibitio in accessionibus huiusmodi mala, & incommoda, immo etiam (ut dicunt Adversarii) multo majora afferat, nec ne. Si in accessionibus natura gravatur, ac pene suffocatur; & blanda per nostrum pulverem purgatio tunc administrata natura à sarcina, & à suffocationis periculo vindicat, relaxat, & liberat: quinimo humores foras educendo est in causa, ne feratur, vel ad partes principes, vel principibus cōsuetiētes: ex quo paroxysmi sit abbreviatio, nec nō totius etiā febris (quæ admodum

admodum sexcentis iam experimentis factum vidimus,) vel ablatio, vel saltem non exigua lenitio. Præterea, si in accessione ex cibi oblatione materia morifica augetur: contra ex purgatione per nostrum pulverem minuitur. Tandem, natura non est impedienda à suo munere, sed iuvanda, & purgatio per hunc pulverem non modo impedimentum naturæ non affert, immo potius iuamentum: & ratio est, quia si in accessione tota in causa particularis accessionis prima expellenda innititur, quemadmodum innititur. posteaquam in accessionibus indicationes fiunt; 1. *de diebus decret.* cap. 7. & pulvis noster tunc datus hanc naturæ expulsionem iuvat. Oh ergo id etiam præstare poterunt cætera medicamenta subductoria, quæ usque ad hanc diem usurpata fuerunt.

Non valet similitudo; propterea quod medicamenta dicta, vel sunt lenientia, & hæc in accessione locum non habent, quoniam cum ex parte quadam consent, quæ in alimentum posset conuertere, illas noxas in accessione afferrent, quas & alimentum parere *supra* diximus. Si vero soluentia, quæ apud Veteres erant in usu; quia nimis calida 2. *de aliment. fac.* cap. 11. 1. *aph.* 24. existunt simulque acris, 2. *acut.* 11. & magnam inferunt naturæ molestiam ideo in accessione nullo pacto conveniunt. Quam quoque dictorum medicamentorum caliditatem, molestiam respiciens fortasse Princeps eruditissimus Avicennas *l. 4. f. 1. r. 2. c. 7. bis, & cap. 38.* mirandum non est, si prohibuerit à motione per huius generis medicamenta in die paroxysmi seu periodi: tamen, quando necessitas adsit, permittit, ut moueamus.

At audio sciolum aliquem dicentem, medicamentum subductorium exhibere in accessione re-

fragari doctrinæ Galeni lib. *Quos*, *Quando purgare oportet*. fol. 88. *litteris F. G.* ratione confirmatæ. Verum demonstret, quæso, talem Galeni doctrinam sua ratione fulcitam. Respondet, esse in libello. *Quos purgare conueniat, quibus & c.* ubi hæc verba leguntur; *nam dum accessio infestabit, à superioribus educes, ubi vero destiterit, quod intermissionem dicimus. ab inferioribus irabes.* Subdens postmodum rationem, inquit: *multis enim per accessiones vomitus excitatur, & sanguis è naribus erumpit, non paucis in intermissione facta lotium, & aluus fluit.*

Verum, amabo, ad meliorem mentem, voluntatemque iste se conuertat. Nam mitto libellum illum, (quemadmodum apud omnes est in confesso) non à Galeno, sed ab Orisatio fuisse conscriptum; ad quod credendum, illud nos adducere potest, quod neque in ordine suorum librorum, neque in catalogo de libris propriis talis libelli mentio habetur: neque in libris, qui vero germani ipsius Galeni existimantur, vllibi talem sententiam notatam, ni fallor inueniemus: Sed rationem considero. Hæc de illis, duntaxat, accessionibus præcise tenere videtur, in quibus vomitus excitatur, & sanguis è naribus erumpit, non enim est vniuersalis, neque extenditur ad alias omnes. Iam vero alix quamplures reperiuntur accessiones, in quibus neque vomitus apparet, neque sanguis erumpit: Quare saltem in his pulueri nostro dabitur locus. Quare saltem in his pulueri nostro dabitur locus. Verum, neque si in illis etiam exhiberetur, in quibus vomitus adest, nocuum adferret, minime vero propterea (quod veluti pluribus experimentis obseruatum est) puluis iste datus, quando natura sui exonerationem per superiora tentat, ejusdem naturæ conatum, vomitu

tum eliciendo, iuvat, & consequenter non modo non mediocre adiuuamentum illi affert.

Et quod ad accessiones, in quibus sanguis è naribus erumpit, spectat, dicimus, talem sanguinis fluxum vel esse omnino criticum, & ægotantem integre liberare, id quod in febrium declinatione, coctionis signis præcedentibus, cum conferentia, & tolerantia, passim & fieri videmus, & Veteres obseruatum reliquerunt: vel symptomatice in principio erumpere absque vlla ægotantis conferentia, vel tolerantia. Si primo modo excernatur, nemo est, qui non videat, & ab euacuatione per hunc puluerem, & per aliud quodvis ingenium abstinendum esse: *quæ enim (vt sæpe inculcavius de sententia Hippocratis) 1. aphorism. 20. indicantur, & indicata sunt in ægre, nec mouere, & c.* Quod si altero modo fiat: tunc, & quis est, qui non videat, esse ipsius multitudinem (pro quo quidem munere obeundo, non infimum, ne dicam, primum locum euacuationem per hunc puluerem sibi vendicare, iam demonstratum est) demendam: *leuata namque inquit Galenus II. meth. 15. quæ corpus nostrum regit, natura, exoneratæque eo, quo, velut sarcina premitur, haud ægre, quod reliquum est, vincit.*

At huius difficultatis, de qua pulueris detractores tantopere bacchantur, & acerrime furiant hic finis esto.

Ad quantum respondeo, distinguendo de plethora; altera enim est à sanguine non putrescente, altera vero à putrescente. In illa non negamus, (transfeat,) licet in hac quoque puluis locum habere possit sua vacuatione, afferente Galeno 4. *de valet. tuend. cap. 4.* ubi venæ sectionis adfuit impedimenta, deijciendam largius aluum esse: & rursus,

Medicamen-
ta sulphureo-
ria esse ino-
rum generum.

Calidissima, & in quibus, vt dicebant Arabes, est
venenofitas; cuiusmodi erant illa, quibus Hip-
pocrates, 2. acut. II. 4. aph. 13. 14. 15. 6. aph. 1. 5. 6.
epid. 5. & Galenus, vt supra diximus, utebantur:
talia autem sunt

Allia chin
sunt

Minus calida
vel latent
nitiora, & in
quibus nihil
est veneni.
vt

- castia,
- mannam,
- mirabolam,
- tamarindifana,
- Ephedra,
- rhabarbarum,
- agaricus, & id genus.
- diaprunis,
- diacarbhol.
- diaseana,
- mel. ros solut.
- vel cum sacco.
- vel sine.
- syr. viol sol.
- & humifmodi.

Quae sunt simplicia.

- Ellaborus,
 - Elaterium,
 - Peplium,
 - Ephorolum,
 - Scammonium,
- sed aliter quam à nobis pa-
ratum.

Quae sunt composita.

Humifmodi medicamenta par-
tim ab Arabibus, partim à La-
tina excogitata fuerunt. De
quibus centuriam faciens erudi-
tissi. Mercurus in lib. de morb.
Maliar. dicit mannam, senam,
epithy cum castia & syr. ros sol.
esse imbecilla: sed rhabarba-
rum, agaricum, diacarbholice-
nem, &c. esse medicæ efficaciar.

quia eodem authore lib. de plenit. 10. fieri nequaquam
potest, vt sanguis sincerus vnquam reperiat in ve-
nis (veluti supra capite tertio dictum est) magis con-
uenire sanguinis missionem: ac in altera asserimus
magis purgationem per puluerem: & ratio est, quia
per Galenum 2. de differ. febr. 2. & 9. 2. de crisib. 6. &
12. ubi sanguis putrescit, vel supra modum affatur,
secundum quidem partem subtiliorem omnino in
flauam convertitur bilem, secundum vero crassiorem
in atram. Iam vero iste pulvis ratione Scammonij fla-
uam bilem euacuat, ratione vero Antimonij atram.
Huc accedit, quod eodem Galeno authore, 5. simpl.
15. 3. de temperam. res, quæ putrescunt, vel vruntur,
mutantur secundum substantiam: Ergo, si sanguis
putrefactus naturam suam mutauit, & aliam adeptus
est, non amplius eo indiget præsidio, quod prior il-
lius natura exigebat, sed alio, eo nimirum, quod ex-
postulat altera natura, in quam sanguis conuersus est.

Ad sextum. Distinguo de medicamentis subda-
ctoriis.

Medica-

Qua distinctione stance, ad argumētum responde-
mus. Medicamenta, quibus Hippocrates, & Gale-
nus ad corpora expurganda vtebantur, nōc puerulis
lactentibus, nec grauidis exhibenda, propter rati-
ones, quas *in commentariis* Galenus ipse affert,
& eas nunc repetere non est necesse; concedo. At
ea, quæ ab Arabibus, & à Latinis proponuntur, &
quorum vsum securissimum esse experti sunt, & nos
etiam quotidie experimur; tuto exhiberi possunt.
Quamobrem cum Hippocratis, & Galeni venia &
grauidis, & lactentibus medicamenta illa mitiora da-
re possumus. Ergo tanto magis puluerem nostrum;
quippe qui (veluti ab initio diximus) non nauseam
inducit, cum odore, & sapore careat; neque mag-
nam etiam molestiam, quia neque calidus est, nec
venenatus, neque vehementer corpus exagitat, vel
debilitat, neque vllum aliud incommodum affert.

Ad septimum respondemus. Vidit, & gustauit
difficultatem hanc oculatissimus Galenus 1. *aphor*
24. modumque ad eam superandam nobis aperuit,
dum inquit, *non ob igneam febris caliditatem* (ad-
dere etiam possumus nos, *non ob acutorum morborum
feruorem*) *purgationem suis medicamentis* Galenum,
& nos per puluerem nostrum adhibere, *sed propter
humores illam igneam febris, & acutorum morborum
caliditatem efficientes. Quare maiorem oportet ex no-
xiorū humorū vacuatione fieri vtilitatē, quā id, quod
necessario cōsequitur expurgātibus medicamentis de-
trimentum est autem vtilitas maior, si absque mole-
stia omnis humor noxius, & infestans sit euacuatus.*

Præterea pulueris Detractores animaduertant,
puluerem hunc haudquaquam calidum esse,
quemadmodum sæpe diximus, & *in octauo argu-
menti constructione* demonstrauimus. Quod si Ga-
lenus

lenus 1. *aph.* 24. dicit, medicamenta omnia purgan-
di vi prædita esse calida; vltro id concedimus de il-
lis, quibus ipse vtebatur: at puluerem hunc alterius
esse naturæ, iam demonstratum est.

Ad octauum afferre possem pro responsione rece-
ptam quandam à nonnullis, de medicamentis calidis
distinctionē; videlicet, quædam reperiri medica-
ta calida, quippe quæ caliditate *volatili* (sic enim
eam appellant) sunt prædita, quamve, vbi primum
à calore nostro tractari incipiunt, statim amittunt,
neque corpus nostrum recalcacere apta nata sunt.
Esse rursus alia medicamenta calida, quæ caliditate
fixa (ita nuncupatur ab ipsis) donata sunt, à qua
nunquam denudantur, vbi à calore nostro tractatur,
eorum consopita, fixa caliditas in actum emigrat, at-
que adeo exit, vt nos abunde satis excalfaciant.

Iam vero puluis, de quo est disputatio, non in isto-
rum medicamentorum censu est habendus, quæ cum
caliditate fixa prædita sint, nunquam ea spoliantur,
ac proinde vere excalfaciunt: sed ex eorum numero
existit quorum caliditas volatilis fugiens euolat, ne-
que excalfacere potest. Verum, si cui hæc responsio
non placeat, dicimus, vltima illa Galeni verba ne
tantillum quidem caliditatis pulueri nostro frigido
afferre, propterea quod mitto Galenum ipsum 3.
meth. 3. 6. *simplic. de calciide*, fateri, reperi-
ri non nulla, quæ tantum abest, vt per vstionem
caliditatem adipiscantur, quin potius calidita-
tem, quam prius habebant, aliqua ex parte a-
mittant, cuiusmodi esse dicit *eruginem, misy,*
calciium, cuius etiam census *piper* existit, ex
quo sal Chimice extractus multo temperatior pi-
pere ipso existit: Sed consideremus, quæso, sales

omnes artificiales, qui beneficio ignis conficiuntur, quos frigidus esse comperiemus, ut *sal ex omphacio, margaritis, corallis*, & similes. Et quod spectat ad Galeni locum *quinto simpl.* Dicimus, ibi loqui de vna duntaxat, eaque simplici vltione: nos vero de multiplici, & eiusdem rei, & permixta cum aliis rebus: siquidem *Antimonium* & semel & bis, & tertio igne examinamus, & ferro insuper, seu carbone ignito illius puluerem quaque versus, dum vritur, indefinenter versamus; ad hoc, ut ipsius ignis vis intus, & in cute fomites illos igneos, seu particulas illas calidas per cineres dispersas penitus, & omnino detrahar, eripiat, auferat, dissipet; ignis enim (ut bene inquit M. Tullius 2. *de nat. Deorum* 57.) *quocumque intravit, cuncta distubat, ac dissipat.* Et insuper *Antimonium*, quod arte nostra paratur, non per se solum, sed vna cum sale nitro vritur.

Huc accedit *Antimonii* ipsum suapte (omnium consentiente auctoritate) frigidi esse temperamentis: at vero talia per vltionem Galeno auctore *nono simpl. cap. 1.* caliditatem acquirunt. Quare si forte fortuna *Antimonium* in primis duabus combustionibus caliditatem aliquam adeptum fuerit, in postrema totam amitter, postea quam, quæ calida iam sunt, igne tractata, caliditatem deponunt,

Neque obstant ea, quæ ex Aristotele *cap. 2. in fine*, adducta fuerunt, propterea quod non loquitur Philosophus vniuersaliter de omnibus adustis, verum de aliquibus tantum: nam non dixit *omnia simpliciter*, sed *fere omnia*. Præterea non dixit, Adusta esse penitus, & absolute calida, sed quod *habent aliquid caliditatis*,

At illi rursus instant, dicentes; illud quod primo, & per se, & immediate aliquid præstare natum est, semper

semper illud efficiet. Si ergo ignis primo, & per se, & immediate calorem asferre natum est: semper ipsum generabit, & semel, bis, & ter, & quater.

Respondeo ego. Si patiens eodem modo semper se haberet in secunda, & in tertia vltione, quemadmodum in prima, illud, quod inducitur, in nuper allata obiectione, sequeretur. At vero patiens non semper in casu nostro eodem modo se habet, *Antimonium* enim in secunda, vel saltem in tertia vltione non est amplius paratum ad recipiendam nouam caliditatem, quandoquidem. 2. *de Anima, text. 26.* receptio quælibet à recipiente recipitur per modum recipientis, & per consequens *Antimonium* in secunda, & tertia vltione nouam caliditatem non adipiscetur.

Ad nonum respondeo. Nos haudquaquam negare, quin alia insuper medicamenta ad egritudines humorales tollendas accomodata reperiri non possint; minime vero quotidie enim noua emergunt ingenia, quæ quidem & iam vltatis remediis rite, ac legitime vti, & noua quoque si opus fuerit, excogitare valebunt. Interim vero ex iis, quæ huc vsque inuenta, & iam sunt in vsu, nullum est, quod mirificam pulueris nostri vim assequatur, & exaquet. Nam insuauitatem, & fastidium ab aliis medicamentis inseparabile mittamus; consideremus caliditatem, hæc profecto Galeno 1. *aphor. 24.* non inficias eunte cunctis aliis pharmacis est adnexa, & à puluere abesse demonstratum est. Respiciamus contra indicationes innumeras, quæ aliorum medicamentorum vsum præpediunt; hæc certe pulueri nihil sunt impedimento, quemadmodum *supra cap. 5. versus finem* inuimus.

Ad hæc aliis medicamentis subductoris non

possumus serie continuata, & bis, ter, quater, & quinquies, & lexies vti, quemadmodum hoc pulvere. Oh, dicent forsitan Adversarii, etiam nos ex nostris pharmacis beneficio ignis, & fumi ex sulphure caliditatem auferemus, atque ita æqualia illa reddemus pulveri. At, nonne vident, quod si his ingenii sua medicamenta tractent, quod solvendæ alvi vim ab eis simul cum caliditate prorsus auferent? Proinde donec novum aliquod non effinierint pharmacum, quod insuauitate, caliditate contra-indicationibus, & cæteris noxis careat; pulvere nostro læta fronte interim vtantur, vel vt nos illo vtamur, veniam dent.

Ad decimum. Optimè sane quidem concludit Philosophus, & re vera si Antimonium integrum, intactum, rude, & infractum, quemadmodum ex sua extrahitur minera, pulverem nostrum ingrederetur; procul dubio non solum, vt Aristoteles comprobauerat, non purgaret; sed suo etiam veneno necaret. Jam vero, quia tali arte paratum istius pulveris compositionem ingreditur, vt & venenum amiserit, & superari quidem à calore nostro non possit, sed bene per venas diffundi; hinc est, quod purgationem efficere valeat.

Ad vltimum respondeo, (& responsionem elicio ex iis, quæ Gal. *Comm.* 24. scripta reliquit primo aphorismorum) pulverem hunc in febribus læcum habere non quidem siccitatis ratione: sed quia humores, qui eas & producant, & fovent, evacuat. Et etiam propter alias rationes, quas capite quarto in medium adduximus. Præterea vires haudquaquam debilitat, propterea quod veluti Aurum (vt ab initio diximus) absque propriæ substantiæ diminutione, Antimoni) auxilio, à recre-

mentis

mentis omnibus depuratur: ita corpus humanum ab humoribus præter naturam ipsum infestantibus. Neque humidum tangit radicale: quandoquidem si cum humido excrementitio Antipathiam: ergo cum radicali Sympathiam habet: id quod saltem præstare innuere videtur Galenus x i. simplicium verus finem. Quod si forte fortuna aliqua resideat inductæ siccitatis suspicio, ad hoc, vt eam minuere, expurgare, & ex toto extinguere valeamus, jus insalsum (quod celebrata purgatione post aliorum pharmacorum assumptionem propinare solemus) iis, qui pulverem devorarunt, exhibere poterimus.





APPENDIX AD CAPVT SEPTIMVM.

IN QVA NOVIS ARGVMENTIS
satisfit, Quibus nonnulli ad pulveris vsum
resellendum movebantur.

AD primum dicimus. Et quis est, qui neget aliorum pharmacorum tam lenientium, quam solventium vsum, seu vim? Medicinam enim hucusque remediis, ac præsidiis affluentibus opulentam, ditatamque repente avaram mendicam, & pauperrimam reddere nunquam in mentem nobis venit. Verum quia talis pulvis *tutius, citius, & incundius* (quemadmodum in *sexto cap. principio* diximus) quam reliqua vscata, ac trita pharmaca, munere suo fungitur, & rursus, quia (vt in *quinto cap. fine.* ostendimus) quæ aliorum medicamentorum vsum prohibent, ut hoc pulveris præsidium adhibeamus, permittunt: propter has omnes causas excellentius, ac præstantius hoc, quam cætera, auxilium esse, prædicere merito non desistimus.

Quod

Quod vero ad alteram difficultatem pertinet, quam viri nonnulli doctissimi tam multis verbis, ac tantopere nobis opponunt. Equidem ab his desiderarem, non, ut videtur (viderunt enim millies,) sed ut ad memoriam revocarent Galeni doctrinam, *1. meth. & 3. meth. 2. de curandi ratione per sang. miss. cap. 3. & alibi*, qua præcipit in Medicina non omnia sola ratione reperiri posse, neque omnia sola experientia, ac partim ratione, partim experientia. Quæro ego, quænam sint illa, quæ sola experientia competantur? mitto cætera, & solum accipio ipsius purgationis opus. Quanam arte inveniuntur purgantia? experientia ne, an ratione? Audiamus Galenum *2. acut. 11. lib. de simplic. medicam. sac.* hanc litem dirimentem. *Quod medicamenta purgantia per experientiam inveniuntur, & quemnam expurgent humorem, & si omnino purgent, in libris de simplicium medicamentorum facultate didicisti: & paulo post circa finem ejusdem commentarii inquit: Quibus igitur dare quadrabit, bis medicamenti tantum propina, quantum in pluribus mediocriter vacuari, audiamus queso, non enim dixit, ratio docuit, sed tum novisti, tum sis expertus.*

Illam igitur Medicinæ partem, quæ ad medicamenta purgantia spectat, esse Empiricam, de Medicinæ præstantia, vel honestate nihil derogat. Verum, si cuncta, quæ in Medicina habentur, empirice inveni ri quis assereret, id proculdubio malum esset, turpe, inhonestum, indecorum, pravum. At vero nos id ne somniavimus quidem.

Ad tertium respondeo, & responsonem quodque video placuisse aliis viris sapientissimis: fermentationem esse quidem necessariam in medicamenti *composita, quæ vel melle, vel aliquo alio li-*

quore excipiuntur, cujusmodi sunt, *syrupi, conserva, anisodi, electuaria, confectiones, opiata, & non opiata, pilula, trochisci*, & alia id genus. Verum medicamenta, quæ ex tempore parari possunt, veluti sunt species appellatæ, ac pulveres, nulla indigent fermentatione. Ex quo speciebus epithematum extrinsecus adhibendis, & item pulveribus innumeris tam purgativis, ut sunt *species hiera pulvis ex hermodactilis Valerii Cordi, pulveres multi ex sena laxativi* à variis authoribus propositi, & cum *Diagrydio* & sine, pulveres alii ex *Turbith, pulvis laxativus magistralis*, quem inter cætera ingrediuntur *Turbith, diagrydium, sena*, quam non purgativis (quemadmodum sunt pulveres adversus lumbricos, adversus flatum, adversus pestem, pro scabie: cardiaci, *diamargarionis*, & alii sexcenti: quibus nemo est, qui passim non utatur, nullam in eis desiderans fermentationem: quam pariter in pulvere, de quo agimus, non est. quod expectemus.

Ad quartum dicimus, in Medicina non modo non esse inauditum, verum neque novum, neque inusitatum componi medicamenta variis, & etiam (si vsus postulet) contrariis prædita facultatibus, pro varietate, ac diversitate agritudinum, humorum, & partium affectarum: *Natura enim* (ut magnus ait Hippocrates 3.6. cap. 1.) *morborum medicatrices: Natura est, quæ* (ut idem scriptum reliquit *lib. de Alim.*) *abunde omnia omnibus præstat: Natura est, quæ* utitur medicamentis calidis adversus morbos frigidos, & è contra frigidis adversus calidos: *Natura est, quæ* medicamentis cholagogis ad flavam bilem educendam, & phlegmagogis ad pituitam utitur. Quinetiam, si cum Galeno 4. *meth. cap. 7. pag. 29. c.* tot debent esse indicata, quot

indican-

indicantia: Ergo si plures, & contrarii affectus indicantes; indicatum quoque medicamentum, parandum erit ex pluribus, & contrariis viribus præditum. Neque sequitur, alterum ab altero impediri: quandoquidem *Natura est, quæ* (ut dicunt) *activa passiva applicat.*

Ad quintum, Quod qui *Antimonio* aliis modis hucusque parato, eoque solo utuntur, & in syncopen, & in cordis palpitationem, & in alia gravia, insanabilia, & mortifera symptomata incidere possunt, equidem id ultro admitto: imo jam inde à *cap. 1.* principio quando artem, qua parandum est pro pulvere nostro *Antimonium* docuimus; salutem eorum, qui tale medicamentum aliter accommodatum ac per se assumunt, & in maximum vitæ discrimen adduci, monuimus. Nec mirum siquidem, tametsi multum laboris, ac diligentiae in illius præparatione adhibeant; nihilo tamen minus non omne, quod in eo est sulphuris, vel auripigmenti, seu arsenici, vel alterius mortiferi, auferatur, id, quod vehementia illa symptomata satis demonstrant, quæ viri isti doctissimi dicunt (& summa quidem cum ratione) accidisse iis, qui eo vsi sunt. Verum, si ea arte, quam à principio inuimus, paratur; nihil tale tredecim ab hinc mensibus, ex quo ipsum quotidie passim ter, & quater, ad duodecim vsque vices adhibemus, vidimus afferre. Quinimo Illustrissimus Comes, cum Uxoribus, liberis, & vniuersa familia, cum jam per quadriennium hoc medicamentum vsurpet, & quotidie Florentiæ multis illud exhibeat; attamen nihil tale vquam accidisse, observatum est.

At audio, illos adhuc instare, fabulas, & nugas esse, *Antimonium* ea arte, quas nos diximus, paratum à periculis jam dictis vindicatum, ac liberum

tum à periculis jam dictis vindicatum, ac liberum reddi. *Primum*: quia per talem præparationem, *Antimonium* re vera non uritur, neque calcinetur: ea enim, quæ vere comburuntur, & calcinantur, & secundum molem, & secundum pondus minuuntur; *Antimonium* vero in proposita præparatione, & eandem molem, & eandem gravitatem servat. Accedit quod quando *Antimonium* uritur, Dioscoride auctore *l. 5. cap. 58.* in plumbum, & in Hydragyrum vertitur. Præterea subjungitur, non omnia, quæ vruntur, mutari: parcat, inquiunt, nobis Galenus *5. simpl. 15. 2. de temperam.* secundum substantiam; ferrum enim etiam diu in fornacibus detineatur, ubi extrahitur ac refrigerat, adhuc ferrum existit.

Quod si istis aliquis ex nostris objiciat, si nostra *Antimonii* parandi ars per triplicem combustionem, & continuam ferri, vel carbonis igniti versationem ipsius perniciem non coercet, neque refrænât; cur est, quod in iis qui nostrum pulverem assunt, magnas, & miras illas ruinas, & pericula non conspiciamus, quæ *Antimonium* aliter paratum edere solet? Nobis respondent; non videri, quod *Antimonium cum Tartari cremore* mixtum exhibetis: jam vero cremoris istius beneficio fit, ut è corpore medicamentum ita celeriter educatur, ut maximas illas noxas, quas diu in corpore manens inferret, producere non valeat.

Potro; quod ad instantias propositas pertinet (ut ingenue fatear) non inficior, me nisi tot, tantosque (quos ab initio proposui) vidissem effectus, & in dies videtis propter nuper allata argumenta rationibus confirmata, forsân ipsis assensurum. Verum, quia usus, & experientia, quibus in purgatione obeunda Hippocrates, *1. aphor. 2. & 23. 4. aphor. 2.*

& Galenus *2. acut. 11. in lib. de simplic. medicament. facult. standum esse præcipiant*) contrarium singula quaque die pluries omnino mihi ostendant, hinc adducor, ut credam, prædictas rationes probabiles quidem videri, necessario tamen haud concludere. Quamobrem, quando primum asserere non verentur *Antimonium* non vri, neque calcinati, falluntur: siquidem quemadmodum Dioscorides *lib. 5. cap. 58.* ab ipsis allegatus, & Matthiolus *in Commentario*, & alii omnes, qui hac de re pertractant, uno ore fatentur) re vera uritur. Ad rationem autem, quando inquiunt, *Antimonium* secundum molem, & secundum gravitatem, dum igne tractatur, non mutari. Parcat nobis, minuitur enim secundum utrumque: propterea quod omne id, quod in eo *sulphuris, Auripigmenti*, ac terti reperitur; sensim ignis vi dissolvitur, evanescit, eripiturque: ac proinde quod reliquum est *Antimonii*, ut & secundum molem extenuetur, utque non adeo ponderet, necesse est id, quod sensus etiam demonstrat. Quod pariter talis *Antimonii cum sale nitro* præparatio, calcinatio sit, & appelletur ab iis, qui hisce studiis delectantur: Hic locus nihil habet dubitationis, qui hoc sibi persuadere nolunt, eorum commentarios perant.

Quare ad alteram rationem ex Dioscoridis officina depromptam ora, & oculos convertentes, dicimus, Dioscoridem fateri quidem, quando *Antimonium* comburitur, verti in *plumbum* (concedo:) at quod in *Hydragyrum* converti dicat, hoc est, quod isti de suo addunt. At (inquit fortasse) fat est. Dioscoridem dixisse *Antimonium* (dum uritur) verti in plumbum. Bene quidem. Verum animadvertant, Dioscoridem intelligere (quemadmo-

dum Matthiolus optime notat) *Antimonium in plumbum*, conuerti, nisi continue, & indefinenter *versetur*: at in nostra *Antimonij* præparatione semper, & perpetuo tempore misceri debet, & agitari, sic enim fit, quo minus in plumbum conuertatur. Accedit, quod Dioscorides intelligit de *Antimonio*, quod esse tantum comburitur, non autem de *Antimonio* simul cum alia re permixto, nimirum cum *sale nitro*, veluti nos facimus, prohibentes pariter istam *Antimonij in plumbum* versionem. Sed quid plura? omne id, quod ex triplici nostra ipsius *Antimonij* v'stione restat, oculi apertissime vident, non esse plumbum, sed materiam quandam subalbam, vel subfluam, quæ facile negotio in puluerem, & cinerem redigitur, ac dissoluitur.

Quod vero spectat ad illam Galeni propositionem 5. *simpl. 15. 3. de temperam.* qua ea, quæ vruntur, secundum substantiam mutari, firmiter asserit. Equidem mihi facile persuadeo oculatissimos nostros Aduersarios optime nosse, prædictam propositionem non solum apud Medicos, verum etiam apud Philosophos esse receptissimam: ratio autem est, quia in iis, quæ vruntur, quemadmodum, & in iis, quæ putrescunt, extinguitur calor natiuus ab externo, in illis quidem consumptis humidis partibus, in his vero extractis. Vnde differt v'stio à putredine *per ebullitionem*. Neque (quantum ego quidem existimo) adductum ferri experimentum, quod per ipsos, quando comburitur non mutatur secundum substantiam, huic propositioni quicquam officit: propterea quod (veluti ex Aristotele *quarto Meteor. c. 3.* colligere possumus) ferrum ad hoc, vt elaborari possit, soluitur, (at non nisi à maximo igne, nam licet idem Philosophus *inferius eodem capite*, dixerit, ferrum non solui,

non solui, hoc est intelligendum, non solui à paruo igne, vt liquidum fiat: verum in ista ferri solutione subsidet fax, & ipsum fit purum. Quod si saepe id fit, magis magisque depuratur ferrum, fitque *stomoma*, quod non est simplex, nec proprie ferrum, sed diuersæ naturæ, quemadmodum Matthiolus pluribus rationibus, & Galeni autoritatibus demonstrat. Insuper ferrum facile flectitur absque eo, quod disrumpatur, *stomoma* vero disrumpitur. Sed (vt ad ferrum, & ad Aristotelem nostra reuertatur oratio) *si adhuc ferrum eodem igne tractatur, multum ipsius substantia*, inquit Aristot. *perires* (ecce, quod ore proprio Philosophus fatetur, ferrum per combustionem penes substantiam mutari) & pondus minuere-tur. Ita, vt, si ad finem vsque igne vehementi tractaretur, tota ipsius substantia tandem periret, solaque fax remaneret (quam *scoriam* vocant) & squamula. Id, quo fabri prudentes cum optime (subiungit Aristoteles) *teneant, ad illud vltimum non perueniunt.*

At de iam dicta Galeni propositione, nec non ferri experimento, hæc sint satis. Restat, vt *Antimonium* nostrum à postrema vindicemus Aduersariorum objectione, asserentium non videri ex illius vsu magna detrimenta, atque damna quæ procul dubio produceret, nisi *Tartari cremor*, quem vna cum ipso exhibemus; illud è corpore cito educeret. Verum commentum istud quod ipsi confingunt, & comminiscuntur, facile nos delemus: quandoquidem *Antimonium* nostrum dabimus: (si ipsis placet) etiam sine tali cremore & certi sumus, ea tamen certa cognitione, quam scilicet Medicina admittit, nihil incommodi allaturum. Neque exigua illa talis cremoris portiuncula, quam cum *Antimonio* nostro permiscemus, in eum finem, quem ipsi cogitant, huic Me-

dicamento à nobis additur, sed propter rationes, quas in *primi capituli calce* attulimus. Et quanquam duplicem cremori huic vim tribuant, qui de eo pertractant, nimirum incidendi humores crassos, ac Tartareos, meatusque; obstructos aperiendi; & insuper alui benigne subducenda: hæc tamen præstat diuersa, prout varia dosi exhibetur: etenim si parua quantitate, nimirum ad septem vsque vel octo grana porrigatur, vt nos facimus, humores duntaxat, & vias parat: si vero in magna ad drachmam scilicet vsque & semis, etiam aluum placide mouebit. At, quando puluerem nostrum exhibemus, non plenam hanc ipsius dosim præscribimus, sed illam minorem. Et de hoc satis. Nunc restat, vt ad refellenda tria postrema argumenta ab eruditissimis Viris pariter, & amicissimis mihi proposita, accedamus, quibus quidem ego vtinam cumulare possem, voluntate certe respondebo.

Quod igitur ad sextum spectat; considero primum maiorem istius argumenti propositionem. Fateor equidem, medicamenta purgantia, ad hanc vsque diem vsurpata inertia, & inefficacia, non purgare, neque curari citius, quam validiora, & efficaciora, at, quod hæc vehementia purgent, & curent *minus*, & *incurndius*, hoc est, quod, vt admittant, ratio non patitur: propterea quod purgantia valida & efficacia, habent sine vlla controuersia, nescio quid veneni, teste *Mesue li. 2.* & præterea gustui admodum ingrata, & insuauia existunt: quo fit, vt minus *rite*, & minus *incurnde* suo munere fungantur, quam inertia, & minus efficacia. Et quamvis negare non possimus, quin citius id quod optamus, moliantur: tamen cum non semper id præstare videamus, multa que sæpe occurrant, quæ illorum usum contra indicent: neque possint

possint sine metu quotidie, si affectus perseueret, exhiberi, duplicatis, triplicatis, quadruplicatis, & (si etiã opus sit) quintuplicatis vicibus, quæadmodum de nostro pulvere facimus, hinc est, quod non raro vsu venit, vt puluis noster, quamuis placate, & clementer munus suum absoluat, iners, & inefficax, alicui videri possit, voti tamen nos satis cito compotes reddit, cum securitate, & iucunditate.

Vtrumque tamen sit, hoc posito, ad assumptionis, siue minoris propositionis probationem descendendo. Quod medicamenta purgantia Galeni tempore vsurpata essent calida, verissimum est, & ab ipso scriptis obsignatum, & à nobis supra in *7. arg. solut. & obstruct.* insinuatam, non nouit illa ætas, quemadmodum hæc nostra, medicamentum purgans frigidum, quamuis Aristot. *1. sect. probl. 43.* id admittere videatur.

Quod insuper puluis hic noster frigidus sit, ac siccus, vltro concedimus. At quando concludunt: *Ergo quodlibet aliud medicamentum purgans erit hoc puluere proposito actiuus & efficacius.* Nego esse ætuoosius, & efficacius, ratione securitatis, & ratione iucunditatis. Oh erit *saltem ratione celeritatis.* Respondeo non semper, sed raro admodum, scilicet quando contingit, vt vnica vice vniuersam è corpore materiam morbificam eduxerit cum conferentia, ac tolerantia: at multo sæpius fieri videmus, id non ex toto, sed ex parte præstare. Quod vbi fit, non possumus quotidie continuata quadam serie pluries tale medicamentum reperere omnium acclamatione, sunt enim huiusmodi medicamenta non solum calida vehementer, & acria, verum etiam naturæ nostræ inimica, vt *retro* diximus:

Accedit etiam, quod licet reperiat in corpore

agrotantis aliquid vltim vltius medicamenti purgantis indicans; complura tamen sunt, quæ illius vltim prohibent, ut in *quinti capituli sine*. Ex altera vero parte pulvis nofter vel vnica duntaxat vice perfape purgat, & curat, ac proinde tunc tantum est efficax, quantum fufficit; vel, fi id non faciat, poffumus ipfum vnoquoque die tuto iterare: neque (ut paulo ante diximus) quæ alterius medicamenti vltim præpediunt, pulverem non admittunt. Igitur iure, & illo quidem optimo poffumus nos & ratione fecuritatis, & ratione iucunditatis absolute afferere pulverem noftrum cætera purgantia, quæcunque illa fint, in activitate superare: & quoad celeritatem, fi non femper, faltem vt plurimum, & majori ex parte. Ob. *calida funt actiuosiora frigidis*. Refpondeo ex Ariftotele 1. *probl.* 43. purgantia purgare, non tantum, quia calidiora, vel frigidiora, vel ficciora, vel humidiora, vel amariora, cæterisque ejuſmodi qualitibus inſigniora, fed propter alias rationes, quas ex eodem Philoſopho in *decimi argumenti conſtructione, ac reſolutione* adduximus, ita, ut (quantum eſt de purgantium medicamentorum præciſe vi, & efficaciam) hæc non minus in caliditate, quam in frigiditate conſiſtit.

Poſtremo quando inquirunt, humidum eſſe ſiccio actiuus; In Medicina hoc penitus falſum exiſtit: quandoquidem multo plus tribuunt Medici ſiccitati, quam humiditati; nam ſicca continuum (ut inquit Galenus) 3. *de locis affect.* 9. ſolvendo faciunt dolorem, humida vero (eodem authore) 2. *catatop.* 1. 2. 3. nequaquam. Præterea ſiccitas convulſionem, & ſingulum ex Hippocrate ex Galeno 6. *aphor.* 39. 2. *aphor.* 26. 5. *aphor.* 1. 7. *aphor.* 18. 2. *de loc. affect.* *cap.* 7. *circa medium.* 3. *de locis affect.* 6. 3. *in primum proretic.*

proretic. 69. 9. *ſimpl. cap. de caſtorio.* 8. *catatop.* 3. efficere poteſt, & utrumque affectum inſanabilem: alii etiam affectus pariter ſicci reperiuntur, qui remediis locum non dant, cujuſmodi eſt abſoluta ventriculi ſiccitas, 7. *method.* 5. *Avicen.* 1. 3. f. 13. tr. 2. maraſmus 10. *Method.* 11. *De macore* 6. & ſimiles: humiditas vero vel non adeo multos, vel non ad curandum difficiles morbos producit.

Ex his ergo perſpicuum eſt, argumenti propoſiti, quamvis maximi, & firmiſſimi exitum (Deo favente) nos explicaffe. Nunc ad aliud tranſeamus.

Ad ſeptimum Argumentum optime quidem procedit. Sed ne concludat, Negamus minorem propoſitionem: Ad probationem, omnia concedimus. Imò ex ejuſmodi probatione, talem erigimus rationem, quæ ad huius pulveris vires, & efficacitatem patefaciendam, & detegendam maximopere facit.

Medicamentum, quod fluere facit humores, quod & vias aperit, quibus pelluntur, citius, iucundius, ac ruitius purgat, & curat. Pulvis iſte, quantumvis frigidus, & ſiccus, & talis. Ergo &c. Major eſt iplamet Aſſumptionis Adverſariorum probatio, Minor probatur: Hic pulvis ratione *cremoris Tartari*, humores craſſos ac Tartareos incidendi, meatuſque obſtructos aperiendi vi prædius eſt: ratione *Antimonii* pariter, & incidit, & detergit, quemadmodum *ſupra* *tum capite primo*: tum *quarto* demonſtratum eſt. Cum igitur hic pulvis, & fluere faciat humores, & vias inſuper aperiat; merito & purgare, & curare tuto, cito, & incunde ſatis poterit.

Obj. *frigidi ac ſicci eſt conſtipare meatus & humores denſare*. Refpondeo, & reſponſionem elicio ex Galeno, 11. *meth.* 10. ea quæ craſſos ſuccos extenuandi, & glutinoſos detergendi, & excretionem

promovendi vim habent, sunt in duplici differentia: Quædam enim calefaciendo id præstant, & huiusmodi (inquit Galenus ibidem) est *mulsa*: Quædam vero refrigerando, & huiusmodi est (dicit) *peissana cremor*. Iam vero pulvis noster est ex iis, quæ prædicta beneficia non excalefaciendo, sed potius refrigerando confert, ac tribuit.

At rursus quis objiciet. *Frigidum, ut frigidum semper, & ubique contrahere, constipare, & incrassare aptum est: Si ergo pulvis propositus est frigidus, igitur velimus, nolimus necessitate coacti sateri debemus, ipsum habere vim & incrassandi humores & vias claudendi.*

Respondeo, Frigidū 4. *simpl.* cū partiū crassitie, quemadmodū est *ōphaciū, mēspila, sorba, cydonia*, cōcedo, at frigidū cū partiū tenuitate, quemadmodū est *acetū, succus cиви, limonis, aurāii, & granatorū acidorū*, nego.

Ad postremum. Quando asseruimus (id quod c. 3. in fine *tertiæ Rationis*, & c. 6. in *constructione 8. arg.* & *ibidem in 11. argumento*, ter, ni, fallor fecimus in toto hoc opere) pulverem hunc esse cinerem, semper diximus, esse cinerem non simpliciter, nec absolute, sed esse *veluti cinerem*, & esse *cinerem quandam*, hoc est, (significare volumus) proportionem habere quandam cum cinere. Siquidem, quemadmodum id, quod reliquum est rerum, quæ penitus comburuntur, proprie ac vere cinis dicitur; ita illa, quæ aliquo modo ignem perpessa sunt, & ex aliqua parte aliquid propriæ substantiæ & illius, quod substantiam consequitur, amiserunt, ubi in pulverem postea redacta sunt, cineres, *analogia quadam* dici possunt. Unde, cum in hoc nostro pulvere *Antimonium* diu, multumque magis igne agitetur, quam reliqua ipsum pulverem ingredientia: hinc est, ut ipsius reliquiæ magis

magis quoque cinis dici possint.

Quod vero ad *Scammonium*, de quo est omnis lis, pertinet; cum igne admodum remisse, ac leniter tractetur, sed quid dico igne? fumo potius: proinde cineris nomen minus proprie meretur. Sat est tali arte quinque illa nocumenta à *Mesue, lib. 2. de simpl.* cæterisque in *Scammonio* repetta ex eo abstulisse, præcipue vero nimiam eius acrimoniam, & caliditatem. Quamobrem, si *Scammonium*, quod pulverem nostrum ingreditur, & calefactum, colliquatur, & igni superpositum vnitur in massam, & evaporat fumum, nil mirum, postea quam non est perfecte, & absolute cinis etenim si ad hunc usque terminum, scilicet verum cinerem redigeretur, vim vndique amitteret, sed est cinis *proportionem quadam*, quoniam scilicet illius fumi *sulphuris* beneficio partes omnes noxiæ eripiuntur, & evanescent.





INDEX

RERVM MEMORABILIVM

in his tribus Tractatibus contentarum.

A



- Borium praeca-*
venia. 21.35
- Absynthii usus*
& uulnias. 73
- Acetum forissimum com-*
parandi modus. 52
- Acetū Bezoardicum.* 189
- Acetositas esurina ex cu-*
pro sine corrosivis. 99
- Abstinerē oportet in ac-*
cessionibus. 280.290
- Et cur.* 304
- An non solum à*
cibo, sed etiam à
medicamento. 302
- 303
- in Accessionibus materia*
turget, urget & est
multa. 280.281.301
- in Accessionibus febrivm*
intermittentium humo-
res non concoquuntur,
sed expelluntur. 281
- in Accessionibus febrivm*
intermittentium dan-
dus pulvis cornachi-
nus. 304
- Acrimonia quomodo à*
medicamentis auferat-
ur. 292
- Adamas.* 176
- Aëris contagium seu ma-*
lignitas. 21.35.152
- Aëris quæ non admittit*
renæ sectionem, nec
purgationem per alia
pharmaca, per pulve-
rem Cornachinum ad-
mittit. 255
- Aloës extractio.* 62
- preparatio.* 71
- Alvi promotio.* 36.58
- Alvi fluxus venæ sectio-*

Index

nem & caterorum pharmacorum usum contraindicant, sed non pulveris Corna- chini. 255	Antimonii cohob, 137
Alvi tumorem & duri- tiem pulvis cornachi- nus aufert. 247	Balsamus, dulcedo & mumia. 143
Ambustio. 7.60	Cementatio. 208
Analepsis. 129	Calcinatio. 203
Anasarca, vide Hydrops.	Per ignem seu ra- dios solares. 203
Angina. 22.106.127.128. 149.166.170	Croci preparatio. 207
Anbelicus difficultas. 18. 21.22.128..221	Essentia. 131.138
foetor. 12.17.36.149	Fixatio. 142.147
Anbelicum bonum conci- liant. 36	Fixi preparatio. 147.205
Anisi spiritus, 162	Flores. 133.139.218
Anni tempus, quod pro- hibet aliorum medica- mentorum usum, pul- veris cornachini usum admittit. 279	Antimonii flores optimi. 125.133
Antimonium. 125.173.192	rubri. 139.148
Nomina 235	Fusio. 200.215
Quid sit 236	Liquores per deli- quium. 200.222
vires & usus 199	Liquores per destil- lationem prolecti. 200
Antimonii arcanum 142	Minera 220
Antimonium per album solummodo & non per vomiturum purgans. 141	Natura 199
Antimonium salis nitri & sulphuris. 137	Oleum aurificatum 125
	rubrum. 146.221
	Theophrasti. 132
	Thrapitatio. 209. 212
	De precipitatis e. l. liquo- re antimonii per de- stillatione parato, tem simpli.

Rerum Memorabilium:

simplicibus quam com- positis. 211	ficus maligna & ar- dentes. 22
Antimonium diaphoretici- cum. 207	Tubercula. 36
Antimonii Reguli. 200	Anodyna. 23.35.56.60
Reverberatio. 204	Anxietas. 19
Sal 222	Aphonia. 18.20.47.152
Sulphur pulcherri- mum. 145.146	Apoplexia. 18.20.35.36. 47.49.58.88.120.121. 127.152.166
Sublimatio. 133.145	Apostemata. 26.40.118. 130.151.208
Tabula. 137	interna. 26
Tinctura. 133.213. 221	magna. 26
Turpetum. 134.146	Appetuum ciborum ex- citant. 14.26
Vinum. 141	Appetuum amissio. 26
Virum. 135.215	Aguas efficacissimas ex omnibus herbis destil- landi modus. 7.55
Antimonii pro pulvere cornachino prepara- tio. 235	Aqua qua omnium herba- rum & radicum vires extrahit. 52
benè preparati si- gna. 238	Aqua acuta. 96
Dosis. 283	ad contracturas & impotentias ar- uum. 58
An purget. 294	Benedicta. 205
Vires ac tempera- mentum. 312	Casaris. 80
Non est calidū. 312	Calcis viva. 163
alio modo parati vires. 238	Cinamomi. 14
Qui eo utuntur syn- cope vitam fini- nunt. 297	ad dolores Colicos. 54.74
Antimonium non prepa- ratum est venenū. 314	Dysenterica. 73
Ani ficus 22.92.174	Ellebori nigri. 62

<i>Aqua Epileptica Langii.</i>	<i>Aqua contra venena le-</i>
53	<i>thalia.</i> 53
<i>ad decorandam fa-</i>	<i>vita omnis generis</i>
<i>ciem.</i> 74	<i>morbos expellens.</i>
<i>Fragorum.</i> 54	50
<i>Hepatica.</i> 57-74	<i>vita contra Coli-</i>
<i>ad hydropem.</i> 74	<i>cam,</i> 54
<i>ad lumbricos ex-</i>	<i>vita mulierum pra-</i>
<i>pellendos.</i> 57	<i>stans & efficax.</i> 54
<i>Mercurii miracu-</i>	<i>vita stomachalis.</i> 54
<i>lapraestans.</i> 94-97	<i>ad uteri suffocatio-</i>
<i>ophthalmica.</i> 74-207	<i>nem.</i> 57
<i>Penis</i> 56	<i>Aquila Caestis.</i> 99
<i>Pestilentialis.</i> 53-59	<i>Aquila praecipitata Theo-</i>
<i>ad phthysin</i> 58	<i>phraſti,</i> 80
<i>ad podagram.</i> 45	<i>Arcanum antimonii,</i> 142
<i>Purgans.</i> 57	<i>contra morbum</i>
<i>ad purilaginem</i>	<i>gallicum.</i> 98
<i>epatis & pulmo-</i>	<i>perlarum.</i> 164
<i>num.</i> 57	<i>Argentum.</i> 82
<i>ad sabulum & are-</i>	<i>Argentum potabile ad</i>
<i>nulas renum.</i> 74	<i>confortandum cere-</i>
<i>rosarum fragrantif-</i>	<i>brum.</i> 84
<i>sima & optimi sa-</i>	<i>albificatio.</i> 179
<i>poris.</i> 9	<i>Depressio.</i> 84
<i>rosarum regia</i> 10	<i>oleum.</i> <i>ibid.</i>
<i>optima.</i> 52	<i>preparatio.</i> <i>ibid</i>
<i>sanitatio.</i> 49	<i>Arthritici dolores pulve-</i>
<i>splenetica.</i> 74	<i>re cornachino levan-</i>
<i>stomachalis.</i> 54	<i>tur.</i> 252
<i>ad tumores praeter-</i>	<i>Arsenici butyrũ fixũ</i> 167
<i>naturales.</i> 74	<i>Arsenico quomodo extra-</i>
<i>Tartarũ ad pestem.</i>	<i>hatur venenum.</i> 167
161	<i>Arthriti</i> 30.43.158.216
	<i>Arthri-</i>

<i>Arthritis vaga.</i> 37	<i>artificialis.</i> 39.78
<i>Articulorũ contractio.</i> 39	<i>Hyperici.</i> 40.168
<i>dolores.</i> 22.35.43.	<i>Majorana.</i> 13
122.213	<i>Mercurii.</i> 89
<i>dolores vagi.</i> 37	<i>Pulmonum</i> 112
<i>Ichores.</i> 31	<i>sanguinis humani.</i>
<i>Impotentia.</i> 31	47
<i>Tremor.</i> 26	<i>Saturni</i> 106
<i>Ulcera.</i> 17	<i>sulphuris.</i> 120.121
<i>Artuum morbi.</i> 17.20.35.	<i>Tartari.</i> 159
213	<i>Vulnera intra</i> 24-
<i>Dolores.</i> 35.213	<i>horas sanans.</i> 39
<i>Ichores.</i> 22	<i>Bilis flava evacuatio.</i> 27-
<i>Tremores.</i> 26	64-72
<i>Asthma.</i> 21.49.100.115.	<i>Bilis venenata.</i> 47
121	<i>Brutorum artuum dolor.</i>
<i>Airophia.</i> 122	28
<i>Audius amissio.</i> 11.18.28.	<i>Bubones venerei.</i> 92
36	<i>Butyrum arsenici fixum.</i>
<i>Auri calcinatio.</i> 82	167
<i>Aurum ab antimonio de-</i>	C
<i>puratur sine auri de-</i>	<i>Cachexia.</i> 59
<i>perditione.</i> 239	<i>Cachexiam sanat corna-</i>
<i>Aurũ strepitum edens, ut</i>	<i>chinus pulvis.</i> 247
<i>pulvis bombardicus.</i> 80	<i>in Cacochymia quomodo</i>
<i>Aurum potabile.</i> 50.79.82	<i>vena sectio, & quomo-</i>
<i>potabile omnes ex-</i>	<i>modo purgatio conveniat.</i>
<i>pellens morbos.</i> 50	260
<i>Aurum vita.</i> 77	<i>Calculus.</i> 19.27.37.39.
<i>vita Theophrasti.</i> 86	120.126.152
<i>Auri tinctura.</i> 81	<i>Calculus frangentia.</i> 27.
B	220
<i>Balsamus antimonii.</i> 148	<i>Calculus renum.</i> 19.27.
<i>arsenici.</i> 168	60.100.108.126.155

Calculus Vesicae. 27.155 170.202.218
Calida virum sint actuo-
siora frigidis. 326
Callus. 143
Caloris naturalis conser-
vatio. 26.127
restitutio. 26
Calor nimius corporis.
 220
Cancer. 24.38.56.85.87.
 105.113.132.170
Canitiem praevantia.
 17.127
Capillorum casus. 22
Capitis astus. 22.36
Dolor. 20.21.29.31.
 218
Dolor continuus. 47
immensus. 158
Erysipelas. 218
Frigiditas. 17.20.
 31.36
Gravinas. 13
Imbecillitas. 12.15,
 17.19.21.22.23.36.
 47.111.144.149
Caput purgum. 38.127
Carbunculus pestilentia-
lis. 211
Cardialgia. 12
Catalepsis. 29
Catarrhus. 14.14.17.18.
 21.22.29.35.37.58.62.
 63.87.120.123.132.144.

Catarrhi ad pulmones de-
labentes. 12.15.18
Catarrhus suffocativus.
 36
Catholicum Paracelsi. 64
Causa interna morborum
duae. 259
Causa antecedens & con-
juncta quid. 301
Cauticum. 86.170
Cerebri affectus. 84
commotio. 36
Debilitas. 12.15.17.
 19. vide *capitis*
imbecillitas.
Frigiditas. 17.20.31
Immundities & su-
perflua humidi-
tas. 12
Cicatricum correctio. 43
Cicatrices morbi gallici.
 III
Colera & Cardialgia
putvere cornachino sa-
nanur. 249
Coctio in quibus humori-
bus sit expectanda. 301
Coctiones fiunt in vigori-
bus. 262
Coctionem in morbis lon-
gis esse expectandam,
quomodo intelligen-
dum. 302
Concocta

Concocta medicanda, ut
intelligendum. 301.302
Caeli flos. 56
Coeundi impotentia. 59
Cohob antimonii, 137
Colchothar dulcificatum
 127
viriole. 124.127
Colicapassio. 10.12.14.17.
 18.19.21.22.23.27.28.
 31.43.54.58.69.73.76.
 87.89.93.117.120.121.
 126.137.140.162
Colli ulcera corrupta. 75.
Color croceus. 176
Combustio. 7.60
Complexionis debilitas.
 47
Conceptum retinentia. 21.
 22
confortantia. 22
Concoctio ablata & im-
minuta. 12
Condylomata. 22.92.111.
 140
Confortantia. 12.49.121.
 152.166
Conjectura artificialis
qualis. 282
Contraindicantia alio-
rum praesidiorum usum
impediunt, at non pul-
veris cornachini. 286
Conceptu retinentia. 21.22
confortantia. 22
Condylomata. 22.92.111.
 140
Confortantia. 12.49.121.
 152.166
Constipatio diuturna. 62
Contabescencia. 118.121.
 122.167
Contusio. 40
Contractura membrorum
 26
Convulsio. 23.40
Corallorum extractio. 166
Liquor. 130
oleum. 131
Tinctura. 131
Magisterium. 67
Cordis affectus. 15.76
Exhilaratio. 12.22.
 52
Imbecillitas. 13.14.
 15.17.18.22.23.52.
 152.166
Palpitatio. 14.22.
 166
Refrigerant cor. 106
Tremor. 144
Corporis immundities. 12
Inflatio. 132
Corrosivum Anhaldi-
num. 98
Crassitudo quibus instru-
menti tollitur. 269
Cremoris tartari vires.

171.172	Cuprum.	99
<i>Critica duo.</i>	246	<i>Cupri crocus nobilis.</i> 100
<i>Creta viirioli.</i>	127	<i>Cutis sœditas.</i> 24.87.155
<i>Crisis visa est quandoque signis, morbo existente crudo.</i>	302	<i>immundities.</i> 24.87
<i>Crisis duplex est.</i>	303	155
<i>Crisis est à natura & à Medico.</i>	303	<i>Macula.</i> 24
<i>Crocus metaliorum.</i>	217	<i>Morbi.</i> 87
<i>Croci antimonii purgatio & fixatio.</i>	102	<i>Rubedopraternaturalis.</i> 36
<i>Crocus antimonii.</i>	100	
<i>Crocus veneris.</i>	ibid.	
<i>Crucibulos conficiendi modus.</i>	177	
<i>Cruda quandoque sunt purganda.</i>	265	
<i>Cruditus contraindicat ceterorum purgantium usum, sed non pulveris cornachini.</i>	286	
<i>Crura œdematosa.</i>	60	
<i>Crurum dolor nimius.</i>	170	
<i>dolor & intumescencia.</i>	26	
<i>lassitudo.</i>	26.27	
<i>Refrigeratio.</i>	39	
<i>relaxatio.</i>	26.27	
<i>Crystalli calcinatio.</i>	162	
<i>Crystalli ad gemmas fictitias preparatio.</i>	174	
<i>Crystalli sulphuris rubri.</i>		

<i>Dolor dors.</i>	36.37	<i>Ulcera maligna.</i> 26
<i>Ischiadicus.</i>	22.122	<i>Epilepsia.</i> 18.19.20.28.29
126.140		36.46.47.49.52.53.69.
<i>Nephriticus.</i>	30	87.88.95.115.119.120.
<i>Punctorius.</i>	117	121.129.138.140.151.
<i>Dormitatio.</i>	22	220
<i>Dosis prasidiarum artificiosa indiget conjectura.</i>	282	<i>Epilepsia puerorum.</i> 18.
<i>Qualis hac sit. ibid.</i>		36.76.218
<i>Dysenteria.</i>	12.56.101.	<i>Essentiarum ex aromaticis, herbis, floribus, radicibus, &c. extractio.</i> 60
105.162		
<i>Dysenteria alba.</i>	56.105	<i>Essentiarum ex lapidibus, gemmis, & margaritis extractio.</i> 165.
		<i>Essentia antimonii.</i> 131.
		138
<i>Ecstasis.</i>	129	<i>crystalli.</i> 162
<i>Electuarium Bezoardicum vulgare</i>	188	<i>Martis.</i> 100
<i>ex nucibus.</i>	488	<i>Mercurii.</i> 84.86
<i>Elephantiasis.</i>	20.29.95.	<i>Sulphuris.</i> 111
121.127.140.142.147.		<i>viirioli.</i> 84
152		<i>Excrescentia.</i> 170
<i>Ellebori nigri aqua.</i>	62	<i>Excrescentia venerea.</i> 123
<i>extractum.</i>	62	<i>Excretionem promoventia sunt duorum generum.</i> 327.328
<i>Epaticus fluxus.</i>	103	<i>Expulsionis promotio.</i> 22.
<i>Epatis apostemata.</i>	36	36
<i>debilitas.</i>	12.17.19.36	<i>Extenuantia sunt duorum generum.</i> 327.328
<i>Fissura.</i>	36	<i>Exulceratio.</i> 119
<i>Dolor.</i>	31	<i>Extractio ex spirituum</i>
<i>Inflamatio.</i>	106	<i>ex omnibus aromaticis</i>
<i>Inflatio.</i>	12.18	
<i>Obstructio.</i>	12.18.59.	
64.100.103.159		

Index

<i>bus, radicibus, gummi</i>	<i>Febris ephemera.</i>	22
<i>& hujusmodi simplici-</i>	<i>intermittens.</i>	31
<i>bus.</i>	<i>Pessillens.</i>	20. 22.
10	69.72.78.95	
<i>Extractio essentia ex la-</i>	<i>Quartana.</i>	11. 21.
<i>pidibus, gemmis, &</i>	29.72.87. 113.118.	
<i>margaritis.</i>	135.208	
165	<i>Quartanae multae</i>	
<i>Extractum Aloës.</i>	<i>curantur pulvere</i>	
62.70	<i>cornachino.</i>	252.
<i>catholicum pur-</i>	253.254	
<i>gans.</i>	<i>Quotidiana.</i>	31.126
64	<i>tertiana.</i>	16.72.113.
<i>Paracelsi.</i>	118.126.143.208	
64	<i>Febres à morbis acutis</i>	
<i>Corallorum.</i>	<i>inseparabiles.</i>	291
165.166	<i>earum remedium</i>	
<i>Gemmarum.</i>	<i>saluberrimum.</i>	291
162	<i>in ipsis utrum pul-</i>	
<i>Nepentes, sive lau-</i>	<i>vis cornachinus</i>	
<i>danum verum &</i>	<i>conveniat.</i>	261.314
<i>experium.</i>	<i>scopi ad eas curan-</i>	
65	<i>das.</i>	269
<i>Rhabarbari.</i>	<i>Fermentatio in quibus</i>	
64.71	<i>medicamentis sit ne-</i>	
	<i>cessaria.</i>	317.318
	<i>Ferri strictura.</i>	103
	<i>induratio.</i>	179
	<i>Ferrum deaurandi mo-</i>	
	<i>cus.</i>	179
	<i>Ferrum dum uritur,</i>	
	<i>utrum mutet substan-</i>	
	<i>tiam.</i>	310
	<i>Utrum</i>	

F.

<i>Faciei macula.</i>	13.160
<i>Rubedo praternaturalis.</i>	36
<i>Febres.</i>	27.62.66.76.108.
	111.115.120.125.135.138.
	140.143. 144. 152. 217.
	218.220.252. 253.254
<i>Febris cum accidentibus</i>	
<i>curatur pulvere cor-</i>	
<i>nachino.</i>	251
<i>Febris acuta pulvere</i>	
<i>cornachino curatur.</i>	
352	
<i>Febris ardens.</i>	60.130
<i>chronica.</i>	137

Rerum Memorabilium.

<i>utrum igne solua-</i>	327.328
<i>tur.</i>	322
<i>Ficus maligna & arden-</i>	
<i>tes.</i>	22
<i>Ficus ani.</i>	22.92.174
<i>labiorum.</i>	43
<i>papillarum mulie-</i>	
<i>brium.</i>	43
<i>Fistula.</i>	24.38.45.56. 85.
	98.105.111.112.132.143.
	144
<i>Fistula depascentes &</i>	
<i>corrodentes.</i>	118
<i>Flos cæli.</i>	56
<i>Florum atis preparatio.</i>	
	75
<i>Flatus expellentia.</i>	22.36.
	54
<i>Flores antimonij.</i>	133.139.
	205
<i>rubri antimonij.</i>	139.
	148.
<i>Cæli.</i>	56
<i>sulphuris.</i>	115
<i>sulphuris albi.</i>	109
<i>Fluxus epaticus.</i>	103
<i>ventris vide diar-</i>	
<i>rhoëam.</i>	
<i>Fætor anhelitus.</i>	12.17.
	36.149.
<i>Forma, quibus materia</i>	
<i>insunduntur.</i>	177
<i>Frigidi & sicci effectus.</i>	

<i>Frigora sunt duorum ge-</i>	328
<i>nerum.</i>	328
<i>Frigora correpta membra.</i>	
	26.28.37.39

G

<i>Gangrena.</i>	7.31.106.111
<i>Gargarismus post usum</i>	
<i>turpethi mineralis u-</i>	
<i>surpandus.</i>	89
<i>Gemmarum extraxio &</i>	
<i>magisterium.</i>	163
<i>Gemma fictitia.</i>	174. 175.
	176.177
<i>Gemmas ex silicibus con-</i>	
<i>ficiendi modus.</i>	177
<i>Genitalia emortua.</i>	59
<i>Gingivarum hæmorrh-</i>	
<i>gia.</i>	36
<i>puredo.</i>	149.170
<i>tumor.</i>	41
<i>Gingiva fœtida.</i>	170
<i>Gluten ad cristallos, vitra</i>	
<i>& lapides.</i>	180
<i>Gonorrhœa.</i>	20.22
<i>Grauidarum symptoma-</i>	
<i>ta & curatio.</i>	310
<i>Grauidis qua pharmaca</i>	
<i>tuta.</i>	310
<i>ipsis purgatio non</i>	
<i>conuenit.</i>	291

<i>Gutta rosacea.</i>	113	<i>in primis viis, contra-</i>
<i>Gypsi preparatio.</i>	177	<i>indicant vena sectio-</i>
		<i>nem non vacuationem</i>
		<i>per puluerem corna-</i>
		<i>chinum.</i>
		286
H		
<i>Hæmorrhagia</i>	36. 60. 101.	<i>Hydrops.</i>
	103. 111.	15. 19. 29. 62. 63.
<i>Hæmorrhoides.</i>	22.	72. 87. 100. 101. 102. 13.
<i>Hemicrania.</i>	31	125. 126. 135. 137. 139.
<i>Herbarum summa & op-</i>		140. 150. 151. 158. 161. 208
<i>tima preparatio.</i>	8	213. 214. 216
<i>Hermetis sigillum.</i>	181	<i>Hydropem inchoatum cu-</i>
<i>Hernia.</i>	43	<i>rat puluis cornachi-</i>
<i>Herpetes.</i>	111	<i>nus.</i>
<i>Humida non adeò mala</i>		247
<i>veluti sicca.</i>	326	<i>Hyacinthi preparatio</i>
<i>Humidi radicalis con-</i>		175
<i>seruatio.</i>	125	<i>Hypochondriorum dolo-</i>
		<i>res in grauidis.</i>
		73
		<i>Hypochondriorum obstru-</i>
		<i>ctio.</i>
		59
		I
<i>Humores vitiosi.</i>	13. 28. 47.	
	79	
<i>Humorum vrentium cor-</i>		<i>Ichores artuum.</i>
<i>rectio.</i>	56	22
<i>Humores facilius edu-</i>		<i>Icterus.</i>
<i>cantur quando sunt in</i>		20. 22. 29. 59.
<i>motus quam quando</i>		72. 87. 92. 100. 103. 111.
<i>sunt firmati.</i>	279	113. 137. 151. 152. 170.
<i>Sunt in motu in flu-</i>		<i>Albus.</i>
<i>tionum & acces-</i>		17
<i>sionum principis.</i>	279	<i>Niger.</i>
		59
		<i>Ictus.</i>
		40
		<i>Ictus uenenati.</i>
		53
		<i>animalium venena-</i>
		<i>riorum.</i>
		21. 53
<i>Humores peccantes qua</i>		<i>Iliaca passio.</i>
<i>mensura et acuanes.</i>	282	31
		<i>Impetigo.</i>
		94. 105. 112. 113.
<i>Humores vitiosi contenti</i>	115. 170	

Impe-

<i>Imperatoria sal.</i>	76	<i>uis Cornachinus exhi-</i>
<i>Impotentia coeundi.</i>	59	<i>bendus.</i>
<i>Indicata tot esse debent</i>		285
<i>quot indicantia.</i>	319	<i>Quæpharmaca ipsis</i>
<i>Incantamenta.</i>	87	<i>inua.</i>
<i>Infantes à frigore præser-</i>		310
<i>uant.</i>	167	<i>Purgatio eis non</i>
<i>Infantium ejulatus ex do-</i>		<i>conuenit.</i>
<i>lore colico.</i>	23	191
<i>Tabes.</i>	166	<i>Lapis causticus.</i>
<i>Inflammatiõ.</i>	7. 31. 60. 95	170
<i>corporis.</i>	31. 127	<i>Lapis medicamentosus ad</i>
<i>Interna.</i>	166	<i>vulnera.</i>
<i>membrorum.</i>	31. 76	169
<i>Intellectum acuentia.</i>	52	<i>Lasciuam augẽtia.</i>
<i>Intestinorum affectus.</i>	12	22. 47
<i>dolores.</i>	10	<i>Lassitudo.</i>
<i>Intestini recti prolapsus.</i>		23
	36	<i>Lateralum dolores.</i>
<i>Intumescencia.</i>	24. 40.	26. 43
	43	<i>punctura.</i>
<i>Ischiadicis dolores.</i>	22.	106
	103. 116	<i>Laudanum mercurij Pa-</i>
<i>Ischiadicos dolores curat</i>		<i>racelsi.</i>
<i>puluis cornachinus.</i>	352	90
<i>Ischuria.</i>	27. 30. 37. 108.	<i>Theophrasti.</i>
	220	144
<i>Iupiter.</i>	105	<i>opiatum solis &</i>
<i>Labiorum fissura.</i>	43	<i>luna.</i>
<i>Lac æuent.</i>	19. 162	68
<i>sulphuris.</i>	120	<i>Laudani opiatum vera ex-</i>
<i>Lacryma inuoluntaria.</i>		<i>tractio.</i>
	105	65
<i>Lactantibus qua Dosisul-</i>		<i>Lenigo.</i>
		12
		<i>Lepra.</i>
		51. 55. 147. 210.
		213. 216. 222.
		<i>Leibargus.</i>
		22. 31. 36.
		<i>Lienis apostemata.</i>
		26.
		<i>Debilitas.</i>
		17. 84
		<i>Durities.</i>
		22
		<i>Inflatio.</i>
		12. 17. 21.
		<i>Intumescencia.</i>
		12.
		17. 21.
		<i>Obstructio.</i>
		59. 64.
		100. 103. 159
		<i>Ulcera.</i>
		26
		<i>Lienteria.</i>
		105

Y 4

		M	
<i>Ligamentorum consum-</i>		<i>Macula.</i>	105.170
<i>ptio.</i>	31	<i>faciei.</i>	155.160. vide
<i>Affectus.</i>	22	<i>facies.</i>	
<i>Durities.</i>	22.48	<i>Maculas ex pannis &</i>	
<i>exsiccatio.</i>	31	<i>manibus evellens.</i>	56.
<i>intensio.</i>	48		160
<i>Lingua exulceratio.</i>	36	<i>Megisterium gemmarum</i>	
<i>Fervor.</i>	127		162
<i>Pustula.</i>	127	<i>Magnes.</i>	105
<i>Ranula.</i>	36.106		ejus preparatio. 105
<i>Liporhymia.</i>	10.16.22.	<i>Majorana balsamus</i>	13
	23.52.73.76.167	<i>oleum.</i>	13.20
<i>Liquor ellebori nigri.</i>		<i>Mammillarum exulce-</i>	
	62	<i>ratio.</i>	43.170
<i>ex herbis.</i>	61	<i>intumescencia. ibid.</i>	
<i>sulphuris.</i>	118	<i>magnitudo nimia.</i>	
<i>Tartari.</i>	154		36
<i>Libiastis. vide Calcu-</i>		<i>Mania.</i>	22.69.87.127
<i>lus.</i>		<i>Manuum contractura.</i>	
<i>Loquela omissa. 47. vide</i>			24.26.29
<i>aphonia.</i>		<i>dolor.</i>	29
<i>Lixivium quomodo fiat.</i>		<i>corruptio ex frigo-</i>	
	292	<i>re.</i>	28
<i>Lumborum dolor.</i>	26.	<i>Marisca.</i>	174
	37.76	<i>Marmoris preparatio.</i>	
<i>Lumbrici & alia bestiola</i>			177
<i>in corpore humano na-</i>		<i>Marius crocus.</i>	101
<i>ta.</i>	21.28.111	<i>croci fixatio.</i>	202
<i>Lutum optimum ad cir-</i>		<i>essentia.</i>	100
<i>culandum.</i>	182	<i>preparatio in vir-</i>	
<i>ad crystallum.</i>	180	<i>ute styptica.</i>	104
<i>ad Lapides.</i>	186	<i>oleum.</i>	102.103
<i>ad vira fracta.</i>	180	<i>unctura.</i>	ibid.
	181		

Vurio=

<i>Martis virriolum.</i>	104	<i>Memoria debilitas.</i>	11.19
<i>Masticbis spiritus.</i>	10		21.47
<i>Mauricis affectus. vide</i>		<i>amissio.</i>	11.36.127
<i>Vierus.</i>		<i>Menses albi.</i>	20.35.162
<i>Medicamentum corro-</i>		<i>Mensium fluxus nimius.</i>	
<i>dens.</i>	36		27.36.69
<i>purgans universa-</i>		<i>fluxus inordinatus.</i>	
<i>liter & electivè.</i>	70		18
<i>Medicamenta subducto-</i>		<i>obstructio.</i>	12.16.22.
<i>ria duorum sunt gene-</i>			30.39.55.57.100.103
<i>rum.</i>	305.309		230
<i>Medicamenta qualia</i>		<i>suppressionem curat</i>	
<i>tactantibus & gravi-</i>		<i>pulvis cornachi-</i>	
<i>dis sint exhibenda.</i>	310	<i>nus.</i>	247
<i>Medicina est adjectio &</i>		<i>Mercurius fixus.</i>	97
<i>ablatio.</i>	259	<i>sublimatus.</i>	96
<i>semper est dicenda.</i>		<i>vite.</i>	134.212
	316	<i>precipitatus per o-</i>	
<i>Medicus est natura mi-</i>		<i>leum vitrioli.</i>	94
<i>nister, emulus & imi-</i>		<i>Mercurii aqua.</i>	97
<i>tator.</i>	290	<i>aqua miracula pra-</i>	
<i>auxiliator.</i>	303	<i>stans.</i>	94.97
<i>Melancholia.</i>	22.56.72.	<i>Balsamus.</i>	89
	137	<i>dulcedo.</i>	98
<i>Membrorum atrophia.</i>	37	<i>laudanum Paracel-</i>	
<i>contractura.</i>	24.26.151	<i>si.</i>	99
<i>contractura ex poda-</i>		<i>oleum.</i>	98
<i>gra.</i>	43	<i>oleum cum jove.</i>	87
<i>Frigiditas.</i>	24.43.76	<i>quinta essentia.</i>	84.
<i>impotentia.</i>	24.103		95.98
<i>oppilationes.</i>	24	<i>Turpeihum.</i>	86.
<i>Membra emortua.</i>	25		90.92.99
<i>ex frigore corrupta.</i>		<i>Mercurius vite & mer-</i>	
	26.28.37.39	<i>curius emeticus.</i>	212

Index.

<i>Mercurius per spiritum nitri in oleum resolutus.</i>	94	<i>Musculorum lesio.</i>	22
<i>Metalla & metallica medicamenta non purgant.</i>	294	N	
<i>Minoratio materia cur a principio conveniat.</i>	303	<i>Narium meatus obstructio.</i>	36
<i>Morbi exitiales non sunt tangendi.</i>	262	<i>Natura est morborum medicatrix.</i>	290.318
<i>Morbi humorales quibus curentur.</i>	346	<i>Natura abunde omnia omnibus prestat.</i>	318
<i>Morborum omnium precautio.</i>	24.48.49.50.51.51	<i>Nervorum contractio.</i>	23.109
<i>Morborum expulsio.</i>	50.122	<i>debilitas.</i>	38
<i>Morbi corrodentes.</i>	96.112	<i>dolores.</i>	31
<i>Morbus Venereus.</i>	72.87.89.90.91.94.95.97.98.105.111.112.115.121.132.135.137.139.142.144.162.214.215.216	<i>humiditas.</i>	18
<i>Morbi maligni pestilentes.</i>	119	<i>lesio.</i>	22
<i>Venenati.</i>	105	<i>obstructio.</i>	36.47
<i>Morphæa.</i>	113.147.222	O	
<i>Morsus venenati.</i>	21.53.127	<i>Oblivio.</i>	11.21.36.127
<i>Multitudo quibus instrumentis tollatur.</i>	269	<i>Obstructio quibus tollatur.</i>	272
<i>Munia antimonii.</i>	143	<i>Obstructiones referant.</i>	23.253.159.208.222
		<i>Oculorum affectus.</i>	15.19.70
		<i>dolor.</i>	40
		<i>imbecillitas.</i>	19.120
		<i>macula.</i>	54
		<i>nebula.</i>	207
		<i>Panni.</i>	105
		<i>Pustula.</i>	155
		<i>Rubedo.</i>	105.107
		<i>Suffo.</i>	

Rerum Memorabilium.

<i>Oculorum suffusiones.</i>	207	<i>Oleum antimonii absque ulla corrosione.</i>	139
<i>Ulcerata.</i>	105	<i>Antimonii laudabile.</i>	148
<i>Olea destillata cur majorem habeant efficaciam, quam simplicia ex quibus destillantur.</i>	2	<i>Antimonii quod mirabiliter sanat.</i>	138
<i>Oleorum distillatio ex seminibus, radicibus, herbis, aromatibus, &c.</i>	3	<i>argenti.</i>	82.84
<i>Oleorum ex radicibus acutis & pinguioribus feminibus herbis & lignis distillatio.</i>	7	<i>ad Callos & fistulas.</i>	45
<i>Oleorum nobilium facultates & virtutes & quomodo ea ipsa usurpantur.</i>	13	<i>Aureum.</i>	79
<i>Oleorum ex rebus adiposis & pinguibus destillatio.</i>	41	<i>purgans.</i>	23.144
<i>Oleorum empyreumaticis correctio.</i>	7	<i>Theophrasti.</i>	132
<i>Oleorum ex gummi preparatio.</i>	31.34	<i>Arsenici.</i>	168
<i>Oleum aloës.</i>	23	<i>Axungia & sevi hircini.</i>	43
<i>anisi.</i>	4.15.18	<i>Boli armena.</i>	168
<i>antimonii processus probatus.</i>	132	<i>Calami aromatici.</i>	20
<i>Alcis ungula.</i>	45	<i>Calcis viva.</i>	262
<i>antimonii rubrum.</i>	146	<i>Camphora.</i>	33.34.76
		<i>Caryophyllorum.</i>	4.12.14.17
		<i>Cassia.</i>	23
		<i>Castorei.</i>	43
		<i>Causticum.</i>	45
		<i>Cera.</i>	42
		<i>florum Camomilla.</i>	23
		<i>Camomilla carneum.</i>	23
		<i>Cinamomi.</i>	5.11
		<i>ad Convulsionem.</i>	40

Index

<i>Oleum Corylini li-</i>	<i>Mercurij fixum dul-</i>
<i>gni.</i> 30	<i>ce sublimati cri-</i>
<i>Cranij humani.</i> 45	<i>stallini.</i> 93
<i>Croci.</i> 11.22	<i>Mercurij sublima-</i>
<i>Cumini.</i> 4.19	<i>ti cum antimonio</i>
<i>Ex ceruino sangui-</i>	<i>ad Colicam.</i> 93
<i>ne.</i> 43	<i>Myrrha.</i> 36
<i>Eistulas mortifi-</i>	<i>Nucis moschata.</i> 12.
<i>cans.</i> 45	13.17
<i>Feniculi.</i> 4.19	<i>Panis tritici.</i> 7
<i>Geniana radiceis.</i>	<i>Capitanei Pifchij.</i>
22	97
<i>Heracelinum.</i> 30	<i>ad podagram.</i> 45
<i>Ex gummi.</i> 31.34	<i>femini paonia.</i> 20
<i>Hyofcyami.</i> 31	<i>Piperis.</i> 15
<i>Iouis.</i> 105	<i>Purgans.</i> 23.58
<i>Ex baccis juniperi.</i>	<i>Refinarum.</i> 36.37
24.	<i>Refina cum camo-</i>
<i>Ex ligno juniperi.</i>	<i>milla.</i> 6
27.29	<i>Rorifmarini.</i> 11.
<i>Ex baccis Lauri.</i>	20
<i>Ex lignis.</i> 38	<i>Rofarum.</i> 6.20
<i>Ex luto Theophra-</i>	<i>salis.</i> 149
<i>fti.</i> 59	<i>salis armoniaci.</i> 105
<i>Macis.</i> 14	<i>salis nitri.</i> 149
<i>Majorana.</i> 13.20	<i>Ex fanguine huma-</i>
<i>Martis.</i> 101.102	<i>no.</i> 48
<i>Maflichis.</i> 32.36	<i>faturni.</i> 106
<i>Oleum Mercurij.</i> 88	<i>folis.</i> 77
<i>Mercurij Theophra-</i>	<i>fpica domestica.</i> 6
<i>fti.</i> 85	<i>Ex fpiritu vini.</i>
<i>Mercurij cum joue.</i>	50
87.	<i>succini albi.</i> 33
<i>rectificatum.</i> 88.	<i>flaua.</i> 32
	<i>ful-</i>

Rerum Memorabilium.

<i>fulphuris.</i> 107.108.	<i>factor.</i> 12.17.21
109.110	<i>humiditas fuperflua.</i>
<i>fulphuris & tartari.</i>	14
120	<i>putredo.</i> 36.118
<i>fulphuris acidum</i>	<i>tortura.</i> 22
<i>per capanam.</i> 116	<i>ulcera interna.</i> 92.
<i>fulphuris viriola-</i>	118
<i>tum.</i> 115	<i>intumefcentia.</i> 92
<i>fulphuris ad ulcera</i>	<i>Ouorum teftarum</i>
<i>maligna et impe-</i>	<i>calcinatio.</i> 171
<i>tigines.</i> 113	
<i>tartari.</i> 155.160	P
<i>tartari dulce.</i> 153	<i>Palpitatio Cordis. vide</i>
<i>tartari ex tartaro</i>	<i>cordis palpitatio.</i>
<i>crudo.</i> 158	<i>Panacea Anhaltina.</i> 44
<i>terebinthina.</i> 36.37.	<i>Papillarum muliebrum</i>
108	<i>fiffura.</i> 45
<i>vitrioli.</i> 123	<i>Paralyfis.</i> 18.23.24.28.
<i>vitrioli corrodens:</i>	38.40.92.94.95.103.
130.	105.109.121.151.154.
<i>dulce.</i> 123	218
<i>Theophrasti secre-</i>	<i>Paroxyfimos compefcens</i>
<i>tum.</i> 126	<i>& auerrens.</i> 11.16
<i>abfque omni corro-</i>	<i>Partum retinentia.</i> 21.
<i>fione.</i> 139	35
<i>Oleum vitrioli &</i>	<i>facilitans.</i> 152
<i>antimonij fimul</i>	<i>confortans.</i> 35
<i>extractum:</i> 124	<i>expellentia.</i> 12.16.
<i>Oleum vngula al-</i>	18.30.35.73
<i>cis.</i> 45	<i>Partus difficilis.</i> 152
<i>Zedoaria.</i> 20	<i>mortui expulfio.</i> 30.
<i>Olfactus amiffio.</i>	35.38
36	
<i>Oris vitia.</i> 12.170	

Index

- Pectoris affectus.* 12.47.
110
Angustia. 26.36. 47.139.
Pedum contractura. 24.
26.29.
Pedes frigore corrupti. 28
Perlarum arcanum. 164
liquor. 166
spiritus. 166
Magisterium. 66.
164
Pestis. 19.26.35.53.59.72.
76.77.78.87.95.99.114.
115. 119. 126. 137. 138.
140.143.152.161.182.183
Pestem auertens. 19
Pharmaco assumpto, quādo
forbitio danda. 279
Phrenitis. 27
Philtia exhibita. 77
Phlegmatis superflui con-
sumptio. 19.72
Phuifis. 35.57.62.110.114.
121.160.167.
Pilula de succo Rhabar-
bari. 70
Pischi Capitanee oleum.
97
Plethoravēna sectione tol-
litur. 260.290.
Est duplex. 307
utrum in ea pulvis
exhibendus. 307.

- Ejusdem remedia.*
290.
Pleuritis 99.119.139.150.
151.
pulvere cornachino
curatur. 356.
Pleuritis pestilens. 119
Podagra. 27.28.43.44.
45.122.132.136.210.214.
220
Præcipitati virtutes. 86.
87
Præter naturam tria sunt
in morbis. 258
Pruritus. 171
Pudendorū virilitum pu-
stula. 86
Pulmonum affectus. 21.
47.111.115
Catarrhi. 12.15.28
Exulceratio. 26.121.
153
Imbecillitas. 36.144
Impuritas. 21
Inflamatio. 137
Putrefactio. 57
Refrigerantia pul-
mones. 106
specifica. 121
ulcera maligna. 26
Pulvis cornachinus cate-
ra medicamenta supe-
rat. 261.262.271.273.
275.285.314.316

Pulvis

Rerum Memorabilium.

- Pulvis cornachinus san-*
guinis missionem ejus-
que vicem supplet. 241.
259
Pulvis cornachinus quid
fit & eius descriptio.
235
basis ejus. 235
Quos humores edu-
cit. 246.261.276.
277
Qua diei vel noctis
hora exhibendus.
276.278
habet sympathiam
cum humido ra-
dicali & antipa-
thiam cum excre-
mentitio. 315
Varii exhibendi
morbi. 284.285
Virum vires pro-
sternat. 295.302.
304
Virum febres finiat.
264.267.295.304.
305.314
in morbis ex eva-
cuatione non con-
venit. 259
sed iis qui à reple-
tione. 259.267.
286.287
& non solum in ca-
cochymia, sed etiā
in plethora. 260
Pulvis in accessione dan-
du. 281.285.304.305
in accessione datus,
quæ afferat bona.
304.305
an dandus in acces-
sionibus, in quibus
adeest vomitus. 275
306
quæ illius usum con-
tra indicant. 266.
286
ante illius usum
preparatio. 284.
285
est immunis à peri-
culis purgatoris.
264
non est calidus. 201.
292.310
sed frigidus & sic-
cus. 264.292.301.
311
eo assumpto, quid
agendum. 285.286
pro recto eius usu,
quos sint scopi. 275
in quibus morbis
conveniat. 246.
247.248.249
lactantibus & gra-
vidis potest exhibi-

beri.	283.315	Purgantia qua quantitate exhibenda.	264.282
Pulvis cornachinus, cur semel exhibitus non semper suo munere fungatur.	244.284	cur purgant.	264
quid in eo casu agendum.	244.284.286	cur medici in iis exhibendis sint religiosi.	282
evacuatur per se.	271	exigunt meatus apertos & humores fluxiles.	298
tollit viscositatem, obstructionem, & prohibitam transpirationem.	272.	cur in febribus & aliis morbis acutis possint exhiberi.	310
	275	Purgativum specificum extartaro.	161
Punctura.	40.56.106	Pustula venerea.	97
Purgans.	25.59.105.133	maligna & fervida.	86.113.163.170
Purgans universaliter & electivè.	99	Putredo interna.	14.36.
Purgatio ex antimonio.	135.136		119
Purgatio & vena sectio maiora sunt artis praesidia.	262	Putredinem arcentia.	14.
Purgatio vena sectionis vicem supplere potest.	259		36.210.220
in Purgatione qua sint spectanda.	263	Putredo quibus egeat.	273
Purgatio in quibus morbis & quando conveniat.	289		274
Purgatio an vena sectionem superet.	259.262.264.265.270.286.291	Q	
		Ex Quatuor primis qualitatibus quam magis noxia.	297
		Quinta essentia Mercurii & virioli.	84

R

Ramula sublingua. 36.

100

Ran-

Ranchedo.	22	Salis nitri liquor ad cerebrum roborandum.	149
Rerum affectus.	23	oleum.	140.150
Arenula.	60	preparatio in pleuride.	150
Calculus.	19.22.27.60.100.108.155.	spiritus.	149
Dolor.	23.30.47	virtutes.	149
Immundities.	27.	Sal absinthij.	71
30		Ammoniacum.	105
Obstructio.	22.23.	Cinamomi.	213
Rhabarbari extractum.	64.71	ungula alci.	45
succus.	70	zartari.	157
Rimarum receptaculorum perlutatio.	181	zartari Caruleum.	157
Roboris conciliatio.	14.15.		157
	23	rubrum.	157
Rosarum aqua fragrantissima.	9	virio.	157
Rosarum aqua regia.	10	viriolatum.	152.
Rubedo.	175.		160
Rubini preparatio.	174	Salis tartari albi per spiritum vini, in crystallinum conuersio.	156
	177	Sal vitæ.	78
Ructus.	19	urina.	168
		Salute desperata nil agendum.	286
		Sanguificatio vitiosa.	206
Sales artificiales frigidi sunt.	312.	Sanguinis auctio.	47
Salis arcanum.	152	Sanguinem compescens.	69
oleum.	105	Sanguinis humani spiritus.	47
Salis crystallini ex omni generis herbis preparatio.	9.75	Sanguinis inflammatio &	
Salis nitri clarificatio.	149		

<i>corruptio.</i>	72	<i>Saturni balsamus.</i>	106
<i>Sanguis melancholicus.</i>	15	<i>Scabies.</i>	28. 29. 92. 111. 123. 151. 170. 171.
<i>Sanguinis impuritas.</i>	20.	<i>Scammonij nomina.</i>	237
47. 87. 95. 121. 127.		<i>Scammonium quid sit.</i>	136
136. 151. 166. 120. 121.		<i>Scammonij vsus & dosi.</i>	283
122		<i>antiquae ejus prepara-</i>	
<i>Sanguinis mictus.</i>	37	<i>ratio & noua.</i>	237
<i>Sanguinis sputum.</i>	35. 130.	<i>Scorbuius.</i>	36. 228
166		<i>Scrophula.</i>	45
<i>Sanguis bisariam vitia-</i>		<i>Secessus promotio.</i>	36
<i>tur.</i>	260	<i>Secretum ad omnis gene-</i>	
<i>quomodo curantur</i>		<i>ris morbos eradican-</i>	
<i>ista vitia.</i>	260	<i>dos.</i>	124
<i>quando putrescit, in</i>		<i>Secretum summum in</i>	
<i>quos humores con-</i>		<i>medicina.</i>	99
<i>uertatur</i>	261. 308	<i>ex antimonio.</i>	133.
<i>In venis nunquam</i>			136
<i>sincerus.</i>	260	<i>Secundinas expellentia.</i>	26
<i>Sanguinis missionis con-</i>		<i>Semimortuorum restitu-</i>	
<i>trairndicationes.</i>	286	<i>tio.</i>	47
<i>Sanguinis missio quando</i>		<i>Seminis auctio.</i>	47. 51
<i>conueniat in plethora.</i>	260	<i>inuoluntaria emis-</i>	
<i>quando in cacochy-</i>		<i>sio.</i>	20. 22
<i>mia.</i>	260	<i>Senectutis retardatio.</i>	48.
<i>Sanitatem conseruantia.</i>			51. 63
24. 47. 50. 51. 120.		<i>Serpigo.</i>	123. 155
155		<i>Siccitatem à pharmaco</i>	
<i>Sapphiri preparatio.</i>	174	<i>relictam, jus insultum</i>	
<i>Sapphirus carulens.</i>	175.	<i>emendat.</i>	315
177		<i>Sigillum hermetis.</i>	181
<i>Sarcotica.</i>	107		
<i>Saturans.</i>	106		

<i>Singultus.</i>	19	<i>Spiritus vitales roborat.</i>	12. 14. 48.
<i>Sinaragdi preparatio.</i>	174.	<i>Sputum sanguinis.</i>	35
176. 178.		<i>Sterilitas.</i>	22. 38. 55
<i>Somnum conciliantia.</i>	12.	<i>Stannum.</i>	105
13. 69		<i>Stanni oleum.</i>	105
<i>Spasmus.</i>	22. 24. 36. 38. 40.	<i>Stranguria.</i>	14. 27. 28.
127			155
<i>Sperma augens.</i>	47	<i>Strictura ferri.</i>	103
<i>Sperniola.</i>	60	<i>Stupor.</i>	22
<i>Sphacelus.</i>	211	<i>Sudoris prouocatio.</i>	162
<i>Spinae dorsi dolor.</i>	36. 37	20. 108. 115. 152. 210.	
<i>Spiritus extractio ex om-</i>			213
<i>nis generis aromati-</i>		<i>Sudor anglicus.</i>	26
<i>bus. radicibus, gum-</i>		<i>Sulphuris fixatio.</i>	107
<i>mi, & hujusmodi sim-</i>		<i>Sulphur album & fixum.</i>	
<i>plicibus.</i>	10		114
<i>Spiritus Anisi.</i>	162	<i>Sulphuris balsamus.</i>	120.
<i>epilepticus.</i>	52		121
<i>Heraclinus.</i>	30	<i>crystalli rubri.</i>	110
<i>Luniperi</i>	27. 29	<i>essentia.</i>	111
<i>Mastichis.</i>	10. 162	<i>lac.</i>	120
<i>Perlarum.</i>	166	<i>liquor.</i>	118
<i>Salis nitri.</i>	149	<i>flores.</i>	115
<i>Salis tartari.</i>	152	<i>flores albi.</i>	109
<i>Salis tartari recti-</i>		<i>Sulphur antimoniae pul-</i>	
<i>ficatus.</i>	152	<i>cherrimum.</i>	145. 146
<i>Sanguinis humani.</i>		<i>Sulphur vitrioli.</i>	128.
48			130
<i>Spiritus vita stom-</i>		<i>Sulphur Islandicum.</i>	118
<i>chalis.</i>	55.	<i>Sulphuris oleum.</i>	107.
<i>vini.</i>	51.		110
<i>Ungula alicis.</i>	45.	<i>oleum vitriolatum.</i>	
<i>vitrioli.</i>	129		115
<i>urina.</i>	59. 76		

Index

oleum per camp-	spiritus rectificatus,
nam. 126	152
Surditas. 36	solutio. 154.157
Superfluitates omnes con-	Tartarum ceruleum. 157
sumens. 27	Tenacitas, ut tollatur.
Symptomata sequuntur	272
morbos, veluti umbra	Tenesmus. 36
corpus. 277	Terra vapores mali. 21
eorum tres sunt dif-	Tibiarum nigra & corru-
ferentia. 277	pta macula. 24
Syncope. 129	Timor. 19
Syrupus vomitiuus. 207	Tinctura antimonii. 133
	Auri. 79.80.81
	Martis verissima.
	103
	Metallorum. 178
	Tinea. 92.111
	Topasii preparatio. 175
	Tortura oris. 22
	Transpiratio impedita
	quid postulet. 272
	Tremor aruum. 20.24.
	127
	Tristitia. 22
	Trochisci purgantes ex
	sale virioli. 122
	cephalici. 23
	Tubercula. 40
	Tubercula ani. 36
	Tumores praternaturam
	21.23
	Tumores emollientia. 23
	Turpethu antimonii. 134
	mercurii. 85.90.92
	99
	mercurii

T

Rerum Memorabilium.

Turpethum Mercurii ad	Venenosi morbi. 53
morbum venereum. 88.	Venerea lues. Vide mor-
89.90.91	bis Gallicus.
minerale. 95	Ventriculi affectus. 12
minerale Theo-	ascensio. 54
phrafi. 86.88	compressio. ibid.
Tussis. 18.21.35.115.120.	debilitas. 10.12.13.
121	14.15.16.17.18.19.
	22.36.55.100.103.
	128.149.220
	dolor. 10.31
	humiditas superflua
	10.25.100.108.151
	indigestio. 14.15.21.
	26
	inflammatio. 137
	inflatio. 15
	intumescencia. 43
	frigidity nimia. 12.
	15.17.22
	putredines. 13
	scissura. 22
	Ventris fluxus. 21.47.104
	inflatio. 15.19.21
	intumescencia. 15.27
	obstructio. 36
	profluuium ex fri-
	gore orium. 14
	Vermes. 21.27.28.30.36
	39.57.111.170.230
	dentium. 22
	equorum. 28
	Verruca. 45.118.155
	Gallica. 123

V

Vacuandum cur in prin-	
cipio. 262.280.281	
Vapores mali terra. 21	
Variolas curat pulvis	
cornachinus. 255.256	
Venarum contractio. 109.	
obstructio. 13.47.59	
obstructio mesarai-	
carum. 100	
obstructio venarum	
uteri. ibid.	
Vena sectio & purgatio	
duo sunt majora artis	
presidia. 262	
an hac illam superet.	
286.291. vide Pur-	
gatio.	
Venerem stimulat. 13	
Veneris crocus. 100	
Venena hausta. 16.19.	
20.26.28. 47.53.55.72.	
77.89. 95. 111. 137.151.	
218	

<i>Vertigo.</i> 15.18.20.22.47.	<i>Vitru fracta.</i> 180.181
76	<i>Viriandi modus cum vi-</i>
<i>Vesica affectus.</i> 15	<i>tro Veneto.</i> 181
<i>calculus.</i> 27.60.	<i>Vomitus.</i> 14.22.56
100.162	<i>Vomitoria.</i> 77.78.207
<i>dolor.</i> 23.30	<i>Ulcera.</i> 24.43.56.75.85.
<i>exulceratio.</i> 153	86.89.94.102.104.107
<i>impuritas.</i> 15.27.30.	120.140.143.147.162.
150	169
<i>obstractio.</i> 14.27	<i>Ulcera Esthiomena.</i> 87
<i>purilago.</i> 150	<i>callosa.</i> 42.143
<i>Vigilia.</i> 12.18.69	<i>cancrofa.</i> 144
<i>Vini fax quid.</i> 239	<i>corrodentia.</i> 110.112
<i>Vini rectificatio.</i> 120	<i>destillantia.</i> 170
<i>Vinum antimonialle.</i> Vide	<i>Ulcera fetida.</i> 223
<i>antimonium.</i>	<i>hepatis.</i> 26
<i>Vini spiritus optimus.</i> 51	<i>humida.</i> 170
<i>preparatio.</i> 51	<i>maligna.</i> 115.143
<i>Vinum naturalium con-</i>	<i>phagedenica.</i> 170
<i>fortatio.</i> 48	<i>purida.</i> 130.143.
<i>Viscerum obstrucciones.</i>	150.155.160
208	<i>sordida.</i> 113.155
<i>Visus imbecillitas.</i> 12.13	<i>Tumefacta.</i> 38
22.171.	<i>Venenata.</i> 86
<i>Vitiligo</i> 115.170	<i>venerea.</i> 89
<i>Vuriolum.</i> 122	<i>vetusta.</i> 18.25.26.
<i>Vurioli Colcothar.</i> 124.	87.105.121
<i>ibid.</i>	<i>Vrgeria quid sit.</i> 265
<i>creta.</i> 127	<i>quoruplex.</i> <i>ibid.</i>
<i>essentia.</i> 84	<i>Urina difficultas.</i> 14.19
<i>oleum.</i> 123.126	<i>fluxus involunta-</i>
<i>sulphur.</i> 128.130	<i>rius.</i> 23
<i>Vitrum album.</i> 176	<i>obstruclio.</i> 27.30.
<i>rubrum.</i> <i>ibid.</i>	37.108.220

<i>Urina spiritus.</i> 59.76	<i>refrigeratio.</i> 54.55
<i>spiritus preparatio.</i>	<i>strangulatus.</i> 17.
59.76	22.28.35.36.129
<i>Urina hirci.</i> 316	<i>Tumores.</i> 21
<i>Vista in quo differant à</i>	<i>Uulnera sanant.</i> 24.38.
<i>purefactis.</i> 323	39.40.43.76.87.89.
<i>Vteri descensus.</i> 36.129	104.105.107.111.143.
<i>dolores.</i> 23.27.31.	147.153.155.168.169
38.127	<i>Vulnera.</i> 14.38.39
<i>fluxus albus.</i> 15	<i>Antiqua.</i> 21
<i>imbecillitas.</i> 14.16.	<i>Globo bombardico</i>
17.18.55	<i>insicta.</i> 21
<i>impuritas.</i> 54.55	<i>idu insicta.</i> 21
<i>instatio.</i> 54	<i>sordida.</i> 113.150
<i>in molem incremen-</i>	<i>Vulnerum caro super-</i>
<i>tum.</i> 54	<i>flua.</i> 150.155
<i>obstruclio.</i> 14.103	<i>Uvula lapsus.</i> 36

FINIS.





8968

11112

